



SCRIPTURÆ SACRÆ

CURSES COMPLETIS



24



EPISTOLÆ

PAULI

BS548

M5

v.24


007725



EX LIBRIS
HEMETHERII VALVERDE TELLEZ
Episcopi Leonensis



1080014730



**ELENCHUS
AUCTORUM ET OPERUM**

QUI IN HOCCE VOLUMINE CONTINENTUR.

PEQUIGNY. — JOANNES A GORCUM. — ESTIUS. — CORNELIUS A LAPIDE.

In Epistolas D. Pauli ad Romanos; I et II ad Corinthios;
ad Galatas; ad Ephesios; ad Philippenses; ad Colossenses; I et II ad Thesalonicenses,
Commentaria.


INDEX RERUM.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN

DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Credebatur Migne,
in civitate Ambouisy, hors la barrière d'Euiler.

222
J. P. M.



SCRIPTURÆ SACRÆ

CURSUS COMPLETUS,

EX COMMENTARIIS OMNIUM PERFECTISSIMIS UBIQUE HABITIS, ET A MAGNA
PARTE EPISCOPORUM NECNON THEOLOGORUM

EUROPÆ CATHOLICÆ,

UNIVERSIM AD HOC INTERROGATORUM, DESIGNATIS,

UNICÈ CONFLATUS;

*Plurimis annotantibus presbyteris
ad docendos levitas pascendosve populos altè positis.*

ANNOTAVIT VERO SIMUL ET EDIDIT

J.-P. M^{us}.

TOMUS VIGESIMUS-QUARTUS.

IN EPISTOLAS D. PAULI AD ROMANOS;

I ET II AD CORINTHIOS; AD GALATAS; AD EPHESIOS; AD PHILIPPENSES;

AD COLOSSENSES; I ET II AD THESSALONICENSES,

Commentaria.



UNIVERSIDAD DE NUEVO LEÓN
Biblioteca Universitaria

PARISIIS,

APUD EDITOREM,

IN VIA GALICÆ DICTA:

RUE D'AMBOISE, BARRIÈRE D'ENFER.

1840.




DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS
FONDO DE ESTUDIO
VALVERDE Y FERRER

44470

BS 548

M5

V. 24

FONDO E. METERIO
VALVERDE Y TELLEZ

MONITUM.

Si consulantur quotquot hanc materiam tractavere scriptores, si nostræ ad omnes universim theologos præmissæ consultationes attendantur, si seminariorum denique spectentur traditiones, ac uniuersusque Scripturas excellentis vox quaquaversum recolatur, tres præsertim extiterunt viri qui D. Pauli Epistolâs luculentè admodum commentati sunt, nempe Cornelius à Lapide, Estius et Pequigny; nec unum præ duobus aliis extollere, nec cuiuslibet ex tribus eorum commentariis palmam concedere nemo adhuc ausus est. Porrò illud nobis felicissimè obigit, ut nodum Gordianum, gladio non adhilato, solveremus, ita ut omnium omnino placitis satisfacere, omnesque hæc de re sensus præconceptiones demulcere, nullâ tantarum divitiarum parte detractâ, poterimus: integrum scilicet Bernardini à Piconio opus exhibebimus, tum unâ subijungetur Estii necnon Cornelli à Lapide exquisita Epitome, auctore Joanne à Gorcum. Et hæc erit, ni fallimur, præstantissima laboris nostri ordiatio, atque omnium votis certè accommodatissima: quæ quidem nostrâ assertio, si fortè à vero vel minimè abesse quibusdam videatur, nullam perficiendi operis rationem nobis amplius suppetere libenter fatebimur.

BERNARDINI A PICONIO VITA.

BERNARDINUS A PICONIO (Gallicè de Pequigny), minorita capucinus, necnon theologie emeritus professor, Piconii natus est anno 1653, ac Lutetia Parisiorum obiit anno 1709. Pauca admodum de ipso narrat historiæ, nisi quòd sois in sacros novi Testamenti Libros lucubrationibus plurimum inclaruerit, quippe qui Evangelia egregiè omnino commentariis illustravit, ac D. Pauli Epistolâs triplici expositione interpretatus est, quòd quidem posterius opus à Clemente Papâ XI laudibus exornari meruit. Hanc verò laboris sui forum instituit Piconius: 1^o analysim exhibet, quâ textûs apostolici ordo connexioque declarantur; 2^o paraphrasim subijungit, quâ mens Apostoli breuiter clarèque exponitur; 3^o demùm commentarium annexit, ubi litterales notæ, variæ lectiones ac sensus textûs conformiores afferuntur. His omnibus accedunt observationes dogmaticæ, piæ, morales et asceticæ, necnon variæ praxes christiænæ per totum commentarium disperse, et in corollario pietatis post singula capita collectæ; adeo ut ex doctissimi simul et religiosissimi auctoris labore magna quædam seges fructuum maximè desiderabilium non modo divini verbi concionatoribus ad sui et aliorum salutem, sed et omnibus quibuscumque ad divinam mentis et cordis vitam enascatur.

JOANNIS GORCOMII VITA.

GORCOMES seu a GORCUM (Joannes), Batavus, ex oppido patrio Mose ad sito, ac BB. Martyrum, anno 1572 pro Christi fide ab hereticis interemptorum necè famoso, nomen adeptus est. Eum è parentibus Calvinianâ hæresi imbutis natum inde constat, quòd ipse eidem aliquantisper acquiescit. Sed errantem ovem ad Domini cantam rovocavit venerabilis vir Peregrinus Pullenius Rarumondanensis presbyter, circa initium seculi decimi septimi. Ad sacerdotii subinde dignitatem euectus, per reliquam vitæ tempus nullâ die desistit christianam plebem ad morum emendationem ac sinceram pietatem quâ voce, quâ scripto, quâ vite sanctioris exemplo, provocare: quibus dum totus incurreret Gorcomius, obiit in oppido Sylveducensi, anno, ut probabilius conjectura est, 1625.

Operum à Gorcomio editorum indicem sequens catalogus exhibet: 1^o *Exercitatio spiritualis ad unionem cum Deo, in hæc verba psalmi 72: «Mihî autem adhaerere Deo docum est,»* etc., Belgicè, uti sequentia sex; Antwerpæ 1610, in-12; — 2^o *Spiritualis Clypeus, Catholicis universis adversus quotidiani adversariorum tela peritiss; liber è sacris Scripturis et SS. Patribus collectus, cui accessit Expositio duodecim articulorum Symboli Apostolici,* Antwerpæ 1610, in-12, ac Sylveduci 1616, in-12; — 3^o *Nuptiæ spirituales inter Deum et naturam humanam,* 1614, in-12; — 4^o *Spiritualium florum Hortulus, præclarè multè de virtutum amore et vitiorum odio documenta complectens, per questiones et responsa, alphabeti ordine digestus,* 1612, in-12; — 5^o *Consolatorius agrorum,* 1614, in-16; — 6^o *Expositio mystica Cantici canticorum,* 1616, in-12; — 7^o *Speculum perfectionis cognitionis,* 1618, in-12; — 8^o *Epitome librorum B. P. Jacobi Alvari de Paz, societatis Iesu, de vitâ spirituali ejusque perfectione,* 1620, in-12; — 9^o *Epitome Commentariorum Estii et Cornelli à Lapide in omnes D. Pauli Epistolâs.* Illud porò conspiciendum, quòd lectoribus nunc exhibemus, Gorcomius è succinctè ac summè concinnè et studit, ita tamen nullum ut locum vel verbum omiserit, quòd aliquam includere difficultatem videatur, quin è ejus.... quoad licuit, ducendam expositionem afferat. Verba sunt ipsius auctoris infra in præfatione relata. Subijungit verò: «Nullum per me, vel Apostolus ipse, vel commentatores ambo, possumus detrahendum. Iterum: «Nilil quòd ambo quidem cognita habent necessarium omitto. » Et hæc reverè egregie

S. S. XXIV.

(Usc.)

7125

à brevioris nostro præstita fatebitur, quisquis hanc ejus Epitomen cum Estii et Cornelli Commentariis contulerit.

ESTII VITA.


ESTIUS (Guillelmus), WILLIAM HESSELS VAN EST nuncupatus, Gorcomii in Hollandia natus est anno 1542, ex antiquâ familiâ Estianâ (d'Est). Lovanii doctoris infulam adeptus est anno 1580. Duncum ob præclaras animi facultates accersitus, theologiae professor, seminariique superior, præbendam in primariâ S. Petri basilicâ consecutus est; ac Universitatis cancellarii munere insignitus. Eadem in urbe vitâ functus est Estius anno 1615, ætatis vixit 71, vir singulari doctrinâ simul et sacerdotali pietate conspicuus, quem ob improbos labores scientiarum altitudinem *Benedictus XIV doctorum fundatissimum* appellavit.

Edidit 1^o *Commentarium in Magistrum Sententiarum*, 2 vol. in-fol., Parisiis, 1696, et Neapoli, 1720, opus sacre æquisitionis, multisque Scripturæ sacræ ac Patrum locis corroboratum, quod junioribus theologia candidatis plurimum commendavit Dupinus; — 2^o *Commentarium in Epistolas D. Pauli*, quod abbreviatum à Joanne Gorcomio infra subiungimus. Ille vero monendum, nos valde dolere quod Estius, optimus quamquam catholicus, aliquando tamen Hesseli Balthæ quos magistros habuit loquendi modum secutus sit. Cautè igitur inter alia legendum quod præfert in Commentario ad Hebr. 9, 28, ex Valentini anni 855 synodo, *Christum non fuisse sanguinem pro omnibus omnino hominibus, sed tantum pro his qui credunt, atque erroris demandans qui ecclesiam sentiant*. Constat verò hæc Valentini synodum ab Apostolica Sede nunquam fuisse approbatam.

— 3^o *Annotationes in loca difficiliora sacræ Scripturæ*, Duaci, 1628, in-fol., et Antwerpæ, 1699; — 4^o *Orationes theologicas XIX*, Lovanii; — 5^o *Historiam martirum Gorcomitanum*, Duaci, 1605, in-8^o; — 6^o *Martirium Edmudi Campiani S. J.*, et *Gallici sermone in Latinum translato*.

Quantum ad ea que Cornelium à Lapide spectant, ejus abbreviatum in D. Pauli Epistolis commentarium Estii factibus adjunctum exhibet infra Joannes à Gorcum, ad totum 5^o Scripturæ sacræ lectores nostros remittimus, in quo, col. 51-52, ipsius texta est biographia.

BERNARDINI A PICONIO HOC OPUS INCHOANTIS DEO OPTIMO MAXIMO VOTUM.



Gratiâ tuâ ab omnibus liber, unum te quero, ô Deus veritas et amor! hæcque felicem mentis et cordis vitam in terris inchoare desidero, quam in cælis per totam æternitatem, infinitâ tuâ fecus misericordiâ, ducturum me spero.

Ibi tunc eris perfecta mentis mee vita, cum te, ô summa veritas, clarè videbo; ibi tunc eris plena cordis mei vita, cum te, ô Deus charitas æterna, toto cordo diligam.

Quando itaque veniam et apparebo ante faciem tuam? ô Deus, summa veritas et cordis felicitas! quando te facies ad faciem intuebor? quando te totâ cordis plenitudine diligam? quando tibi totâ animâ adhaerens, unitus, iotus in te transformatus, totus in te divinitatis abyssum immisus et absorptus, unum tecum ero spiritus, tuâ vitâ vivam, tuâ beatitudine beatus?

Hæc est vita æterna.

Interim tibi, ô Deus, omne bonum, omnisque boni centrum, per fidem et charitatem adhaerere, et in te solo, Domino et Deo meo, totam ponere spem meam, mihi bonum et omne bonum esse, tuâ gratiâ intelligo.

hoc vita, hoc gloria, hoc divitiæ, hoc beatitudo, hoc omne bonum.

Hæc igitur sacram divinamque adhesionem, eadem tuâ gratiâ, libens et gratoque eligo, tibi uni deinceps vacaturus, per assiduum orationem et per continuam meditationem verbi tui, quod æternæ veritatis tuæ quasi radius est, et divini amoris tui velut scintilla; et idem mentis et cordis inchoata vita; vita quippe mentis veritas, vita cordis amor.

Confirma hoc Deus quod operatus es in me, Adjura me Deus, salutaris meus, et propter gloriam nominis tui, ab omnibus obstaculis liberum me, tuâ gratiâ, in hoc sacro officio, quod et magnum negotium est, sustine; vivam in posteram tibi, soli, totus, omnino, semper. Hoc ut ita sit:

Illumina vultum tuum super me, et miserere mei, ô Deus veritas! ure cor meum et renes meos, ô Deus charitas! Inceam à te! ardeam ex te!

Hic eloquiorum tuorum veritate nutrir, donec te, veritatem ipsam, videam; et videndo, nutrir ex te. Hic eloquiorum tuorum ignibus ardeam donec te,

æternâ charitate, fruar, tulque amore beatifico, in te transformatus, ex te et in te vivam.

Sis nunc in terris vita mea per verbi tui irradiatio-

nem et ardorem, donec per tuam essentiam, que veritas et charitas est, mea sis in cælo, æternâ beatique vita.

Scopus auctoris, OPERISQUE RATIO ET OCCASIO.



Hoc opus, quod in publicum nunc prodit, multis, si Deo placeat, profuturum; ad meam utilitatem propriam mentis nimirum et cordis vitam, scripsi.

Duplex itaque mihi fuit in assidua, per plures annos, Epistolaram beati Pauli lectione et jugi meditatione scopus; veritatem, scilicet, que ex D. Augustino, vita mentis est, indagare; et charitatem, que ex eodem doctore, vita cordis est, accendere, nutrire, augere; et reverâ, Deo votis meis annuente, tot et tantos effectus utriusque percipi, ut hoc opus, quamdiu fuit mihi proprium, vocaverim vitam mentis et cordis.

Illius autem scribendi hæc ratio fuit et occasio.

Primum, sanctum Paulum semper veneratus sum, ut totius mundi doctorem, ab ipso Christo Domino, jam glorioso et in cælis regnante, edoctum, Dei Spiritu afflatum; et cuius ad nos missum, quasi à suo latere legatum, sui que Evangelii præconem et interpretem fidelissimum.

Secundò hujus apostoli scripta mihi visa sunt in Ecclesiâ, quasi fontes luminis et ignis perennes et inexhausti; unde veritas et amor indesinenter et ubique scaturiunt; unde vita mentis et cordis, omnibus illa piè meditantibus, occultâ sancti Spiritus subministratio, tribuitur.

Hinc animus meus, ad illa luminis et ignis scripta, semper fuit propensissimus; verum ad ea quietè legenda, penetranda et gustanda, mihi non datur otium conveniens.

Divinâ tandem favente providentiâ, ab aliorum curâ sui liber, optatum mihi concessum est otium; tunc nullatenus hesitavi quid agerem, ubi mentis et cordis vitam quærerem; sed divini quasi instinctu impulsus et abreptus, animum applici totam, ad hos vitæ divinitate fontes; seu ad hæc apostolica luminis et ignis scripta legenda, scrutanda, die ac nocte meditanda.

Nec me spes mea fefellit: etenim in hæc jugi et assidua meditatione, et lumen vidi, et ignem sensi; et mens mea, verborum Dei veritate nutrita, et cor meum, divinis illorum ardoribus animatum, revixit.

Tunc tamen ita legebam, ita meditabar, ut nec quidquam scriptis mandarem; imò nec scribendi mens esset; etenim lux non ita facile pingitur, ac videtur; nec calor exprimitur, sicut sentitur.

At meâ demum experientiâ doctus, quod sæpè sæpius transitorie sunt et quasi momentaneæ mentis irradiationes, cordisque motiones; aliqua tandem decrevi: ad meam doctrinam, edificationem, et consolationem propriam scribere; ut his scriptis in memoriam

mili revocarentur cogitationes, sensus et effectus, quos in lectione et meditatione perceperam, et quorum sacrâ ruminatio nutrir exoptabam.

Scripsi itaque aliqua et primum quidem sine methodo, prout res, occasio et affectus suggererant.

Sed alterâ doctus experientiâ quod à memoriâ elaborarentur quamplurima, et quidem ad textus intelligentiam planè necessaria; et que mihi per meditationem fuerant elucidata, verbi gratiâ, naturalis ordo textus apostolici, et eorum que in textu intersemitur, connexio; mens Apostoli, sensusque probabilius; que omnia non primo semper intuitu patent;

Hinc, ut memoriâ deficienti optulaver, et meæ meditationis mihi perseveraret utilitas; incepi post diuturnam et exactam ejusque capituli discussionem; imò et post singulorum versuum et verborum saltem obscuriorum explicationem, in commentario factam; cum mihi scilicet omnia vividius et clarius erant in mente; incepi, inquam, brevem capituli analysim facere, in quâ velut in speculo, mihi statim exhiberetur ordo et connexio textus apostolici; deinde et quendam quasi paraphrasim, ex ipsius Apostoli verbis, quantum potui, paucis tantum ad elucidationem additis, componere; que mihi mentem illius fideliter exponeret.

Sic ergo triplex mihi ferè incognitanti nata est apostolicarum epistolaram expositio, per analysim, paraphrasim et commentarium; cum hoc discrimine, ut que hic ordine sunt priores, natu tamen sint posteriores. Analysis et paraphrasim post commentarium prodierunt; illi nihilominus præponuntur, quia faciem unamque suo modo præfert ad faciorem et pleniorum totius capituli intelligentiam; analysis exhibens partes, ordinem et connexionem textus; paraphrasim mentem et sensum litteræ propriè breviter exponens; donec in commentario lux plena detur.

Porro circa tripticam hæc expositionem paucis adducto quædam meam fecerit studium.

In analysi facienda curavi, ut verè et merè esset analysis; seu resolutio capituli in suis partibus, earum ordinem et connexionem simpliciter declarans; non verò commentarius forci, aut quid commentari vice tenens.

In paraphrasi texenda vitavi ne plura dicerem quam cogitaverit Apostolus; hinc illius mentem breviter et clarè aperui, ipsius Apostoli verbis, aut saltem æquivalentibus, paucis aliquando tantum additis, ad pleniorum mentis illius intelligentiam necessariis.

In commentario attendi, ne tricis grammaticibus,

ant questionibus merè curiosis animus distractus exciaretur; hinc eas non vitari tantum, sed et ubique observationes pias, morales et asceticas miscui, cum praxibus christianis, quæ pietatem accenderent, auferent et nutrent.

An successus voluntati respondeat; penes eruditum lectorem sit iudicium; in hoc etiam laudabilis, ut puto, conatus, qui forsitan aliis ausam dabit felicis laborandi.

At, iniquis, hæc triplici expositione, fit et triplex ejusdem rei repetitio.

Fateor, sed unaquaque diversimoda, alteri superaddens, sicut nulla superflua; imò ad plenam textus intelligentiam, unaquaque utilis et suo modo necessaria.

Sic crepusculum, aurora et meridies sibi succedant invicem, nec tamen obstant; quia lux una disponit ad aliam, et alia periclit aliam.

Sic viatori Romam, v. g., Parisiis proficiscenti, non obest, imò prodest provinciarum et urbium, quas peragraturus est, in clarità geographica inspectio; deinde et earundem in seipsis intuitus, primo in summa, deinde in individuo.

Analysis itaque quasi crepusculum est, Paraphrasis quasi aurora, Commentarius quasi meridies.

Rursus analysis, quasi charta geographica, breviter et in puncto designat provincias, urbes et oppida, per quæ iter faciendum est: paraphrasis easdem provincias, urbes et oppida in seipsis exhibet itineranti; sed quasi summam et in globo; commentarius verò minutè usque urbis, templi, palatia, omniæque visu digna singillatim representat.

Hæc itaque tria, analysis, paraphrasis et commentarius singulariter sumpta, ita lumen suum legenti conferunt ut simul sumpta plenam et perfectam dent apostolici textus intelligentiam, et notitiam pariant veritatis, quæ est mentis vita.

Circa quæ unum te moneo, lector benevole, quòd, quia veritatem propter charitatem quæsi, mentisque vitam, propter vitam cordis optavi; hinc, ad veritatem indagandam, ita nihil necessarium prætermisi, ut multa tamen curiosa tantum, mentem et cor distra-

hentia et exsiccantia, potius quàm vivificantia, luhens et volens omiserim.

Veritatis itaque indagandæ gratiâ, præviâ semper et identidem reiteratâ oratione, legi primum non-tram vulgatam versionem; legi deinde textum originale et alias ejus versiones; legi plerosque antiquiores Græcos et Latinos interpretes; legi et recentiores: quibus omnibus attentè coram Deo perpensis, simulque collatis, unum tantummodò, quantum potui, et, ut reor, magis literalem sensum elegi; tacitis pluribus aliis, aut minus germanis, aut manifestè ab Apostoli mente alienis; quos taceo, non quia contemno, sed quia charitatem ex simplici veritate nascentem quero.

Scopus fuit ædificari, non dissipari; ardere, non torpere; amare, non otiosi; hinc otiosa, curiosa, dissipantia, non redificantia, sed ad summum eruditionem ostentantia libens prætermitto.

Hinc et plures sensus in locis tantum difficultioribus retero, ubi propter textus obscuritatem, lectionumque varietatem, res est dubia, nec apud sacros interpretes de germano sensu satis constat.

Porro sensum, quem textui puto conformiorem, sic eligo, ut max tenuitatis semper minor, nihil affirmem securus, nisi quod Ecclesia catholica docet; nihil in aliis damnem austerus, nisi quod eadem Ecclesia dampnat; ipsa enim mihi veritas est columna; cui firmus et inconcussus innotuit; ipsa mihi firmamentum veritatis, cui constans inhaereo et usque ad ultimum vite meæ momentum inhaereo; ipsa sola mihi verborum Dei interpres est irrefragabilis, ejus judicium in omnibus sequi profiteor; si quid ergo præter mentem, in his à me scriptis, secus accidit, hoc ego ipse contemno et damnatum esse volo; mihi enim nomen Christianus, cognomen Catholicus.

Ne circa sanctorum interpretum citationes hæreas, lector benevole, moneo eas in eorum Commentariis esse querendas in locis, de quibus agitur. Itaque in omnibus interpretum citationibus subintelligendum est, *hic*.

D. autem Chrysostomus, ejus aliquando paginas noto, querendus est in editione Græco-Latinâ factâ Parisiis apud Sebastianum Cranoisy, 1636.

PROLOGUS

IN OMNES D. PAULI EPISTOLAS.

Quatuordecim epistolæ D. Paulus scripsit, non tam atramento, quàm Spiritu Dei visi; decem ad Ecclesias, ad Romanos scilicet unam, ad Corinthios duas, ad Galatas unam, ad Ephesios unam, ad Philip-

JOANNIS A. GORCUM IN EPISTOLAS D. PAULI

Prooemium.

Ea sacrarum litterarum profunditas et majestas est, pervadere et transire commode nemo potest, quin imò minus sit, qui profundo et vorticoso eas torrenti, aut

oceano fundam ignoranti, comparat: Ut enim hunc pervadere et transire commode nemo potest, quin imò minus sit, qui profundo et vorticoso eas torrenti, aut

penses unam, ad Colossenses unam, ad Thessalonicenses duas, ad Hebræos unam; quatuor ad singulares personas, nempe duas ad Timotheum, unam ad Titum et unam ad Philemonem.

Legunt quidam, et ad Laodicenses, sed ab omnibus exploditur, ait D. Hieronymus, lib. de Vir. illust.

De hæc ad Laod. Epistolâ, vide cap. 4. Epist. ad Coloss., v. 16; vide etiam Prefat. in Epist. ad Ephesios.

Constat quidem apud omnes, quòd hæc quatuordecim Epistolæ, non sint in Bibliis collocatæ, eo quo scripte fuerunt ordine; sicut duodecim propheta non sunt in Bibliis ordine temporum collocati, ait D. Joannes Chrysostomus; sicut psalmi Davidici temporis ordinem non habent, ait Theodoretus.

At non exquæ constat apud omnes de ordine, quo peræque scripte fuerunt; sed in re dubiâ variè conjeiunt. Præcipuas referam opiniones in præfatione uniceque propriâ et singulis præpositâ.

Interim hic ordinem appono, quem recentiores, re serò examinatâ, putant probabiliorum.

Prima omnium scripta, est prior ad Thessalonicenses, Corinthi, anno Christi 52.

Secunda posterior ad Thessalonicenses, non multò post priorem, ut patet ex materie conformitate, et ex eadem inscriptione, in qua Sylvanus et Timotheus Corinth. an. 52 vel 55.

Et de his duabus conveniunt omnes post D. Chrysostomum et Theodoretum; nec enim unius nec alteri quidem extranei, singulare hic opinionem commemoro, de qua suo loco in Præfatione secunde ad Thessalonicenses.

committat, ita illas temerè nemo vel legendo vel explicando agredi, nisi vel, divini timoris præ majestatis deterritus, cymbam consentat; vel, profunda humilitate nixus, librum quodammodo vatum tenet. Sensus namque æranorum, in Scripturâ divinâ reconditorum, varietas occurrit tanta; eaque materiam quas prosequitur diversitas, ut disciplina ipsa omnes, et quidquid ab homine sciri potest, suo complecti sinu videatur; atque adeo quædam scientiarum omnium esse universitas, scientias universas vel formaliter vel eminenter continens, ac velut mundus quidam intelligibilis, suis quatuor partibus; seu quatuor elementis, regulari et symmetricè constitutus; ejus terra est velut in œquil. medio, ipsa videlicet historia sensusque litteralis; circa quam, instar æranorum, moralis intelligentie abyssus circumsecundifunditur; circa duas hæc partes quasi inferiores aer ille naturalis scietitæ longe lateque circumvolvitur; extra omnia desique igneus ille empyrei cœli ardor, id est, divina nature contemplatio, quam theologiam dicunt, circumglobatur. Quinobrem, patet ut perstringam, nisi sensus illius allegoricus terræ, tropologicus aquæ, sic non inscite allegoricus æri, analogicus igni et ætheri comparari posse videatur. Adhuc scilicet Scriptura fertilis et uber est, apte et quæ, velut à Paradiso terrestri, quatuor illa flumina celeberrima omnem circum undique regionem irrigantia prorumpunt, quatuor horum sensuum fuenta profuunt. Non tamen quòd omnis Scriptura hæc semper et ubique sensus patiat, etsi litteralem omnem habeat; nam in novo Testamento vix allegoria locum habet, in Epistolis verò ipsis rarissima est tropologia.

Quas inter Paulinæ non postremum, quin imò faveiæ primam, locum obtinent; harumque duplex in

Tertia ad Galatas, an. Christi 55 vel 56, Ephesi; id tamen non ut certum asseritur, sed ut rerum Paulinarum ordini conveniens; hujus, in suo loco videbitur, tempus est omnium incertissimum.

Quarta ad Corinthios prior, an. 56, Ephesi.

Quinta posterior ad Corinthios, an. 57, Philippis seu à Macedonia.

Sexta ad Romanos, an. 58, Corinthi, in portu Cenchreasi.

Septima ad Philippenses, an. 62, Romæ in primis vinculis.

Octava ad Colossenses, an. 62, Romæ in iisdem vinculis.

Nonâ ad Philemonem, an. 62, Romæ in iisdem vinculis, sed sperans ab eis citò liberari.

Decima ad Hebræos, an. 65, Romæ, aut saltem in Italiâ, paulò post prima vincula.

Undecima prior ad Timotheum à Macedonia, an. 64.

Duodecima ad Titum, Nicopoli, an. 64; de hæc tamen utraq; magna controversia apud auctores. Vide præfationem illius.

Decima tertia ad Ephesios, Romæ in secundis vinculis, an. 66.

Decima quarta posterior ad Timotheum, Romæ in secundis vinculis et morti vicinis, an. 66.

Et de his dualis etiam controversia; multi enim volunt quòd in primis vinculis scripte fuerint; de quibus vide præfationes proprias.

Hunc ordinem stabilit et quantum potest, probat dominus de Tillemont, in suis in D. Paulum Notis, *Mémoires*, etc.

genere objectum est, doctrina scilicet, et morum christianorum conformatio. Prior enim cujusque fere Epistolæ pars dogmatica est, in qua nimirum, quæ ad fidei nostræ spectant, mysteria Apostolus perstringit. Posterior, ethica, in qua morum vitæque formam tradit fidelibus; idque variè et mistim, Hebræorum veterum ritu, et more epistolice scripturionum perfamiliari. Inter fidei autem mysteria, tria potissimum, suo tempore in primis scitu necessaria, Apostolus inculcat; puta, primò Christi economiam et gratiam, ipsamque unicum esse nostrum Redemptorem; à quo aimrum gratis omnis, iustitia et salus omnis expectanda sit. Deinde Judæicæ legalisque ceremonias, per nova Christi legis inditamentum, penitus esse abrogatas. Denique hæreses jam tum suppullantes, quos passim perstringit et jugulat; in primis autem Simonis Magi (à quo ceu utroque viperino plurimæ alie soboles virulentæ proserperunt, Meander videlicet, Saturninus, Basilides, Gnostici, Carpocrates, quæ item à SS. Petro et Judâ apostolis suis deponuntur coloribus), tum verò et Ebionitarum et Cerinthianorum dogmata, canè pojat et arguè esse fugienda. Hinc quæ de cavenda philosophiâ, de falsâ angelorum religione et cultu, de superstitioso ciborum delectu, deque horum similibus inculcat, non aliter intelligenda sunt, quàm quatenus sua ex postularum igitentis ac philosophorum erroribus dogmata Simoniani conflant. Posteriore verò Epistolæ parte, virtutes tradit christianas et ethicas sacram; idque non per continous discursus, ad instar Aristotelis aliorumque ethices magistrorum, sed per breves gnomas, nervosæque sententias, easque profusè scæpe sine ullo ordine congestas. Hæc namque ethices tradende ratio veteribus Hebræis in usu fuit, ut à

Unicuique Epistola sumi, in hoc opere, proprium anteponeatur argumentum; interim in genere dici potest, quod omnium D. Pauli Epistolarum triplex argumentum esse videatur.

Primum, fidei dogmata stabilire et explicare, mores christianos inculcare, ad perseverantiam in fide et virtutibus animare.

Hiuc plerumque prior earum pars est dogmatica; posterior vero moralis.

Allud argumenti genus est Judaisimum, legisque Mosaeicae ceremonias, per novam Christi legem abrogatas, impugnare et eradicare; praesertim in Epistolis ad Romanos, ad Galatas, ad Philippenses, ad Hebraeos.

Tertium, haereses, jam tum submissascentes, suffocare; praecipue in Epistolis ad Ephesios, ad Colossenses, ad Timotheum.

Haec omnes Epistolae, si excipiantur quae ad Hebraeos, scriptae sunt Graece; tum quia ad Graecos, tum quia Graeco tunc loquebantur ferè omnes; hiuc et ad Romanos, etiam Graeco scriptis, ut dicitur in hujus Epistolae praefatione.

Porro quam utile sit has omnes Epistolas legere, meditari, commentari, discimus à D. Joanne Chrysostomo, in quo desudat atque elaborat, resta; et patens sit inextinguibile, quo multa licet continenter haurias, semper quod de novo haurias, reliquum erit, nec ad unum pertinges fundum, quocumque demum modo committaris.

Quae porro pluribus diffusè uterque hic commentator est prosecutus, et ingentibus complexu voluminibus, horum brevis quoddam iuxta succincte ac summam continere Compendium studii; ita tamen, nullum ut loquar vel verbum omiserim, quod aliquando includere difficultatem videretur, quin ejus, quae potui brevitate et quoad licet, dilucidam expositionem afferam. Clarior itaque paucissimis et obiter perstringo; quae vero te remanari posse, lector putem, ea prolixius, brevitate tamen quam specto minime oblitus, sum prosecutus. Inter legendum, occurrere solitas quaestiones resco; exempla historiarum quae veteres omitto, variarum interpretationum conciliationes studio suppresso; lectionum varietatem, aut ad Hebraeos aut Graecos fontes, rarissime revoce; sensuum denique discrimina paucis attingo; nondum litterae corticem tollere elaboro, latentemque interstrum verborum nucleum, mentemque Apostoli erere, praecipuum mihi instans est, in quo tibi, lector, commendis non medicator consuevit valere; tum molestum de tetricum longiora legendi fastidium; quod suboriri nonnumquam vasto in discursu solent rescedendo; tum tempus (cujus habendam rationem potissimum sapientes moneant) tibi lucrificandum. Nec vero est quod commune illud Epistolae carpentium convicium, compendia librorum mera esse illorum dispensia saepe tenere assententium, verarum nullum quippe per me vel Apostolum ipsa, vel commentatores ambo patiantur detrimentum, dum ex illorum sententia et expositione indam apostolorum verbarum sensum mentemque scribentis afferre conatolo; et tamen, quod ambo quidem cognita habent necessarium, omitto; quin imò materia ex utroque sugero, in qua te loquar latinsè, si videretur, discedas. Est tunc ergo vultu panis his vocibus, aridus quidem, sed succulentus; coarctatus, sed substantia plenissimus. Patullum hic videbis in elocutione carnis, sed nervorum, cartilagineum et medullarum in sensibus plurimum, et materiarum rerumque Paulinarum Riasa, in parvi hujus libelli potentem

stomo, harum interprete fidelissimo.

Paulina, inquit, Epistola, metalla sunt spiritus et fontes; metalla quidem, quia quovis auro pretiosiores nobis praebent divitias; fontes vero, quia nunquam deficiunt, sed quantumlibet exhauris, tantumdem ac multo amplius rursus affluit; et hoc evidenter declarare potest totum tempus quod praeteriit.

Siquidem ex quo Paulus vixit, quingenti jam elapsi sunt anni, totoque hoc tempore, multi tum commentatores, tum doctores ac interpretes, multa saepe inde exhaurerunt, nec tamen repositis ubi divitias exaurire valuerunt; non est enim sensibilis hic thesaurus, et ideo non consumitur à multis effluentium manibus, sed augetur et multiplicatur.

Et quid dico de illis qui ante nos fuerunt? quam multi post nos dicturi sunt; ac rursus post illos alii, nec tamen delecent fontis in modum sciantes divitiae; neque metallorum hoc genus exhaurietur. D. Chrysostomus in dictum Apost., habentes unum spiritum, homin. tertii.

Expertus ego, mentis licet exillissimae, et Paulino pectori penetrando, infinite imparis, haec D. Chrysostomi verba quasi prophetica, ad litteram vera reperi.

colae, in quo desudat atque elaborat, resta; et patens sit inextinguibile, quo multa licet continenter haurias, semper quod de novo haurias, reliquum erit, nec ad unum pertinges fundum, quocumque demum modo committaris.

Quae porro pluribus diffusè uterque hic commentator est prosecutus, et ingentibus complexu voluminibus, horum brevis quoddam iuxta succincte ac summam continere Compendium studii; ita tamen, nullum ut loquar vel verbum omiserim, quod aliquando includere difficultatem videretur, quin ejus, quae potui brevitate et quoad licet, dilucidam expositionem afferam. Clarior itaque paucissimis et obiter perstringo; quae vero te remanari posse, lector putem, ea prolixius, brevitate tamen quam specto minime oblitus, sum prosecutus. Inter legendum, occurrere solitas quaestiones resco; exempla historiarum quae veteres omitto, variarum interpretationum conciliationes studio suppresso; lectionum varietatem, aut ad Hebraeos aut Graecos fontes, rarissime revoce; sensuum denique discrimina paucis attingo; nondum litterae corticem tollere elaboro, latentemque interstrum verborum nucleum, mentemque Apostoli erere, praecipuum mihi instans est, in quo tibi, lector, commendis non medicator consuevit valere; tum molestum de tetricum longiora legendi fastidium; quod suboriri nonnumquam vasto in discursu solent rescedendo; tum tempus (cujus habendam rationem potissimum sapientes moneant) tibi lucrificandum. Nec vero est quod commune illud Epistolae carpentium convicium, compendia librorum mera esse illorum dispensia saepe tenere assententium, verarum nullum quippe per me vel Apostolum ipsa, vel commentatores ambo patiantur detrimentum, dum ex illorum sententia et expositione indam apostolorum verbarum sensum mentemque scribentis afferre conatolo; et tamen, quod ambo quidem cognita habent necessarium, omitto; quin imò materia ex utroque sugero, in qua te loquar latinsè, si videretur, discedas. Est tunc ergo vultu panis his vocibus, aridus quidem, sed succulentus; coarctatus, sed substantia plenissimus. Patullum hic videbis in elocutione carnis, sed nervorum, cartilagineum et medullarum in sensibus plurimum, et materiarum rerumque Paulinarum Riasa, in parvi hujus libelli potentem

Epistola Paulinae metalla sunt spiritus indeficientia; et fontes luminis et ignis, ut ita dicam, inexhaustibiles.

Experire, lector, cujuscumque eruditioris, ingenique solidioris et acutioris, et haec eadem verba reperies ac nunc conclusam. Videbis quoque achatem illum regis Pyrrhi, multa exiguo in spatio spectanda dantem; navem quoque sculptoria Myrmecialis, quae quonia magnos navis instrumenta sub unguiculis alicuius brachio clare videntia exhibeat. Cernas hic pinguium chasum, qui accurata ruminacione patefactus, patientem explicatamque tibi manum exeret in multos

ries veriora; si praesertim indefesso studio cor piam adjuveris et humile; ita ut oratione servata et humili frequenter petas à Deo, quod studium solum suppeditare non poterit.

distinctam digitos et articulos. Reperies licet item multos calces chasus, qui attente considerationis tunc patefacti rivas, insignium divinarumque flores rerum exoladent. Vestem hic quoque habebis, sed complicatam et involutam; hanc ut expleres jubeo, si in usum eam tunc convertere volueris. Invenis hic denique Archimedis sphaeram, multa astrae et spiritalia lumina brevi in circumferentia complectentem.

IN EPISTOLAM AD ROMANOS

Praefationes.

Haec Epistola, ordine temporum, sexta aut septima plerumque reputatur; in Bibliis tamen prima collocatur, non tantum, quia Roma caput est mundi, sed multo magis, quia haec ad Romanos Epistola continet christiana religionis capita: fidem, gratiam, Christi meritum.

De hac Epistola, multi, non sine causa, existimant dictam à D. Petro, 2 Ep., c. 5, quaedam esse difficilia intellectu; revera, praeter ceteris Epistolis, difficillima est, ut fatetur Origenes, D. Hieronymus; quin et difficultas deterruit D. Augustinum, ne ceptam hujus Epistolae explicationem perficeret, ut ait lib. retract., c. 25.

Hujus obscuritatis causa quidem communi aliis etiam Epistolis Paulinis, imò et aliorum Apostolorum scriptis, quia, licet sermo sit Graecus, phrasim tamen saepe est Hebraica, seu potius Syriaca. Causa vero D. Paulo specialis, et in hac praesertim Epistola, quia sermo ejus huius, confragosus, saepe abruptus et intercuris; à proposito in aliud, quasi quodam impetu, ruens: deinde ad seipsum revertens; objectionibus tactis et non evolutis respondens; multas Hebraeo-

rum sententias obiter tangens, et non explicans, sed notas supponens.

Aliae sunt obscuritatum causae, de quibus videatur D. Hieron., quae ad Algasim decimã.



Ad difficultatem compensat utilitatis magnitudo, ait Estius; quid enim utilius in vita, quam id discere, sine quo bene, beatè et in aeternum vivere non possis?

Hujus Epistolae scribendae occasio fuit orta contentio inter eos qui ex Judaeis, et illos qui ex gentibus conversi fuerant.

Judaei hujus contentiones auctores, praeter nimio legis et Judaeismi zelo, gentiles, etiam post conversionem in Ecclesia, aspernabantur, quasi Dei gratia indignos; sese vero, ob legis Mosaeicae observantiam, Evangelii gratia dignos arbitrantur; dignosque qui aliis in omnibus praerferrentur. Hinc rixae, altercatio et oburgatio.

Gloriantur Judaei quod Dei populus erant, cui data lex, ad quem prophetae missi, cui promissus et datus Christus, etc.: haec autem omnia, suis, et

testamentis, ut Paulus Ephes. 2 loquitur, extraneas. Hujus generis fuisse dicunt illos qui cum Petro discipulabant, Act. 11, expositantes quod homines gentes fecisset Evangelii particeps; quique post audita Petri satisfactione mirati dicebant: Ergo et gentibus penitentiam dedit Deus ad vitam. Alterum vero genus eorum qui adstringi volebant observatione legis Mosaeicae: quod sine ea justificari et salvari nunquam posse non arcades quidem gentes ab Evangelio putarent, sed tamen negrent, utcumque Evangelium ac legem Christi reprobent. Quod genus erant qui fratres ex gentilitate conversos doceant, Act. 15: Nisi circumciderimini secundum morem Moysi, non poteritis salvari. Et iterum: Quia oportet circumcidi eos, praecipue quoque servare legem Moysi. Item, qui Galatas in servitium Mosaeicae legis redigere volebant, Galat. 2. Verum haec distinctio judaizantium nihil parum solida videtur. Nam ut Judaei parati semper erant gentiles, ad communionem suae religionis admittere tanquam proselytos et asceticos, ita Christiani Judaizantium ab Evangelii gratia ac spe subitis mentem excludentem gentilem, modo circumcidendum ac legatum Mosaeicorum observantem. Unde et illi Petri



Small text at the bottom of the page, possibly a date or reference.

majorum suorum meritis attribuebant; zelo scilicet et fidelitati, quibus Deo vero servierant: propter quae filios et Evangelium ipsis tanquam hereditas et patrimonium erant debita; gentilibus autem utpote idololatriis, omnibusque vitis delictis, gratis data.

Gentiles verò de scientiâ, philosophiâ scilicet, gloriabantur; quia et extollebant quosdam suorum, qui et veri Dei notitiam habuerant, multaque proderent, fortiter ac justè gesserant: Judæis autem suam in Deum rebellionem; utò et suam quoque idololatriam impudenter; de qua testis est Scriptura; obiciebant et ipsis persecuciones, quas prophetis intulerant; at præcipuè mortem quam ipsi Christo Domino injustè et crudelitè dederunt; hincque se digniores affirmabant, quibus Evangelii gratiam Deus exhiberet.

Sic ergo altercatim Romanis Apostolus sese medium interponit; partimque quæstiones ita dirimit, ut asserat 1^o utrumque populum, Judæum et Græcum graviter deliquisse; gentilem, quia Deum ex creaturâ cognovit, non glorificavit; Judæum verò, quia Dei reprehensores dicebant: *Quare intrastis ad viros præputium habentes?* Id est, in circumcisions; non utique reprehensuri, si gentiles illi circumcissi fuissent. Quod verò dicitur cum adulatione leguntur: *Ergo et gentibus gratiam dedit Deus, sic intelligit, gentibus in proprio mantebant.* Hoc enim mysterium prius incognitum, ac sibi valde peroddum, Petrus visitatione quæ sibi fuerat confitis ostensus, narravit jam didicerrant. Legit hæc judicantium distinctione præmissâ, quædam hæc apparet omnibus Judæos qui Romæ erant, pertrahere voluisse gentiles qui in Christum crederant, ad Mosicæ legis observationem (inque enim in hæc Epistola tale quid usque significatur), illud præcipuum dicendum, occasionem hujus ad Romanos Epistolæ scribende natam fuisse ex contumelia quæ Romæ inter Judæos et gentiles, utrosque fideles, s. b. orta fuerat, ut thesæ cooperam, de meritis et justificatione; dum scilicet utrique suis meritis Evangelii gratiam arrogarent. Etiam Judæi (qui quidem erant, ut dixi, contentions auctores) jactabant se Dei populum esse quoniam electum, gentibus in idololatriâ delictis; legem cum judicis et ceremoniis à Deo sibi datam, non illis; patriarchis suis ac prophetis Dei familiares, et eorum oracula sibi tradita; deinde Dei promissâ et pacta secum inita, maxime de mittendo Messia salvatore, eodemque ex ipsis nato; quo omnia tanquam præclara de illis etiam Paulus ipse commemorat sparsim in hæc Epistola, ut c. 5, 9, 11 et 15. Propter quod dicit aliquoties: *Judeo primò et Græco;* videlicet Judæorum pro gentilibus prærogativam indicans. Hæc autem omnia meritis suorum majorum, cum quibus unius essent populus, attribuebant Judæi: sus quoque merito venit ad eum nullam adletem, quod à majoribus suis minime degerant, utpote retinendi capitis ac legis observandæ studiosissim; digni proutem quibus potius quam aliis populus Evangelii gratiam ac promissâ Deus offerret; quemadmodum et jam obtulisset, Christo filio ejus Evangelium suum Judæis non gentibus annuante. Gentiles contra, quos Apostolus Græcos appellat, suam Græciam philosophiæ parentem, sapientiæ virtutumque studis exultant ac nobiliter predicabant; specialiter Romani multa à majoribus suis non solum fortiter, verum etiam temperanter et justè facta quibus imperium et gloriam immortalem suæ genti, peperissent, commemorabant. Ceterum idololatriæ crimen ita rejiciebant gentiles, ut ignorantia depunitum dicerent, non malitia. Nec tamen etiam inter ipsos defuisse qui unum verum Deum, invisibilem,

legem non observavit; unde concludit omnes esse sub peccato; et ideo neutrum suâ justitiâ salutem meruisse; sed omnes Dei Salvatoris egere gratiâ.

Scopus igitur Apostoli in hæc Epistola est ostendere quod Christi gratiâ, nec Judæis data sit, ob Mosicam legis observantiam, nec gentilibus, ob legis naturalis custodiam: sed merè gratis et ex purâ Dei misericordiâ.

Hinc cap. 1. horrenda philosophorum gentiliûm scelera revelat; cap. 2. Judæorum transgressiones; cap. 3. concludit omnes esse sub peccato, nec habere de quo gloriantur; ibidem circa finem capitis suam de gratiâ justificatione, gentibus et Judæis oblâtâ, doctrinam aperit; cap. 4. hæc suam doctrinam confirmat exemplo ipsius Abrahæ, gratis per fidem justificat; in cap. 5. hujus gratuite justificationis excellentiam declarat et utilitatem; cap. 6. hortatur sic justificatos, ut sanctis moribus justitiam servant et augeant, quia, ut cap. 7. docet, post justificationem manet adhuc concupiscentia, quam lex acuit, sed æternam, omnipotentem ex opificio mundi cognovissent. Judæis certe qui tot Dei beneficiis ingrati, toties in superstatione falsorum deorum relapsi fuissent, denique Messiam Dei filium promissum ac nissum, male acceptum turpissimâ morte, condemnassent multo sese digniores esse, quibus Evangelii sui gratiam Deus exhiberet. Istius modè legitur altercatione inter fideles qui Romæ erant exorta et indices gliscerent, Paulus pro munere suo apostolice occurrituratus, hæc ad eos mittit Epistolam, quæ primum utriusque partis factum deprimat, ostendens omnes priusquam à Deo vocentur ad fidem Christi, fuisse peccatis subditos, et à verâ justitiâ alienos; ideoque nihil habere de quo vel alteri adversus alteros sese vendicent, vel utrique gloriari coram Deo possint, tantum de aliquo merito gratiæ et salutis oblata per Christum. Docet itaque gratuitam Dei donum esse justificationem, hoc est, non per legem, aut ex ullo operum merito, dignitate, respectu, sed gratis per fidem in Christum propitiatorem, justificari tant gentiles quam Judæos. Atque hæc status est et principale argumentum Epistolæ. Quod quidem beatus Augustinus brevissime perserinxit in expositione quarundam propositionum hujus Epistolæ, cum dixit in eâ versari quæstionem operum legis et gratiæ. Ac rursus in Epistola 105 ad Sixtum Romanum presbyterum, postea pontificem, ita scribens: *De gratiâ commendatione maxime ad Romanos Epistola loquitur, ut inde se præcipue ejus velit à capite orbis toto orbe diffundere; et est enim quæ justificatur impiis.* Eundem pluribus argumentum hujus Epistolæ explicentem consulite, si placeat, in hujus Epistolæ nichilâ expositione, et 1. c. 2. ad germanam de justificatione doctrinam, que vera nostra à negotio justificationis simpliciter excludit, ut sectari voluit (simplicem et ipsi fides opus quoddam nostrum est), sed quæ à justificatione removet opera sive legis, sive naturalis, fidem præcedentia, et omnino ea que non sunt ex fide. Quam Apostoli mentem esse ex ipsis Epistolæ progressu planius evadent. Porro liquet ex dictis, in hæc Epistola proprie non versari quæstionem, que in Epistola ad Galatas scripta, unum ad salutem necessariâ sit observatio legis ceremonialis date per Moysen, et proutem gentiles, si salvi esse velint, cum suscipere debeant; sed de lege moralis dispositionem esse, quam Judæi scriptam in tabulis acceptant, gentiles tantum animis impressam gerebant. Quærebatur enim an ea lex sive scripta, sive insita justificare possit bonitatem, et ejusmodi justitiâ preparatus, donorum ac promissio-

quam gratiâ superat et reprimat; in cap. 8. enumerat fructus ex fide Christi nascentes.

In cap. 9, 10, 11. docet gentes ad justitiam electas esse, Judæos verò rejectos ab illâ, quia gentes Christo crederent; Judæi autem credere noluerunt. Ex hæc Judæorum rejectione consequentias præveniit, que contra Dei veritatem et justitiam deduci possent: hujus rejectionis limites notat et quod tempus et quod personas; Judæorum rejectio fuit vocationis gentium occasio: hæc rejectionem timeant et gentes. A cap. 12. usque ad finem Epistolæ, mores instruit.

Duce igitur sunt hujus Epistolæ partes: prima, que est dogmatica, complectitur undecim capita; secunda, que est ethica, continetur quatuor capitibus. Caput 16. varias continet salutationes.

Scripta fuit Græcè, tum quia è Græcâ, ubi D. Pau-

rum que secum affert Evangelium, particeps fieret. Potissimum tamen ad legem Decalogi respectat Apostolus, propter Judæos, qui in illa fiduciam justitiam collocabant multo amplius quam gentiles in lege naturæ; cuius se multo facilius transgressores fuisse facile videbant. Cor. autem eos qui circumcissionem ac tacite legis ceremonialis observarent, hic non increpat, sicut in Epistola ad Galatas, ratio jam ante dicta est. Nam gentiles Romani non erant hoc passi quod Galatæ, ut in legem et circumcissionem à pseudoapostolis traducerent; Judæi verò qui magna pars erant eorum ad quos hæc Epistola scribitur, ab avito more non minus abstrahendi erant (seque enim tempus advennerat) tantum docendi (quod satis hæc Epistola agitur), ne ex lege quomo modo justitiam expectarent. Aliaqui Paulum non docuisse discessionem à Moysæ eorum qui per gentes erant Judæorum, de quâ re postea Hieronymus accusatus fuit, Act. 21, vel inde constat, quia passim cum Judæis Judaicè vivebat. *Factus enim, inquit, Judæis tanquam Judæus; ita qui sub lege sunt, quasi sub lege essem, 1 Cor. 9.* Quocirca Jacobus Apostolus de accusatoribus ejus: *Et scitote, inquit ei, quia que de te audiverunt, falsa sunt.* Occupat Paulus in argumento memorato ab initio Epistolæ usque ad finem capituli undecimi. Postquam enim docuit omnes sub peccato esse, nec habere de quo gloriantur, deinde post medium capitis 5. suam doctrinam de gratiâ per fidem justificationem, gentibus æquè et Judæis oblâtâ exponit; camque capite 4. confirmat ad exemplo Abrahæ. Ut patet hoc Christi beneficium magis illustrat, originem prodi peccati in humano genere, ejusque tyrannidem describit, à quâ per Christi gratiam liberatur. Ita exsequitur c. 5, 6 et 7. Hinc cap. 8, repetitâ magnitudine beneficii, per Christum exhibiti, declarat ordinem, vim et efficaciam divinæ predestinationis, à quâ, transitu facto ad Judæorum reprobatorem, mox de utraque in universum sensu deserit, et ita quidem, ut tam electionis quam reprobatorem causam in solam Dei referat voluntatem. Capite 10. rursus justitiam que ex fide est, à Judæis ignoratam, toto orbe prædicatam commendat. Denique, capite 11, que de populi Judæi reprobatore dixerat, ita mitigat, ut doceat reliquias ex eo servari, imò futurum aliquando ut ipsa natio Christum recipiat, fidem gentium provocata. Sequitur deinde Epistolæ pars ethica, quæ Romanis vix ac necessariis pro leuapore præcipiis ad vitam bene christianicè ducendam

lus lingue Græcæ assueverat; tum quia lingua Græcæ tunc Romanis omnibus, etiam feminis, teste Juvenali, erat in usu quotidianum; tum quia advenis Romæ morantibus (quales erant plurimi hujus Ecclesiæ Christiani) lingua Græcæ notior erat quam Romana, seu Latina; tum denique, quia hæc epistola, utpote continens pleraque religionis capita, digna erat que ad omnes totius orbis Ecclesiâ mitteretur; Græcæ autem, ut ait Cicero pro Archia, legitur in omnibus formè gentibus; Latina suis finibus sanè exiguis confineretur. Quia enim Græcè, à tempore Alexandri Magni, dominati fuerant omnes ferè gentibus; Græcè loquebantur ferè omnes.

Hinc Græcè scripsit Apostolus gentium, exceptâ ad Hebræos Epistola.

Scripta fuit Cenchreis, seu in portu Cenchreensi, qui erat ubi Corintho vicinus, anno Christi 58, ut putat Baronius, et per Phœbem diaconissam lata.

informat. Revocat imprimis à vitis et corruptelis seculari; tum ad charitatis officia motu præstantia, ut inter membra episcopi corporis, hortatur. Hinc omnes quoque non modo non rite condas, sed etiam benefactis prospectandos esse, Principibus ac magistratibus ex animo parendum. Omnibus reddenda debita. Infirmis in fide à firmioribus tolerandos ac fovendos Christi Salvatoris beneficiis. Hæc aguntur à cap. 12 usque ad cap. 15, ubi quædam subiecti de suo erga Romanos officio, spem faciens, quod ad eos sit venturus. Extremum capitulum varias continet salutationes. Est autem hujus Epistolæ peculiaris, quod est plurimum universos qui Romæ erant fideles alloquitur Apostolus, inter alium tamen propriè ad Judæos, interdum ad gentiles convertit sermonem. Ad Judæos quidem c. 2. ferè toto; item c. 7 et 11. Ad gentiles, c. 11, ab eo loco: *Vult enim dico gentibus, et c.* cap. 15, ubi ait: *Judaicos usque scripsi vobis, et c.* nam gentibus specialiter id dicit sequenti manifestat. Sæpe solum ea res, verum etiam multa alia sunt, que hinc Epistolæ intelligendæ difficultatem afferant; adeo ut affirmet Hieron., in octava ad Algasium questione, omnem hæc ad Rom. Epistolam minus observantibus involutam esse. Et si voluero, inquit, cuncta discere, nequaquam nihil unum liber, sed multa et magna erant scribenda volumina. Quod utique dicitur ab eo præcipue propter doctrinam justificationis et annexorum, qua majorem occupat Epistolæ partem. Quia cetera magnum etiam Augustinum deterruit, non cepit unquam expositio hujus Epistolæ perficere, et ipse testatur lib. 1. Retract., cap. 25. Quin et illud quod Tertullianus scribit 2. Epist., s. in Paulinis Epistolis esse quosdam intellectus difficultatis, de hæc ad Romanos Epistolam potissimum accipi debere, non alis re multi existimant. Verumtamen difficultatem hanc, quantumcumque ea sit, abunde compensat utilitatis magnitudo. Quid enim utilius homini in vita, quam id discere sine quo bene vivere et æternam vivere non possit? Quod ex professo traditur in hæc Epistola. Scripta est autem à Corinthio, quemadmodum bene docent Origenes et alii. Nam ultimo capite commendat Phœbem Ecclesiæ que in Cenchreis erat, ministrant. Erant autem Cenchreæ portus Corinthi. Cajum quoque qui Corinthi morabatur, hospitem suum vocat. Illipsum confirmat Græcorum hypographæ Epistolæ subjecta. Sont qui Athenis scriptam dicant, sed nihil afferunt probabile.

IN EPISTOLAM AD ROMANOS

COMMENTARIA.

CAPUT PRIMUM.

1. Paulus, servus Jesu Christi, vocatus apostolus, segregatus in Evangelium Dei.
2. Quod ante promiserat per prophetas suos in Scripturis sanctis.
3. De Filio suo, qui factus est et ex semine David secundum carnem.
4. Qui predestinatus est Filius Dei in virtute, secundum Spiritum sanctificationis, ex resurrectione mortuorum, Jesu Christi Domini nostri.
5. Per quem accepimus gratiam et apostolatam, ad obediendum fidei in omnibus gentibus pro nomine ejus.
6. In quibus etis et vos vocati Jesu Christi.
7. Omnia qui sunt Romæ, dilectis Dei, vocatis sanctis. Gratia vobis et pax à Deo Patre nostro et Domino Jesu Christo.
8. Primum quidem gratias ago Deo meo per Jesum Christum, pro omnibus vobis, quia fides vestra ministrat in universo mundo.
9. Testis enim nihil est Deus, cui servo in spiritu meo in Evangelio Filii ejus, quod sine intermissione memoriam vestri facio.
10. Semper in orationibus meis; obsecrans si quomodo tandem aliquando prosperum iter habeam in voluntate Dei veniendi ad vos.
11. Desidero enim videre vos, ut aliquod impartar vobis gratie spiritualis ad confirmandos vos.
12. Id est, simul consolari in vobis, per eam que invocem est fidem vestram atque meam.
13. Nolo autem vos ignorare, fratres, quia sapè proposui venire ad vos (et prohibitus sum usque adhuc) ut aliquem fructum habeam et in vobis, sicut et in cæteris gentibus.
14. Græcis ac barbaris, sapientibus et insipientibus, doctis sum.
15. Ita (quod in me) promptum est et vobis qui Romæ estis, evangelizare.
16. Non enim erubescō Evangelium; virtus enim Dei est in salutem omni credenti, Judæo primum, et Græco.
17. Justitia enim Dei in eo revelatur ex fide in fidem, sicut scriptum est: Justus autem ex fide vivit.
18. Revelatur enim ira Dei de celo super omnem impietatem et injustitiam hominum eorum qui veritatem Dei in injustitia deserviunt.
19. Quia quod notum est Dei, manifestum est illis, Deus enim illis manifestavit.
20. Invisibilia enim ipsius, à creaturâ mundi per ea que facta sunt intellecta, conspiciuntur; sempiterna quoque ejus virtus et divinitas; ita ut sint inexcusabiles.

CHAPITRE PREMIER.

1. Paul, serviteur de Jésus-Christ, appelé à l'apostolat pour annoncer l'Évangile de Dieu.
2. Qu'il avait promis auparavant par ses prophètes dans les Écritures saintes.
3. Touchant son Fils, qui lui est né selon la chair du sang de David.
4. Qui a été prédestiné Fils de Dieu en puissance selon l'Esprit de sanctification par la résurrection d'entre les morts, de Jésus-Christ notre Seigneur.
5. Par lequel nous avons reçu la grâce et l'apostolat, pour faire obéir à la foi toutes les nations, en son nom.
6. Au rang desquelles vous êtes aussi, ayant été appelés par Jésus-Christ.
7. À vous tous qui êtes à Rome, bien-aimés de Dieu, et appelés pour être saints; que Dieu notre Père, et Jésus-Christ notre Seigneur vous donnent la grâce et la paix.
8. Premièrement, je rends grâce à mon Dieu, par Jésus-Christ, pour vous tous, de ce que votre foi est annoncée dans tout le monde.
9. Car Dieu, que je sers en esprit par la prédication de l'Évangile de son Fils, in est témoin que je me souviens sans cesse de vous.
10. Lui demandant continuellement dans mes prières que, si c'est sa volonté, il m'œuvre enfin quelque voie favorable pour aller vers vous.
11. Car j'ai grand désir de vous voir, pour vous faire part de quelque grâce spirituelle, afin de vous fortifier.
12. C'est-à-dire, afin qu'étant parmi vous, nous puissions nous consoler mutuellement les uns les autres, par la foi qui nous est commune.
13. Je suis donc bien aise que vous sachiez que j'ai eu souvent dessein d'aller vers vous, pour faire quelque fruit parmi vous, comme parmi les autres nations; mais j'en ai été empêché jusqu'à ce jour.
14. Je suis redevenu aux Grecs et aux barbares, aux sages et aux simples.
15. Ainsi, pour ce qui est de moi, je suis prêt à vous annoncer aussi l'Évangile, à vous qui êtes à Rome;
16. Car je ne rougis point de l'Évangile, parce qu'il est la vertu de Dieu pour sauver tous ceux qui croient, premièrement les Juifs, et ensuite les gentils.
17. Car la justice de Dieu y est révélée; la justice qui vient de la foi, et se perfectionne dans la foi, selon qu'il est écrit: Le juste vit de la foi.
18. Aussi on y découvre la colère de Dieu, qui réclamera du ciel contre toute l'impieeté et l'injustice de ces hommes qui retiennent la vérité de Dieu dans l'injustice.
19. Parce qu'ils ont connu ce qui peut se découvrir de Dieu, Dieu même le leur ayant fait connaître.
20. En effet, les perfections invisibles de Dieu sont devenues visibles depuis la création du monde, par la connaissance que ses créatures nous en donnent; en sorte qu'ils sont inexcusables,

21. Quia cum cognovissent Deum, non sicut Deum glorificaverunt, aut gratias egerunt, sed evaporerunt in cogitationibus suis, et obscuratum est insipientium cor eorum.
22. Dignos enim se esse sapientes, stulti facti sunt.
23. Et mutaverunt gloriam incorruptibilis Dei, in similitudinem imaginis corruptibilis hominis, et volucrum, et quadrupedum et serpentium.
24. Propter quod tradidit illos Deus in desideria cordis eorum, in immunditiam: ut contumelias afflicti corpora sua in semetipsis.
25. Qui commutaverunt veritatem Dei in mendacium, et colerunt, et servierunt creature potius quam Creatori qui est benedictus in secula. Amen.
26. Propterea tradidit illos Deus in passiones ignominia. Nam feminae eorum immutaverunt naturalem usum, in eum usum qui est contra naturam.
27. Similiter autem et masculi, relicto naturali usu feminae, exarserunt in desideriis suis invicem, masculi in masculos turpitudinem operantes, et mercedem, quam oportuit, erroris sui in semetipsis recipientes.
28. Et sicut non probaverunt Deum habere in notitia, tradidit illos Deus in reprobam sensum, ut faciant ea que non conveniunt.
29. Repletos omni iniquitate, malitia, fornicatione, avaritia, nequitiâ, plenos invidia, homicidio, contentione, dolo, malignitate, susurrone.
30. Detractantes, Deo odibiles, contumeliosos, superbos, elatos, inventores malorum, parentibus non obediens.
31. Insipientes, incompositos, sine affectione, absque federe, sine misericordia.
32. Qui cum justitiam Dei cognovissent, non intellexerunt quoniam qui talia agunt, digni sunt morte, et non solum qui ea faciunt, sed etiam qui consentiunt facientibus.

ANALYSIS.

Egregio prologo, Paulus Romanos sibi reddit attentos et dociles, eis etiam exponens quia sit? Evangelii scilicet præco: cuius Evangelii? Dei: de quo agit in hoc Evangelio? de Filio Dei, homine Deo; à quo unum recepit apostolatam? à Jesu Christo; quare? ut obediatur Evangelio: ad quos? ad omnes gentes, etiam ad vos, ô Romani, quibus 7 pacem et gratiam appetat.

À 8 usque ad 17 mirâ prudentiâ Romanos reddat benevolos, 1^o ob illorum fidem, in toto orbe celeberram, Deo gratias agens; 2^o jurans quod in suis orationibus, illorum sit semper memor; 3^o quod suam vitam continuum sit ad illos curâ; 4^o aperiens hujus sui voti motum, et suam erga illos sollicitudinem; 5^o exponens illis quid propterea tentaverit, quid obtulerit, quid tentando intenderit; deinde omnibus se debitorem dicens, et ideo paratum et Romanis evangelizare; nec eam pudet Romæ, sicut et alibi, evangelizare, quia Evangelium virtus Dei est ad salutem omni credenti.

§ 17. Hinc delatatur ad præcipuum hujus Epistolæ præpositum; justitiam scilicet esse ex fide, non ex lege, non ex nature virtute.

21. Parce qu'ayant connu Dieu, ils ne l'ont point glorifié comme Dieu, et ils ne lui ont point rendu grâces, mais ils se sont égarés dans leurs vaines raisonnemens, et leur cœur insensé a été rempli de ténèbres.
22. Ainsi ils sont devenus fous, en s'attribuant le nom de sages.
23. Et ils ont transféré l'honneur qui n'est dû qu'à Dieu incorruptible à l'image d'un homme corruptible et à des figures d'oiseaux, de bêtes à quatre pieds et de reptiles.
24. C'est pourquoi Dieu les a livrés aux désirs de leur cœur, aux vices de l'impureté; en sorte qu'ils ont déshonoré eux-mêmes leurs propres corps.
25. Eux qui avaient mis le mensonge en la place de la vérité de Dieu, et rendu à la créature l'adoration et le culte souverain, au lieu de le rendre au Créateur, qui est béni dans tous les siècles. Amen.
26. C'est pourquoi Dieu les a livrés à des passions honteuses; car les femmes parmi eux ont changé l'usage qui est selon la nature, en un autre qui est contre la nature;
27. Les hommes de même, rejetant l'union des deux sexes, qui est selon la nature, ont été embrasés d'un désir brutal les uns envers les autres, l'homme commettant avec l'homme des crimes infâmes, et recevant ainsi en eux-mêmes la juste peine qui était due à leur erreur.
28. Et comme ils n'ont pas fait usage de la connaissance qu'ils avaient de Dieu, Dieu aussi les a livrés à un sens dépravé, en sorte qu'ils ont fait des actions indignes.
29. Remplis de toute sorte d'injustice, de méchanceté, de fornication, d'avarice, de malignité, ils ont été envieux, meurtriers, querelleurs, traqueurs; ils ont été pleins de malignité, semeurs de faux rapports,
30. Calomniateurs, ennemis de Dieu, outrageux, superbes, altiers, inventeurs de crimes, désobéissants à leurs pères et à leurs mères.
31. Sans prudence, sans modestie, sans affection, sans foi, sans miséricorde.
32. Et, après avoir connu la justice de Dieu, ils n'ont pas compris que ceux qui font ces choses sont dignes de mort, et non seulement ceux qui les font, mais aussi ceux qui approuvent ceux qui les font.

Evangelium, inquit, virtus Dei est ad salutem omni credenti; quia docet nos veram justitiam ex fide nasci, fide nutrirî, fide per charitatem operante communitari. Contra verò nos docet iram Dei minime in omnibus impiorum, qui non credunt, sed Dei veritatem in impietate deservire.

Hic ita y 17 et 18 dispositis, § 19 aggreditur gentiles, cujus ostendit philosophos scientiâ suâ non fuisse justificatos; ut injuri forent, legem naturalem scire et servare debuissent. Equidem Deum noverunt et legem naturalem; sed non ideo justî, imo, quò plus docti, eò magis rei; quia, § 21, 22, 25, in Deum ingrati, illum non glorificaverunt; semetipsos, quasi sine sapientia viciatos, venerati sunt; idola, bestias ipsas, quasi deos colerunt.

§ 24, 25, 26, 27, 28, exprimit enormia scelera in qua Deus sicut philosophos, in eorum ingratitude punitionem, elabit.

In reliquo capite describit summum eorum nequitium, turpitudinem et probrum. Unde conclusendum relinquit quod, ad veram justitiam, nihil Philosophia consultit; et ideo gentiles non habere unde glorientur.

PARAPHRASIS.

4. Paulus, Dei gratia christianus, Dei vocatione apostolus, speciali Spiritus sancti, destinatione segregatus ad portandum coram regibus et gentibus Evangelium Dei.

2. Evangelium non novum, sed jam olim ab ipsomet Deo promissum, prophetarum ipsis oraculis; quo tunc etiam exstant in sacris Scripturis;

5. Evangelium, inquam, de Filio Dei, qui in tempore factus est homo ex Maria Virgine, stirpis Davidicæ.

4. Qui idem, juxta naturam hominis, filius David, predestinatus est, ut secundum subsistentiam, esset naturalis Filius Dei; et ut falsis patris, tamen per potentiam miraculorum, tum per visibilem Spiritus sancti in discipulis suis missionem, tum per suam ipsius et aliorum resurrectionem ex mortuis.

5. Per hunc ipsum Jesum Christum, Filium David et Filium Dei, recepimus gratiam et apostolatam, nomine et vice ipsius, inter omnes gentes exercendam, ut predicatione nostrâ eas indicamus ad credendum Evangelio, et Christo obediendum.

6. Inter quas gentes estis et vos, ô Romani, divini vocatione christiani, et ideo vestri curam gerens, hanc vobis scribo.

7. Omnibus ergo vobis, qui Romæ estis, Deo charis, et ad sanctitatem vocatis, gratiam et pacem opto à Deo Patre nostro et à Domino nostro Jesu Christo.

8. Atque in primis quidem, quantum vestram nomine et vice ipso, per Jesum Christum qui cum sit omnium beneficiorum auctor, ita et omnis gratiarum actionis auctor esse debet, quia fides vestra celebris est, et predicatur in universo mundo.

9. Testis enim est mihi Deus ipse, quem colo pura mente, non carnalibus ritibus; in Evangelio Filii eius predicando; non legales docendo caeremonias; testis est, inquam, quod vestri saepe sum memor.

10. Assidue deprecans illum in precibus meis; si quomodo fieri possit, ut quod jamdiu desidero, tandem aliquando contingat; scilicet, ut, Deo sic volente, prospero itinere veniam feliciter ad vos.

11. Magna siquidem tenor desiderio videndi vos, non mei gratiâ, sed ad imperandum vobis aliquod spirituale donum, quo vos in fide jam acceptâ confirmem;

12. Sive, ut melius dicam, ut mutua sit utrisque nostrâ consolatio, per unam atque eandem fidem; et ego de vestra gratulor, et vos de meâ; sicutque nos invicem in fide corroboremus.

15. Nolim autem vos ignorare, fratres, quia per me non stetit, quod meo desiderio non satisfecerim; et enim sæpe mihi fuit voluntas ad vos eundi; sed ad hunc usque diem, mihi per varia impedimenta non licuit; ideo autem sæpe proposui ad vos ire, ut inter vos aliquem reportarem fructum, sicut et in cæteris nationibus feliciter reportavi.

14. Ex quo factus sum omnium gentium apostolus, omnibus debeo doctrinæ ministerium, Græcis et Barbaris, doctis et indoctis.

15. Itaque, quantum ad me attinet, paratus sum et vobis etiam, qui Romæ estis, Evangelium predicare.

16. Paratus sum, inquam, et vobis, Romæ, in splendidissimâ urbe, predicare, sicut et alibi; nec enim Jesu Christi Evangelium quæresco; quia in ea continetur virtus et potentia quasdam instrumentalibus Dei, quæ salutem æternam, omni et cui libet credenti, Judæo primùm et gentili, conferat.

17. Docet enim nos et clarè, unde sit divina justitia, seu, quæ nos verè et coram Deo reddat justos; scilicet, ex fide in Jesum Christum, quæ in diebus augescens, credentem perducit ad æternam salutem; quemadmodum Habacæ prædixit, justus ex fide vivit et vivet.

18. Idem Evangelium è contra docet nos, Deo vindictam aliquando venturam de cælo (in die iudicii) in omnes impios, qui Deum verum non coluerunt, et in omnes injustos, qui in proximum peccaverunt; veram Dei, et legis naturalis cognitionem, quasi captivam tenentes, ne prodeat in affectum et in opus.

19. Dixi quod impii veram Dei cognitionem, quasi captivam in suo intellectu detinent: quia quod naturaliter de Deo cognosci potest, hoc illis fuit manifestum per philosophiam; quantum hoc ipsum Deo debent, qui dedit intellectum et scientiam.

20. Quamvis enim invisibilis sit ipse Deus; ex quo tamen mundum tam mirifice condidit et administrat; in operibus suis intellecta conspiciunt; ex opere intelligitur opificis semper durans omnipotentia, quin et ejus divinitas; ita ut inexcusabiles sint omnes impii philosophi.

21. Quia Deum cum cognoverint, Deo tamen debitum honorem non exhibuerunt, nec eum adorârunt, ut supremam majestatem; nec ipsi gratias egerunt, ut omnium honorum auctori; sed vani et inanis facti sunt in ratiocinationibus suis, scientiâ suâ ad vanam gloriam abutentes; hincque obscuratas est eorum intellectus, verâ sapientiâ destitutos, et in variis erroribus, contra naturale lumen, prolapsus est.

22. Cum enim semetipsos sapientes dicerent, et se quasi sapientiæ suæ auctores, celebrari cœperunt, re vera, deserti à verâ sapientiâ, stulti facti sunt.

25. Vide quo stultitia devenerunt. Honorem soli Deo incorruptibili debitum, transtulerunt ad imaginem hominis corruptibilis; et quod stultus est, ad imagines volucrum, quadrupedum et serpentium.

24. In cuius sceleris punitionem, Deus eos sue propriæ concepissent tyrannidi deseruit, sineus eos futidissima, quæ habere, futere; quibus hysinet, spente suâ, suis corporibus dedecus inferret.

25. Quia Deum verum commutaverunt pro falsis et imaginariis, quibus honorem Deo debitum redderunt, et quibus servitute lætræ servierunt; sicque majori honore creaturam affecerunt, quam creatorem; sed ipse nihil eorum injuriâ læsus, in æternam, cerè et stabiliter est beneficius.

26. Hanc ob causam Deus offensus permisit eos prolabi in fudæ et infames cupiditates: nam eorum fel-

mine (quas pudor maximè decet), oblite sexus sui, naturalem usum commutaverunt in nefarium.

27. Similiter et masculi, relicto naturali feminarum usu, mutuis cupiditatibus inter se, unus in alterum delagrârunt, masculi in masculos abominandam patranses turpitudinem; hisque modis mercedem suo defectibus à Deo, sine erroris idololatriæ, recipientes in tali turpitudine; ut qui in Deum contumeliosos fuerunt, semetipsos hæc nefanda contumeliâ afficerent.

28. Et quemadmodum non probaverunt, non estimârunt, pro merito Dei beneficium, quo notitiam ejus assensu sunt; propterea Deus eos tenebris excæcatus passus est abire in mentem reprobam, juxta quam de rebus agendis perversè sentientes, egerunt quæ homines rationales maximè dedecet.

COMMENTARIA.

VERS. 1. — PAULUS, sui temporis morem secutus, nomen suum in capite Epistolæ ponit, non in calce sicut tunc nostri moris est. Apostoli autem nostri nomen Hebræum, Saul, Græcum Σαυλος, Latinum Saulus, tandem Paulus; sive fuerit binominis; id est; Saulus et Paulus in circumcissione vocatus fuerit, ut putant Origenes, L. Anselmus, D. Thomas; sive Sauli nomen à Deo fuerit mutatum in Paulum, sicut Simon dictus est Cephas seu Petrus, ut ne hæc quidem parte, aliis apostolis esset inferior, ait D. Chrys.; sive hoc Pauli nomen accepit à Paulo Sergio proconsule, quem ad Christi fidem, in insula Cypro conversit, Act. 13, v. 12, ut opinatur Baronius post D. Hieronymum; sive ipse Paulus, hoc nomen gentile et Romanum, parvitem significans, assumpserit humilitatis gratiâ, ut qui statutus pusillus erat et humectus; et qui se juxta vim textûs Græci, minimis minorem dicebat, Ephes. 5, 8, nomine quoque suo, parvitem suam publice testaretur, et id opinatur D. Augustinus. Quidquid sit de causâ hujus nominis, certum est quod ex quo Saulus cum Barnabâ missus est ad gentes, maluit Paulus quam Saulus appellari; nec aliud nomen assumpsit in omnibus suis Epistolis.

SERVUS JESU CHRISTI. Divinæ servitutis modi sunt plures, ait D. Chrys.; alius à creatione, alius à fide, alius à vitæ instituto: omnibus modis Paulus est servus Jesu Christi, ait idem Chrys., creatione, redemptione, fide, vitâ, moribus, totus Jesu Christi, totusque illi consecratus et devotus. Hæc de re vide plura, Epist. ad Titum, c. 1, v. 1.

VOCATUS APOSTOLUS, Gr. ἐκλεκτός, nomen, non participium; id est, vocatus, seu vocatione, ab ipso Christo factus apostolus; non in hoc officium intrusus aut per se, aut per alios, sed divina vocatione. Apostolus, id est, missus, legatus, tanquam à Christi latere, ad predicandum in toto mundo Evange-

VERS. 1. — Paulus servus Jesu Christi. Jesus, proprium nomen est illius hominis, qui ex Mariâ Virgine natus, idem est Filius Dei. Quod nomen vocatum est ab angelo primum in utero conciperetur, Luc. 2. Nec enim aliud nomen est sub celo datum hominibus, in quo oportet nos saltem fieri, Act. 4.

Vocatus apostolus, id est, vocatus ad apostolatam, vocatione apostolus, quasi dicat: Evocatus Dei Dei-

29. Hinc omni scelerum genere sunt repleti, malignitate, scortationibus, avaritiâ, nequitia, plenâ invidia, homicidiis, contentione, dolo, private; elanculum calumniatoribus;

30. Palam detrahentes, Deo odibiles, et Dei osiores, feroces et injuriosi, superbi, fastuosi, scelerum inventores, parentibus immergendi, rationis expertes, moribus incompositi et ab humanitate alieni; quibus nullus naturalis affectus, nec illi fœderis, immisericordes.

31. Qui cum Deum esse nossent, eumque summè justum, practicè tamen noluerunt intelligere quod morte digni sint, qui scelera enumerata faciunt; nec illi solam, sed etiam, qui ea suo consensu, dum perperantur, approbant.

COMMENTARIA.

fium et ceteros ad salutem vocandos; sicut ipse Christus à suo Patre missus est, juxta illud Joan. 20, 21: Sicut misit me Pater, et ego mitto vos.

SEGREGATUS, Gr. διακρίτως, Syr. separatus. Alludit ad id quod Act. 9, 45: Vas electionis est mihi ad portandum nomen meum coram regibus et gentibus, et ad id quod, Act. 15, dicit Spiritus sanctus: Segregate mihi Saulam, etc. Sensus ergo est: Speciali Spiritus sancti delecto segregatus tanquam vas aptum et desinatum ad portandum ad omnes gentes Evangelium Dei; id est, bonum Dei nuntium; non triste quiddam, velut prophete, accusationes, crimina, increpationes; sed Evangelia, et Evangelia Dei, firmorum et immutabilium honorum thesaurus infinitos. D. Chrysostomus.

Observa hæc tria nomina, quæ sibi tribuit D. Paulus: Servus Jesu Christi, apostolus, segregatus, quorum 1. Romanis suam exhibet religionem, 2. officii sui dignitatem, 3. vocationis suæ modum. Quasi diceret: Paulus Dei gratiâ christianus; Dei vocatione apostolus; speciali Sancti Spiritus selectione, gentium, et ideo vester apostolus.

Et hæc fidei suæ et apostolicæ missionis quasi professionem, merito quidem hic præmittit, tùm ut sinistros rumores dissipet, quos forte Romani ab Orientalibus, de Pauline fidei puritate receperant, tum ut Epistolæ suæ auctoritatem stabiliat, sibi, ut Romanis professet, necessariam; seu, sicut ait D. Chrys., ut fide dignam et plausibilem reddat Epistolam.

Sed hinc discit tres veri apostoli et episcopi conditiones, his tribus nominibus expressas, scilicet vocationem divinam, servitutem Christi, evangelizationem, seu Evangelii predicationem; sit à Deo vocatus, non intrusus per se, vel per alios; sit Jesu Christi et ejus Ecclesiæ servus; vitam, laborem, divitias, omnia sua, pro illis impendat; evangelizet, doceat Evangelium Dei; non nova, non ab homini-

que apostolus, legatus missus à Christo per totum orbem evangelizare et docere gentes.

Segregatus in Evangelium Dei, id est, peculiariter delectus ad predicandum Dei evangelium; delectus, inquam, à Spiritu sancto, qui responsum hujusmodi dedit Ecclesiæ Antiochene, Act. 15: Segregate mihi Saulam et Barnabam in opus ad quod assumpsit eos. Evangelium, Græcis bonum letumque nuntium signi-

bus inventa; sola Dei vocatio dat jus ad episcopatum; servire Christo et Ecclesie, pro illa vivere, laborare, pati, mori, certa sunt divina vocationis indicia; evangelizare, docere Evangelium Dei, finis episcopatus, seu vocationis ad episcopatum.

VERS. 2. — Quid antea promiserat, etc. Dixit se apostolum et Evangelii præconem; nunc indicat cuius Evangelii sit præco, nempe Evangelii Dei; Evangelii per prophetas in Scripturis à Deo promissi; Evangelii de Filio suo, cuius objectum est Filius Dei. Evangelii itaque omnino et undequaque divini.

Injux recedat vir apostolicus, et meminerit cuius Evangelii sit præco; illudque pro sua dignitate coequet administrare digno Deo.

VERS. 3. — Qui factus est et. Nec textus Græcus, nec versiones Syriaca, Arabica, Æthiopica, habent particulam et; sic tamen legit D. Ambrosius, seu ut nunc voluit, Hilarius Diaconus Romanus. Ita etiam S. Augustinus.

Pater exponit quis sit Jesus Christus et utrumque ejus exhibet et generationem et naturam, quasi diceret: Ille, qui ab æterno erat Filius Dei ex substantiâ Patris, factus est filius hominis in tempore ex substantiâ Matris; sicque verus Deus, verus homo.

Qui factus est. Syr., qui natus est; Æthiop., qui genitus est, et provenit. id est, qui secundum carnem factus, seu incarnatus est. Et, Deo Patri, ad Dei gloriam, ex semine David. Syr., ex semine domus David; id est, ex Mariâ Virgine, Davidice stirpis, seu genitricis ex semine David. Luc. 24. 44.

Qui prædestinatus est Filius Dei, etc.; Græc., illo defuncto Filio Dei, etc.; Syr., et agnitus est Filius Dei, etc.; Arab., destinato; Æthiop., quem declaravit. Hæc verbo aliter à Græcis, aliter à Latinis explicatur. Secundum Latinos hic sensus est: Etsi secundum naturam humanam filius sit hominis, tamen prædestinatus est ut secundum hypostasim sit naturalis Filius Dei; in virtute, seu cum potentia faciendi miracula, quam habet à Spiritu Sancto, incarnationis auctore, hancque potentiam declaravit resurrectione terrena sua, tum aliorum.

Secundum Græcos hic sensus est: Etsi secundum licet; latissimum illud nuntium et omni acceptione dignum, de redemptione et salute generis humani per Christum.

VERS. 2. — Quod ante promiserat, etc., quod jam olim à Deo per prophetas ab ipso inspiratus, quorum oracula litteris consignata haberentur, promissum esset. Scripturæ sanctæ dicuntur Scripturæ divinis inspiratæ, id est, verbum Dei scriptum, que nihil sanctius est.

VERS. 3. — De Filio suo, etc. Refertur hæc pars, vel ad Evangelium Dei, ut hæc parte significat Evangelii materia, vel ad verbum promissum. Nam Evangelium Dei Filium à Patre fuisse promissum universa novi Testamenti Scriptura loquitur.

Qui factus est et ex semine David secundum carnem. Idem Verbum, Galat. 4, factum ex muliere, factum sub lege. Vox enim factus magis significat humanam naturam Christi. Vult enim Apostolus eum qui ab æterno est Filius Dei, in tempore factum esse ac genitum secundum carnem, id est, secundum humanam naturam ex homine et posteritate David.

humanitatem sit filius David, tamen declaratus est naturalis Filius Dei, tribus potissimum argumentis: nempe per potentiam miraculorum; per sanctificationis Spiritum; peccata remittendo; Spiritum sanctum conferendo; per resurrectionem mortuorum, quæ se et alios suscitavit à mortuis. Ita D. Chrysostomus, Theod., Theophyl.

Hæc interpretationis diversitas orta est ex Græcæ vocis ambiguitate *ἐγένετο*, que significat definire, destinare, determinare; quod Græci explicant per verbum declarare, demonstrare: Latini vero per verbum prædestinare.

Pater legenti quod Græcorum explicatio sit valde naturalis, cæreatque difficultatibus quas habemus in explicanda Christi prædestinatione, ut sit Filius Dei, et in explicanda syntaxis et sensu verborum sequentium, scilicet in virtute, secundum Spiritum, etc.

Andiatur vnicus Theophylactus: *Qui definitus est Filius Dei in virtute*, etc. Supra dixit Evangelium esse de Filio Dei; nunc asstrit quantum ratione cogitatus sit Filius Dei, iniquus, definitus, hoc est, demonstratus, confirmatus, judicatus. Definitio enim est ipsa judicatio, suffragium, seu calculus et sententia.

Nam cuncti definirant, judicabantque ipsum esse Filium Dei: unde nam? in virtute, hoc est, ex potentia et efficaciâ signorum que faciebat. Præterea secundum Spiritum sanctificationis; hoc est, ex Spiritu, per quem sanctificabat fideles: Dei enim est donare talia. Quia etiam, ex resurrectione mortuorum; nam primus ille et solus se ipse excitavit. Itaque ex resurrectione definitus est ac declaratus Filius Dei; magnum enim et hoc est, perinde atque ipse ait: *Non callaveritis me à terrâ, tunc cognoscetis quod ego sum*; ita hoc usque Theophyl.

Nostra tamen lectio est vetustissima, nec nostri tantum interpretis, sed et omnium antiquissimorum, Tertulliani, S. Irenæi, S. Hilarii, Ambrosii, S. Augustini, Epiphani, Primasii. Sit ergo sensus: Qui idem juxta naturam filius David, prædestinatus est ut secundum suam substantiam, esset naturalis Filius Dei, in virtute, etc., talisque potuit per potentiam nihil.

VERS. 4. — Qui prædestinatus est, etc., q. d.: Homo Christus, qui factus est ex semine David, seu cui data est essentia et existentia humanæ nature, prædestinatus est ad hoc, ut subsisteret in personâ Filii Dei; id est, prædestinatus est Jesus ad hoc, ut scilicet qui futurus erat secundum carnem filius David, idem secundum hypostasim esset Filius Dei; hoc est, prædestinatus est, ut licet homo, qui dicitur Jesus, estque filius David, esset simul Filius Dei, qui scilicet prædestinatus est, ut hic homo assumeretur à Filio Dei, illique hypostaticè uniretur; ita ut idem esset homo et Deus, sive filius hominis et Filius Dei. Ita Augustinus, de Prædestinatione sanctorum, c. 13; S. Anselmus, concil. Tolosanum II, c. 1, et passim scholastici, 3 p., q. 24. Christus prædestinatus est Filius Dei in virtute, id est, cum potentia divină, et scilicet, esse filius David secundum carnem fragilium et infirmum, haberet tamen tam potentiam quam hypostasim divinam; mirum ut per hanc potentiam, hic homo unum Verbo faceret miracula, remitteret peccata, sanctificaret homines; quam potentiam habuit à Spiritu

raculorum; secundum Spiritum, per visibilem missionem Spiritus sancti in suos discipulos; ex resurrectione, et per suam resurrectionem.

Jesu Christus Domini nostri, Jeshu Xpistoz, etc. Hæc verba, in Græco, nectuntur casu genitivo, cum verbis præcedentibus versis secundum *ἐγένετο* et *ἐγένετο*, de Filio suo, quodque intercedit legitur inter parenthesis. Conformis est Syriaca versio, de Filio suo (qui natus est... et agnitus est Filius Dei...), nempe Jesu Christo Domino nostro. Juxta nostram Vulgatam significat per suam ipsius Jesu Christi Domini nostri resurrectionem.

VERS. 5. — Per quem accepimus: explicat à quo sum accepit apostolatam, ad quid, et ad quos, per quem, Jesum Christum, filium David, et Filium Dei, recipientem gratiam, et sanctificantem et gratis datam; omnia dona supernaturalia et gratuita; et aristoteli, et apostolici muneris functionem; in omnibus gentibus, id est, inter omnes gentes; pro nomine ejus, id est, nomine et vice ipsius, pro quo legalione fungimur; ad obediendum fidei, Gr., ad obedientiam; Syr., ut obediant; D. Chrys., ut obediant, id est, ut predicatione nostrâ omnes gentes obediant fidei; apostolici quippe muneris est, predicatione gentes inducere, ut se Christo submittant, ejusque erodant Evangelio.

Hinc merito D. Chrys., in hoc verbum animadvertens, ait: *Ad obediendum*; non dixit, ut in questione non ut vociferationem trahatur, sed ut obediant; neque enim missi sumus, ut argumenta et syllogismos afferamus, sed ut reddamus quod nobis conceditum est; cum enim Dominus aliquid pronuntiaverit, audientes minime oportet curiosè scrutari, sciscitarive super iis que dicta sunt, sed excipere tantum.

Hinc ergo concludo quod spiritus fidei sit spiritus obedientiæ; non est naturalis et simplex mentis operatio, aut ratiocinatio, sed voluntatis humanæ gratiâ adjute submitssio et adhectio verbo Dei.

sancto, qui totum hoc uniois hominis cum Deo opus in Christo peregit. Que potentia Spiritus sancti maxime se ostendit, maximeque potuit ex resurrectione ex mortuis, id est, in reusurrectione, qua Christus se et alios mortuos suscitavit. Unde de ea tunc dixit Christus, Matth. 28: *Data est vobis potestas in celo et in terra*; et Joan. Apoc. 5: *Dignus est agnus, qui occisus est, accipere virtutem, et divinitatem, et sapientiam*. Ita S. Augustinus, et passim interpretes.

VERS. 5. — Per quem accepimus gratiam et apostolatam, dicens se apostolatam accepisse per Christum, id est, Christo vocante atque mandante. Accepimus, id est, accepit; gratiam; hoc beneficium, quod est apostolatam, id est, munus ac dignitas apostolica. Pro mandato ergo erant primum à Christo, Christi vires gerebant, et Christi personam representabant: sicut regis legatus regem ipsum representat.

Ad obediendum fidei in omnibus gentibus, id est, ut obediant fidei ab omnibus gentibus, scilicet ut apostoli sua predicatione inducant omnes gentes, ut se submittant, credant et obediant Evangelio. Ita Chrysost.

Pro nomine ejus, id est, pro gloria et fide nominis Christi propaganda et divulganda.

VERS. 6. — In quibus estis, etc., id est, in quarum

raculorum; secundum Spiritum, per visibilem missionem Spiritus sancti in suos discipulos; ex resurrectione, et per suam resurrectionem.

VERS. 6. — In quibus; Syr., ex quibus, scilicet, gentibus, seu inter quas gentes estis et vos, ô Romani; et idè vestri curam gero, et ad vos scribo; VOCATI, *καλεσθεις*, sicut et vers. 4, nomen, non participium, significans vocatios, seu divinâ vocatione servos et famulos Joan Christi.

Hoc sæpè repetit, ut intelligant fideles quod Dei gratiâ sunt Christiani.

VERS. 7. — Omnes qui sunt Romæ. Postquam hoc prologo dixit quis sit, à quo constitutus predicator, quæ predicare jussus, ad quid et quibus, nunc Romanis omnibus gratiam precatur et pacem: gratiam, quæ illos uniat Deo; pacem, quæ illos uniat inter se.

Hincque disce 1^o salutationem apostolicam; GRATIA VOBIS ET PAX; hæc duo nunquam separat Apostolus in suis Epistolis. Et merito, hæc enim duo nobis et aliis sunt continuè et absolute desideranda; gratiâ, quâ feco uniamur; claritas, quæ cum proximo: gratiâ, per quam Deus nunc regnat in nobis; pax, quæ cum Deo regnemos in cordis. Hanc salutandi formulam Christus suis discipulis tradidit, Lucæ 10, 5. 2^o Disce ex v. 6 et 7 Christiani nobilitatem: est Jesu Christus, de ejus familia: est Dei dilectus, amicus Dei: est et sanctus, per Baptismum sanctificatus.

VOCATI SANCTI, id est, qui per Baptismum sanctificati fuistis, et ad sanctitatem vocati estis, finis vocationis nostræ sanctitas; vocari ad christianismum et ad sanctitatem vocari, sunt unum et idem. Hæc quoties contra vocationis meæ finem peccavi! quam longè à sanctitate disce, miser peccator!

VERS. 8. — Primum quidem GRATIAS AGO DEO ME... Mirâ prudentiâ ab hoc versu usque ad v. 17 capiat

gentium numero etiam vos estis, nupte jam vocati Jesu Christi, hoc est, gratiâ Dei vocatione facti fideles Jesu Christi.

VERS. 7. — Omnes qui sunt Romæ, dilectis Dei, sanctis sanctis, Salsum, scribit hæc Epistolam amicis Dei: se gratias actionis ejus beneficium sanctis, Vocati sancti, inquit, id est, vocatis ad sanctitatem, vocatis ad christianismum, ut sint sancti.

Gratiâ vobis et pax, multiplicetur, sive adimpletur, à Deo Patre nostro, et Domino Jesu Christo, Patre nostro, id est, cuius nos filii sumus per gratiam, à quo proinde gratiarum et pacis accessionem merito vobis precor. Et Dominus Jesu Christo; à Christo auctore et largitore, æquò ut à Deo Patre. Unde Græci cum dicitur Christi divinitatem et cum Patre equalitatem, vocatis ad christianismum, ut sint sancti.

VERS. 8. — Primum quidem gratias ago Deo meo per Jesum Christum pro omnibus vobis, id est, ob beneficiâ vobis impensa per Jesum Christum, tanquam mediatorem nostrum, à quo fides, gratiâ et omnia bona pro quibus Deo gratias agimus, nobis proveniunt, ait Ambrosius.

Quis fides vestra annuntiat in universo mundo, id est, divulgatur. Scitis est: Fama fidei vestre multum itaque per varias mundi partes diffunditur. Et enim Romani jam ante fidem Christi susceperant;

Prima, quod Deum, quem cognoscebant, non honorarunt, nec ipsi ut omnium honorum auctori gratias egerunt.

VERS. 22. — SED EVANESCENT... Gr., in *rañocinationibus suis*. Secunda, superbi et vani facti sunt, se sapientes dixerunt, seque quasi sine sapientie auctores, venerati sunt.

VERS. 23. — ET MUTAVERUNT GLORIAM... Tertia, quod stupenda cordis cecitate in idololatriam prolapsi sunt. Non homines tantum, sed et volucres, bestias, quadrupedes et serpentes venerati sunt; imò et illorum imagines, ut notat D. Chrys. Unde patet falli Calvium negantem idololatrias unquam adorasse imagines.

Quam terribilis ergo scientiarum abusus! Vanitatem parit, oblivionem Dei, ipsam idololatriam. Scientia naturaliter debet nobis de Deo, propter excellentiam ipsius et supremum imperium, summam reverentiam exhibere; debet in nobis, propter eam à modum dependentiam nostram, humilitatem parere; debet nos ad actus religionis continuos excitare; heu! per abusum scientie, fit vanus in se, qui debet humilis esse; oblitiscitur Dei, qui Deum ubique debet intrinsecus; idolis servit, qui debet omnia Deo sacrificare; et ad Dei cultum et honorem creaturas alias referre.

Ultimam hanc in philosophis gentilibus tantummodo verum esset, non in Christianis quam plurimè, in quibus scientia vanitatem parit, oblivionem Dei, creaturam amorem et preferentiam ipsi Creatori. Gentium philosophorum condemnatio, sit ergo omnium Christianorum pavor.

VERS. 24. — PROPTER QUOD TRADIDIT ILLOS. In sequentibus versus exprimitur enormia peccata, in quibus scilicet illi relictis, ad vana idola, quae non erant Deis, colenda dellexerunt. Ita S. Chrysost., Orig., Theodor.

Idololatriam est insipientis cor eorum, adeoque stulti facti sunt, quia veram sapientiam, quae in praxi et pietate consistit, respuerunt, et stultissime idola pro diis habuerunt et colerunt.

VERS. 22. — *Dicentes enim*, etc. Cum apud homines profiterentur se sapientes, ac sibi arrogarent magnam sapientiam, videlicet ob rerum arcanaum et sublimium cognitionem, à quibus dicit silent homines sapientes, stulti facti sunt, id est, longissime à veri sapientia, quae in veri erga Deum pietate consistit, aberraverunt, ad extremam stultitiam et insipientiam delapsi.

VERS. 23. — *Et mutaverunt gloriam*, etc. q. d.: Idola pro Deo coluerunt hi sopher. Allusio est ad verbum Psalm. 105: *Et mutaverunt gloriam suam in similitudinem vituli*. Cui simile illud Jerem. 2: *Populus meus mutavit gloriam suam in idolum*. Gloriam suam, intelligit gloriam populi, id est, Deum ipsum.

VERS. 24. — *Propter quod tradidit illos Deus in desideria cordis eorum*, etc. *in immunditiam*. Ostendit autem in qua et quam turpi peccata fuerint prolapsi merito sua ingratitude et idololatriae memorati sapientes. Quod ergo dicit Apostolus tale est, Deum peccatis illis philosophorum supradictis offensum ita eos auxilio suo destituisse, et cupiditatibus ipsorum permisisse, ut in immunditia peccata ac foedas libidines, prout ac praecipites irent.

Ut contumelias afficeret corpora sua in semetipsis, id est, ignominia sui turpitudine afficeret, nimirum ob foedissimam libidinis quae illud commaculavit.

quae, in positionem praecedentis philosophorum in gratitudinis, Deus sivi illos turpiter delah. Tria autem notantur derelictionum genera: primum, in desideria cordis; secundum, in passionibus pudendis et ignominiosis, quibus naturalem voluptatis usum in nefarium inverterunt; tertium, in reprobum sensum, in sensum depravatum, seu mentis inordinationem, quae malum bonum iudicat, et bonum malum, quaeque bestitudinem in turpitudine et infamia collocaat.

1^a Itaque, quia Deum, quem noverant ex creaturis, non glorificaverunt, sed honorem ipsi debitum in creaturas dellexerunt.

PROPTEREA TRADIDIT EOS DEUS IN DESIDERIA CORDIS, non impellendo, sed deserendo illos proprie concupiscentiae tyrannidi, demonum tentationibus, et illecebris peccati; aliunde illos speciali gratiae auxilio, non retinendo, nec roborando, nec illuminando. Hinc in omnia scelera prout. Iusta poenitentia: Deum deseruerunt, Deus eos deseruit; sivi eos facere quod lubet, etiam maxime facta, et quibus semetipsis dehonestarent. Qui Deum non honorarunt, Deus, sit Theodorèus, illos sua providentia privavit, et tanquam exyban, sine saburrà ferri, permisit, detrectans eos gubernare.

VERS. 25. — QUI COMMUTAVERUNT VERITATEM... q. d. quia commutaverunt verum Deum pro falsis, seu quia pro Deo vero sumpservit imaginarios, quibus honorem soli Deo vero, et semper laudando debitum tribuerunt.

VERS. 26. — PROPTEREA TRADIDIT ILLOS... Propterea tradidit eos cupiditatibus infamibus; non contenti voluptatibus naturalibus, NATURALI cupiditatis usum commutaverunt in nefarium. Haec irato Deo,

VERS. 25. — *Qui commutaverunt veritatem Dei in mendacium*, quia veritatem Dei, id est, ea quae de Deo cognoverant, ut aternitatem, omnipotentiam, ipsamque omnino divinitatem, transulerunt ad idola, colentes ea pro diis, et attribuentes quae divina sunt. Mendaci nomine idolum hic et alias saepe in Scripturis appellatur.

Ei colerunt, et servierunt creaturae potius quam Creatori, id est, religiose venerati sunt, servitute suam cultu divino. Non enim significatur comparatio, quae colerunt utrumque, magis autem creaturam; sed quod creaturam colerunt, non creatorem.

Qui est benedictus in saecula, qui tanquam Deus omnium rerum creator, et omnium nobis honorum auctor jure laudandus et predicandus est per omnia secula, id est, omni tempore. Amen, vox est Hebraea, passim omnibus nota, et à Christo Domino frequentata; quam Paulus sexties posuit in hac Epistola. Sensus est: Ut vere laudandus est in omnem aeternitatem, ita fiat, in aeternum laudetur.

VERS. 26. — *Propterea tradidit illos Deus in passionem ignominiosam*; qui enim illa turpia agunt, ab eo se totos illis dedunt atque immergunt, ut pati magis quam agere videantur; has autem vocat *passiones ignominiosas*, id est, passiones ignominiosas ac pudendas.

Nam fecerunt eorum immutaverunt naturalem usum in eum usum qui est contra naturam. Querens cur feminis sextis hic meminerit, cum de philosophis ageret? Idcirco, ut fallor, ut ostendat positionem et exempla virorum reduclasse etiam in feminas.

VERS. 27. — *Similiter autem et masculi*, etc. q. d.: Compensationem, id est, mercedem meritis respondentem, ut quia contra naturam ordinem cum ignominia create-

propter idololatriam humano generi provenisse testatur, ait Ambrosius, seu Ambrosiaster. Instam erroris et impietatis mercedem, merces par opere.

VERS. 27. — *SIMILITER AUTEM MASCUli*,... ut qui in Deum fuerunt contumeliosi, semetipsos ista nefanda contumelia afficerent. Nota turpitudine. Hac voce innuit quod naturam ipsam pudefecerunt, ait Theophylactus.

VERS. 28. — *ET SICUT NON PROBAVERUNT*,... Tandem quia non placuit illis Deum nosse et colere; sed reproboverunt Dei notitiam et cultum, hinc Deus tradidit eos in reprobum et distortam mentem, juxta quam bonum à malo non discernentes, sed utrumque confundentes, in omnia scelera genera, praecipites ruerunt, omnique iniquitate repleti fuerunt.

Corruptio generalis et integra facta; corruptio cordis, mentis, corporis proprii, corporis alieni, ipsiusmet naturae.

OSCURATUR EST COR... Recte rationis lumen amiserunt, et contra hoc lumen in varios incidere errores; hinc contenebrati, concupiscentibus obedierunt; hinc integra cordis corruptio, quae à corde transit ad corpus, à corpore proprio ad alienum, à naturali usu ad brutalitatem et ad abominacionem.

Terribilis sane, et justa et proportionata poenitentia. Nihil subdatur homini, qui Deo ipsi non subditur; omnia per impuritatem turpeatur in homine, qui Deum per impietatem et idololatriam inhonoravit: infra bestias ipsas supponatur homo, qui bestias ipsas Deo preposuit; ipsique, etiam vilissimis, cultum exhibuit, quem Deo, tantum supremo, negavit.

ris, eo relictio, ad creaturam idololatriam se converterunt, hinc de causis justè à Deo permisi sunt naturae ordinem pariter in se ipsos convertere, et pudenda libidine se decorare. Ita Anselm.

VERS. 28. — *Et sicut non probaverunt Deum habere in notitia, tradidit illos Deus in reprobum sensum*, q. d.: Sicut non curarunt Deum verum nosse, ut rectè de eo sentirent, sed idolis adhaeserunt, eaque pro Deo agnoverunt et colerunt, ita pariter justè tradidit illos Deus in reprobum sensum, ut faciant ea quae non conveniunt. Nam, ut docet S. Gregor, qui errant in Dei cognitione, justè traduntur ut errent pariter in agendis; qui mentem et rationem ab errore non servant, exponunt se peccatis cogitationibus et vitis. *Reprobum sensum* vocat Paulus improbum et perversum mentem.

Ut faciant ea quae non continentur, id est, ea quae maxime homines debent, ut pote res turpissimas.

VERS. 29. — *Repleti omni iniquitate*. Graecè est, iniustitia. Dicit autem repletos omni iniustitia, id est, omni genere iniustitiae: nam et specialis iniustitia per varias species diffunditur.

Mala, id est, nocendi studium, quod diabolicum est vitium. Unde diabolus per antonomasiam *mala* in Scriptura novi Testamenti vocatur.

Pornicatione, quod nomine comprehenditur omnis illicitus concubitus viri cum femina.

Invidia, qui voce significatur studium plus quam sibi competat habendi, usurpandi, occupandi, quasi dicas, pluri habendi.

Aequitas, versutiam, id est, fallax nocendi studium, pervertentem animi proprie significare videtur.

Plena invidia, homicidio. Omnis, qui odit fratrem suum, homicida est, scilicet aut re aut voluntate. Quare et hic sub homicidio voluntatem occidendi comprehendit.

Hac est impietatis philosophicae justa merces; sed, heu! quot impiorum sese Christianos dicentium non minus terribilis et justa retributio!

VERS. 29. — *REPLETOS OMNI INIQUITATE*,... subaudi: Tradidit in seosum reprobum, repletos omni iniquitate, etc.

His ergo versibus describitur completa eorum malitia: *In sensum* quippe *reprobum tradidit, repleti sunt omni iniquitate*, id est, qualibet improbitate, per quamcumque respectus. Per respectum ad se; *omni iniquitate* et *malitia*, foeditate et corruptione pleni fuerunt. Per respectum ad alios; *repleti sunt invidia, homicidio, contentione, dolo*.

VERS. 30, 31. — *DETRACTORES, DEO OBBILES*. Alii vertunt, Dei osores: vox Graeca *diocoretes* utrumque significat, et quos Deus horret ob scelera sua, et eos quibus Deus est horrori, propter justitiam quae scelera vindicat. Itaque in Deum impij, in naturam contumeliosij, in homines injurias, in semetipsis corrupti et abominabiles fuerunt.

Hic est characteristicus illorum temporum, praesertim Romae, ubi sub flagitiosis imperatoribus, Tiberio, Caligula, Claudio, Nerone, regnarunt omnia vitia et scelera maxime abominanda. Sub Neronia anno 1^o creditur haec Epistola scripta. Haec enumerat omnia mala, ut vel se conversi ad naturalem intellectum, intelligerent irato Deo, haec sibi provenisse, Ambrosius. Et hac consummata gentium malitia, disce quantum sit malum neglectus Dei! quam terribile sit homini sibi ipsi deseri, cum nullum sit barbarum in quod non decidat praecipit; de peccatis in

Contentione, dolo. Contentio est cum quis certat studio vincendi, non amore veritatis. Dolus machinatio est ad fallendum.

Malignitate, scilicet ea quae in moribus apparat, morositate, seu morum asperitate.

VERS. 30. — *Susurrone, detractores*. Significantur ii qui proximos occidit mordent, illi, ut solvant amicitiam, isti ut laecent famam.

Deo obdiles. Significant eos quibus Deus exorsus est, à quibus Deus abhorret. Cyprianus legit, *abhorrens Deo*, id est, quibus Deus est horrori, nimirum propter justitiam quae vindicat in malos. Itaque parit hoc vitium sclerata conscientia.

Contumeliosus. Significatur contumelia facti, ut est hominum ferocem, qui alios per vim opprimat.

Superbos, quod sapientiae nomine sese ceteris hominibus preferentes, cum animi superbiai externo fastu morum ostenderent.

Elatos, id est, gloriosos et jactabundos. Cyprianus legit, *justitiales sui*.

Inventores malorum potest intelligi de malis, id est, nocentibus, ac nocendi instrumentis quibus alii deduntur.

Parentibus non obedientes, inobedientes, immeriticos, refractarios, qui moeritis nolunt acquiescere.

VERS. 31. — *Inscientes*, insipientes cor eorum, significat intelligentia destitutos, id est, non recto rationis iudicio ulentes.

Incompositos, id est, inciviles. Possunt hic accipi qui moribus suis turbant et incompositis, et ob humanitate alienis. Stultitia mentis statim in mores redundat.

Sine affectu, sine pietate, hoc est impios in parentes et cognatos, qui nullo tanguntur pietatis aut charitatis affectu.

peccata ; de cognitis et ordinatis in nova et incognita voluitur, donec in infernum, omnis malitiae centrum, detrudatur. Disce et hinc quod si quaedam malitiae plenitudo, quaedam iniustitiae consummatio ; talis et tanta criminum inundatio, ut nihil ipsis malignitati desit. Mens reproba, cum semel facta fuerit, necessarii fit ut omnia distraherentur ac subvertantur, nimirum, auriga jam corrupto, D. Chrys.

Vers. 52. — Qui cum iustitiam Dei... Gr., qui ius Dei cognoscentes (quoniam talia agentes digni morte sunt), non solum ea faciunt, sed etiam consentiant facientibus. Syr., qui cum noverint iudicium Dei quod eos qui talia perpetraverunt, ad mortem damnat, non solum ea peragunt, sed etiam participant eorum iis qui ea faciunt. Ab hodierno textu Graeco absunt haec voces, non intellexerunt ; iuxta quem sensus est quod philosophi erant maxime rei, quia contra suam scientiam, et mala haec supra dicta faciebant, et aliis, ea facientibus, consentiebant.

Et hæc est Iudæi summa privilegia. Bone Deus! Si tu de Christo nascitur oracula, promissiones, tantum scire bonum, quid ergo ejusdem Messia nati, mortui, suscitati, ad dexteram tuam sedentis, exhibitio? Si futurorum mysteriorum predicationes, figuras et umbris obvelata, tantum fuere privilegium, quid ergo eorumdem mysteriorum jam peractorum, aut perlicendum aperta revelatio? manifesta explicatio? Et hæc est tui in nos beneficentia! sic nos dilexisti, ut tui nobis unigenitum dederis Filium; nos aperte per tuum docueris Filium; nos abundanter et copiose per tuum redemeris Filium; omnia nobis in tuo donaveris Filio; ob hæc immensam misericordiam tuam sis in æternum benedictus, ô Deus misericors!

VERS. 5. — Quid enim si quidam illorem non crederent? Occurrit objectioni novæ, ex precedenti responsione nascenti, simulque quasi transiens et aliud agens, Iudæorum pugnat infidelitatem, quâ Christo et Evangelio credere noluerunt, et Dei propinquantem fideliorem, quæ sua promissa exhibuit, non obstante hæc Iudæorum incredulitate.

Prævidens ergo apostolus quod posset quis et instare, dicens: Quid profere Iudæis incredulis eloquia Dei? Respondit 1^o: Esto, quidam, imò plerique non crederint, num idè desit esse beneficium ex parte Dei? Respondet 2^o: Esto non crederint, an illorum incredulitas inane reddet Dei fidelitatem in promissis suis?

Ansit, id est, non obstante illorum incredulitate, Deus stabit promissis, quæ fecit patribus eorum de Messia ex eis nascituro, omnesque gentes per fidem iustificaturo.

Mirabilis Deus in omnibus suis, non tantum operibus, sed et verbis! Promisit Abraham, Isaac, Jacobo, Davidi, Messiam ex ipsorum posteritate nasciturum; Deus in tempore exhibuit quod promisit patriarchis, dicit Messiam: Israelite, Abraham, Isaac, Jacobi filii, Messiam non receperunt. An hæc infidelitas inane et otiosa reddet Dei fidelitatem? *Abiit*, Deus de la promissa; quorum patres, et ex quibus est Christus secundum carnem.

VERS. 5. — Quid enim, si quidam illorum crederent? q. d.: Incrediderunt, credere noluerunt, scilicet eloquiis Dei sibi creditis, hoc est: non habuerunt fidem promissis divinis, quæ continentur in Scripturis.

Namquid incredulitas illorum fidem Dei evocavit? Sensus: numquid illorum incredulitas efficere poterit ut Deus promissa sua non præset, fidemque datam non servet? Fides hic accipitur, ut aliis expressimè in Sermonibus veteris Testamenti, pro veritate in præstandis promissis.

Abiit, gratè, ne sit, ne fiat, scilicet, ut hominum

pidibus suscitavit Abraham filios. Ecce conterritur ad gentes, aiunt Apostoli à Deo inspirati; gentes Evangelio credunt, per fidem fiunt spirituales Abraham filii, verique Israelite facti, Christum Abraham promissum receperunt.

Hinc obstepesce ob ingratum humani cordis perversitatem, donum donorum Dei percipienti! Hinc et mirare omnipotentem Dei bonitatem, ex malis hominum bonum elicentem. Odi, time cor tuum, perversitatem ejus observas semper; ama Dei bonitatem, in eam spera, ei totus imitere.

VERS. 4. — Ansit, Gr., ne fiat. EST AUTEM DEUS VERAX. Gr.: Esto autem Deus verax; fiat, ait Ambrosius, ait Chrysol., jam quam lectionem sensus est: Sit et credatur; vel et appareat Deus constans in promissis suis, etsi vel omnes homines sint mendaces, fidemque fallant.

Syriaca versio: *Abiit, si quidem Deus verax est, iuxta quam lectionem et nostram sensus est: Abiit, quasi diceret: Impossibile est Dei fidelitatem hominum infidelitate abolere. Deus enim summè verax est; semper et in omni casu est et manet verax in dictis et promissis suis; veritas ipsa est, hincque nec falli, nec fallere potest.*

OMNIS AUTEM HOMO MENDAX. In quo procul abest ab homine, qui nature suæ corruptione, mendax et fallax est: nullus enim, qui ex intellectus ignorantia sæpe non fallatur; nullus qui ex voluntatis mutabilitate, aut malitiâ non fallat aliquando, aut possit saltem fallere.

Sicut scriptum est, Ps. 50. Dei veritatem non vincit hominum infidelitate, probat exemplo et verbis Davidis, post peccatum suum dicentis: MISERERE MEI, DEUS... ET JUSTIFICERIS... id est, ita fiet, si mea peccata condones, ut justus et verax apparens in promissis tuis, de stabilitate solli mei, de Messia ex me nascituro. Vide parapsaras; et vincas cetera judicaris; et consequenter fiet ut vincas in judicio, seu vincas iudicia temeraria hominum, qui presumunt te, ob peccata mea, fidem mihi non servaturo. Vincit in judicio, qui justus apparet in lite; vinces ergo, et eò magis justus et fidelis apparebis, quo per peccata mea factus sum promissis tuis indignior.

Hinc D. Paulus vult dicere quod incredulitas Iudæorum Dei fidelitatem non solum non reddet inane, sed et illustriorem.

VERS. 5. — SI AUTEM INQUITAS NOSTRA... Altera obiectio ex ultimarum responsione nascentis: Si peccatum malitia Dei fidem evocet, siquidem impossibile est Deum maneri aut fidem fallere.

VERS. 4. — Est autem Deus verax, in omnibus dictis et promissis, adeo ut fallere non possit. Est enim ipsa veritas. *Omnis autem homo mendax*, scilicet ex senectute, et ex inclinatione depravata sua natura. Sicut scriptum est: *Ut iustificeris in sermonibus tuis, et vincas cum judicaris.* Adhuc hoc testimonium ex Paul. 50, quo ostendit Deum semper in promissis esse veracem, non obstantibus etiam hominum peccatis; adeo ut ex nostrâ iniquitate magis etiam appareat atque illustrior fiat ipsius veritas et iustitia.

VERS. 5. — Si autem iniquitas nostra iustitiam Dei commendat, quid dicemus? Si nostra iniquitas

Davidis, etc., si incredulitas Judaeorum, etc., et consequenter si iniquitas nostra iustitiam Dei, seu fidelitatem Dei reddidit illustriorem:

Nequid iniquis est Dees? nonne sequitur quod Deus non possit sine iniustitia peccatores punire? punit enim per quos glorificatur.

VERS. 6. — **SECUNDUM HOMINEM DICO.** Ne quis hoc loquendi modo scandalizet, monet quod hominum, et quidem errantium more, loquatur: *Abiit; alioquin quomodo...*; quia manifeste absurdum est quod obicitur, satis habet respondere quod si Deus esset iniustus, mundum non posset iudicare; atqui credimus omnes quod Deus est iudex mundi; ergo et quod iustus. Vera autem ratio cur Deus iuste puniat peccatores, dabitur, v. 8, ubi eadem obiectio repetitur.

VERS. 7. — **SI ENIM VERITAS DEI.** Priorem objectionem v. 5 factam urget clarioribus verbis: Si veritas, id est, veracitas Dei; abiit, id est, clarior et illustrior facta est per memm mendacium, seu per peccatum memm, cur ego iudicor, condemnor, et punior tanquam peccator? Assumit in se personam peccatoris.

VERS. 8, 9. — **ET NON Sicut Blasphemamur...** FACIAMUS MALA, imò potius facienda erunt mala, ut inde maior Deo gloria proveniat; aliud inconueniens, quod inferitur: sicut blasphemamur, id est, sicut per calumniam, aliqui verba nostra, non bonâ fide referent, dicunt de nobis.

Fortassè quia dixerat Apostolus: *Ubi abundavit delictum, superabundauit et gratia.* Quidquid sit, haec etiam D. Paulus tanquam nimis absurda satis habet delectari, *abiit*, quod abundantius est; et hanc calumniam contemnere et non dignissimam dicere. **QUORUM DAMNATIO...**, quorum, id est, et ita sen-

sive iniustitia commendat, id est, apporere facit, et illustriorem reddit, adeoque confirmat Dei iustitiam et fidem erga homines, quid dicantur? Scilicet ad questionem ex illis dictis oluam, quae sequitur:

Namquid iniquus est Deus qui infert iram? Sensus: An ob id censentiam Deum iniustum esse qui infert iram, id est, punitionem, qui punit et vindicat peccata, ex quibus eius iustitia commendatur?

VERS. 6. — **SECUNDUM HOMINEM DICO.** Id est, secundum humanum sensum loquor; obiectum hanc moueo ex personâ hominis diuinâ nondum capientis; qui facili, sicut experientia docet, huiusmodi questionem occurrant.

Abiit, ut idcirco dicitur Deus iniustus; ut quis de Deo tam absurde et indignè sentiat.

Alioquin quomodo iudicabit Deus hunc mundum? q. d. Si propter tantam memoratam Deum iniustum censendus est in vindicandis peccatis, igitur non erit idoneus qui iudicat mundum. Quod est longe absurdissimum. Sequela manifesta est, quia iudicem totius mundi iustissimum esse oportet.

VERS. 7. — **SI ENIM VERITAS DEI.** etc. Sensus est: Si fides et veracitas Dei clarior et illustrior facta est per memm mendacium sive iniustitiam, cur ego peccator iudicor, condemnor et punior tanquam mendax et peccator?

VERS. 8. — **ET NON Sicut Blasphemamur, et sicut sicut quidem nos dicere) faciamus mala, ut veniant bona?** Sensus: Et cur non potius dico (sicut quidem male de nobis loquentes aut nos dicere)? Verum hæc

tientium et ita calumniantium DAMNATIO JUSTA EST.

Nota quid vera responsio ad hanc objectionem v. 5 inchoatam, sit, quod peccatum per se et directè non facit ad Dei gloriam (imò per se avertit à Deo), sed tantum per accidens et præter intentionem peccantis, quatenus Deus per suam potentiam et sapientiam scit ex malis elicere bona. Vera itaque causa illustrioris Dei gloria, est omnipotens Dei bonitas et sapientia, peccatum contra naturam suam, et contra peccantis intentionem, ordinans ad sui gloriam.

Hinc iuste punitor peccator, Dei legem violans; hincque nunquam faciendâ mala, quæ Dei sunt offensa.

VERS. 9. — **QUI ERGO PRECELINUS EOS?** Post digressionem, redit ad propositum: An quia dixi v. 2, multum omnino prærogatiuæ esse Judæis, quibus concedita sunt eloquia Dei, idcirco non Judæi precelinus gentiles? — Respondet: **NEQUAQVAM.** Gr., non omnino, et in hoc Apostolus non est sibi contrarius, quia quod dixit de Judaeorum excellentiâ, intellexit de beneficiis externis, de lege, de Scripturis, etc.; quod autem negat nunc, intelligit de verâ iustitiâ, à quâ petenda est vera hominis excellentia.

CAUSATI ENIM SEMES. Gr., præcausati unus enim. Syr., Jam ante determinauimus de Judæis et gentilibus omnes esse sub peccato. Probat non idcirco præcellere Judæos, quia, cap. 1 et 2, jam ostendimus et Judæos et Græcos esse peccatores, seu sub iugo peccati captiuos. Si autem omnes peccatores, et sub iugo peccati, ubi est præcellentia vestra? sicut v. 27: *Ubi est ergo gloriatio tua?*

VERS. 10. — **SICUT SCRIPTUM EST: QUIA NON EST JUSTUS QUISQUAM.** Gr., neque unus.

VERS. 11, 12, 13, 14, 15, 16, 17, 18. — Vide paraphr. His sacre Scripturæ testimoniis probat de

mala, emulsum peccata peccatis, ut veniant bona, quale est Deum glorificari? Potest etiam hoc modo: Et cur non potius facimus mala, ut Deus glorificetur? Sicut quidam calumniant nos dicere: Faciamus mala ut veniant bona, etc.

Quorum, scilicet tam ita sententium, quam nos calumniantium, damnatio iusta est.

VERS. 9. — **QUI ERGO? PRECELINUS EOS?** Nequam. Judæi et gentiles; quos ob merita nostra, legem aut circumuersionem præ eis vocati simus ad fidem et iustitiam Christi; reddi enim hic Paulus ad propositum suum, quod tetigit v. 2; respondet: *Nequamquam precelinus nos Judæi ipsos gentiles.*

Causati enim semes, id est, causam autem attulimus, jam enim ante probauimus, aliis causis et rationibus, Judæos et Græcos omnes sub peccato esse, id est, omnes esse peccatores, et propter peccata damnatione dignos.

VERS. 10, 11. — **Sicut scriptum est, etc.** Non est iustus quisquam. Eamque deinde quasi in partes diuidit dicens: *Non est intelligens, non est respiciens Deum, q. d.:* Quidam non intelligunt, nec cognoscunt Deum, quales sunt gentiles; quidam vero Deum cognoscunt, sed Dei mandata non requirunt nec custodiunt, quales sunt Judæi; atque ad hoc Judæos, nec gentiles, adeoque nemo iustus est inter filios hominum.

VERS. 12. — **Omnes declinauerunt,** id est, recesserunt, scilicet à Deo. Hoc enim quid est aliud quam omnes inuentos malos, neminem bonum? Verum hæc

omnibus prorsus hominibus, tum Græcis, tum Judæis, quod jam speciatim, 1^o de gentilibus, deinde de Judæis probauit, nimirum omnes fuisse sub peccato. Hoc autem probat ex Scripturis propter Judæos, ut suâ propriâ lege convincatur.

Circa hæc testimonia, notandum 1^o quod partim ex Psalmis, partim ex Isaiâ deducantur; 2^o quod verba non semper referat Apostolus, sed sensum; 3^o quod generalitas hominum in illis expressa debeat intelligi de humano genere, quale est ex origine suâ, et qualis unusquisque perseuerat, donec iustitiæ Dei particeps fiat, per fidem Jesu Christi; 4^o quod enumerata in his versibus vitia non censenda sint in singulis hominibus; sed alia in aliis: ita tamen ut omnes sint, vel fuerint sub peccato; denique quod in his versibus bene describantur peccati et concupiscentiæ effectus humanum genus inficientes, ut infra, post vers. 20.

VERS. 19. — **SCIMUS AUTEM QUONIAM QUÆCUMQUE LEX.** No Judæi dicant hæc Scripturæ testimonia de gentilibus esse intelligenda, illos præoccupat Apostolus, et probat de Judæis principaliter intelligenda, quia ex lege, ex Psalmis et prophetis desumpta; qui propheta et Psalmi Judæis præcipue loquuntur.

UT OMNES OS OBSTRUATUR. Syr., ut omne os obturetur, et universus mundus debitor sit Deo. Arab., fatque uniuersus orbis sub censurâ Dei, id est, et hæc idcirco vobis indicant et exprobrant Psalmi et propheta; ut omne os superbum, et se sine peccato asserens, obstruat, eique silentium imponatur.

OMNES OS, 1^o Judaeorum, quia omnes fuere legis Mosæ violatores; 2^o omne os Græcorum; si enim de ipsis Dei cultoribus ita loquuntur eloquia Dei, quod de infidelibus, qui peccatis et impietatibus erant obruti? Omnes ergo prorsus homines silent, et nemo

intelligit iuxta mentem et scopum Pauli, de filiis hominum, id est, humano genere, quale est ex sua origine, et qualis unusquisque perseuerat, donec iustitiæ Dei per fidem Jesu Christi particeps fiat. *Si uult inutilis facti sunt,* id est, computruerunt, nullos ferentes bonos fructus fidei et honorum operum.

Non est qui faciat bonum; non est uirque ad unum. Non est ex se, sine Dei, id est, Christi gratiâ, qui faciat bonum absolute, bene scilicet ut inde bonus et iustus coram Deo dici dignusque Dei gratiâ, aut aternâ gloriâ censeret possit, quia omnes ex peccato Adæ corrupti, et concupiscentiâ infecti in peccata uaria proclives declinant. Ita S. August. in Psal. 17. Hinc ergo non sequitur omnia opera infidelium esse mala et peccata, sed tantum esse inepta ad iustitiam et gratiam Dei promerendam. Hoc enim hic uocatur bonum.

VERS. 15. — **Sepulcrum patens est guttur eorum,** q. d.: Quilibet homines peccato et concupiscentiâ corrupti, instar sepulcri patens, spurca, fetra, foetida, dolosa, maledicta exhalant, proloquuntur et eructant. *Linguis suis dolose apertant,* linguis suis utuntur ad dolum et fraudem, aliud loquentes, aliud sentientes. *Venenam aspidum sub labiis eorum,* et quasi qui venenum aspidum, id est, nocentissimam, sub labiis vel in labiis gerant, semper parati sunt pestiferum virus latentium cogitationum ex oris pharetra deprimere, et in quemlibet eparant.

VERS. 14. — **Quorum os maledictione,** etc., ita ut vix aliud eorū profertur in eos quibus offensi sunt, quam contumelias et maledicta.

glorietur se alique peccato esse; sed e contra, omnes omnino homines sciunt se Deo iudici obnoxios esse ad mortem aternam.

SERBIUS; Gr. *ἀσέβεια*, id est, reus, obnoxiosque, ille propriè dicitur, qui sibi ipse ad defensionem minime sufficere cum possit, alterius patrocinio opo indiget, ait D. Chrys. Talis erat conditio nostra, idem. Uniuersus itaque mundus, reum se fateatur, sublitum æternæ condemnationis, delictorem peccatorum, diuinè vindictæ obnoxium, et in hæc reatus sui confessione, sese Deo et Christo ejus subiciat, ejusque gratiæ auxilium imploret, si iustificari et saluari uoluerit.

VERS. 20. — **QUIA EX OPERIBUS LEGIS.** Syr.: Quandoquidem nec lex Mosæica, nec opera legis, quæquam mortalium uerè et coram Deo reddet inquam iustum, **PER LEGEM ENIM COGNITO PECCATI,** id est, datur. Docet quid faciendum, quid ligendum, etc.; at non dat remedium peccati, seu gratiam quæ tollitur peccatum; hæc solus Christus dat; ad eam ergo necessariò recurendum, ejusque iugiter implorandum auxilium.

Et hæc est conclusio ex hucusque dictis deducenda: Nec philosophia, nec lex Mosæica, uerè iustum reddidit quemquam; omnes sub peccati iugo fiære, omnes obnoxii, omnes Christi opo indigentes.

Hanc ueritatem edocuit, eaque penitus imbutus et tu, coram Deo reatum tum humilis ac tremulandus agnosce, et ob eum prostratus et simplex frequenter adora Deum, rogans obnoxie ut per Christi saluatoris tui merita largiatur ut ad peccatorum tuorum indulgentiam et ad gratiam ualeas pervenire. *Υπόδοξί τε,* et condemnationi obnoxium agnosce, nisi tui miseretur Deus: hæc ergo prorsus homines silent, et nemo

VERS. 15. — **Velocet pedes eorum,** etc. id est, ad cæcos et oppressiones incoentium.

VERS. 16. — **Conritio et infelicitas,** etc. q. d.: *Vix, gressus et conatus eorum eo tendunt, ut alios et sese inuicem conerant miserose faciant.*

VERS. 17. — **Et uiam pacis, etc.,** scilicet approbationis notitiâ, quia pacem et iustitiam ueræ pacis conseruatiorem oderunt. Ac si dicat: *Nolum ingredi uiam pacis.*

VERS. 18. — **Non est timor Dei,** etc., id est, ecclésiæ mentis non considerant Deum ubique presentem, proinde timendum esse, tanquam iustum vindicem malorum.

VERS. 19. — **Scimus autem quoniam quæcumque lex loquitur,** etc. *ita qui in lege sunt,* q. d.: *Ne dicas, ô Judæe, hos uersus, qui omnes homines de tam grauibus peccatis argunt, de solis gentilibus loqui; non hi uersus sunt uersus legis, puta Psalmis et prophetarum, qui non tam gentilibus quam his qui in lege sunt, id est, Judæis, loquuntur, quorumque uitia increpant et castigant.* Ita S. Chrysost. et Theoph.

Ut omne os obstruatur (ut nemo audiat se à peccato excusare) et *sublitus fiat omnis mundus Deo.* Sensus: Et ut appareat omnes omnino homines, etiam Judæos, esse Deo iudici ad aternam mortem obnoxios.

VERS. 20. — **Quia ex operibus legis non iustificatur omnis caro coram illo,** id est, nulla caro, nullus homo iustificabitur. Nota: *Clam Apostolus asserit hic neminem iustificari ex operibus legis, ueteris intellige, seu his quæ prescribitur lex uetus, seculis fide et gratiâ Christi, adque patet ex eo quod v. 22 et passim*

per Christum frequenter implora, et eò frequentius quò periculosior et generalior est universi mundi per concupiscentiam corruptio.

Hujus concupiscentie effectus habes in vers. 10, 11, 12, etc., bene descriptis: 1^o per peccatum justitia spoliata: *Non est iustus*; 2^o rationem corrumpit: *Non est intelligens*; 3^o cor depravat et averit à Deo, ut ad creaturas convertat: *Non est requirens Deum*; omnes declinaverunt à Deo, scilicet ad creaturas; 4^o ad omne bonum opus reddit inutilis: *Simul ingulter facti sunt*; non est qui faciat bonum, aut si faciat, illud corrumpit mala intentione, aut circumstantiâ reâ; 5^o cor corruptum suum in linguam diffusit virus, quæ mundum brevi replet iniquitate, utpote quæ est *iniquitatis universitas et invidia injustitiae*, ut ait D. Jacobus; *acupulcrum patens esse*; 6^o lingua veneno infecta fit omnis dolus et fraudis instrumentum, per mendacia, perjuria, adulationes, et mala consilia: *Linguis suis dolosus agebant*; 7^o fit aspidum lingua mortem corpori procurans, falsis accusationibus, et mortem anime falsis doctrinis et impietatis scandalois: *Vocatum capidum*; 8^o Deo impletis, proximo impetratur: *Quorum os in meditatione*; 9^o similitudinem inspirat: *Videlicet pedes eorum*; 10^o studet malo et oppressioni pauperum: *Conteritio et infelicitas*; 11^o omnem Dei timorem et religionem auferit à corde, siquæ viam pacis, penitentiam et reditum ad Deum occidit: *Et viam pacis*: . . . non est timor Dei.

Ad initium hujus corruptionis, universum ferè mundum inundantis, time, gemis; suspirans et gemens Deum Liberatorem deprecare. *Corructores, Domine, et eripe sanguinem meum; saluum me fac secundum misericordiam tuam.*

Et quia gratia Christi unicum est huic malorum universitati remedium, huic gratiam Christo et per Christum continè pete, quæ preces concupiscentie reparans effectus, det et augeat veram animæ justificationem. Cum ergo fidem Christi justificentem is opponit, non excludit, sed potius includit in fide opera facta ex fide. Sic enim pari modo sub lege includit opera legis, seu quæ faciendâ dicitur lex. Ita S. Augustinus, lib. de Grat. et lib. Arb. c. 7.

Per legem enim cognovimus peccati. Nam lex docet quid faciendum sit, quod cavendum, quid virtus sit, quid vitium et peccatum. Hinc de eâ dicitur Prov. 6: *Mandatum lucerna est, et lex lux, et via vita.* Unde et lex Hebraice vocatur *thora*, id est, doctrina et institutio. Non ergo per legem, neque ex operibus legis est justificatio, quia peccatum tollitur, et lex observatur.

Vers. 21. — *Nunc autem sine lege*, id est, ut Theodor. et Ambros. lege veteri cessante, *justitia Dei*, id est, justificatio, quæ nos Deus à peccatis absolvit, imputando nobis suam justitiam, id est, gratiam, charitatem, aliasque virtutes, per Christi Evangelium manifestata est, quæ olim ante tot secula testificata est à lege et prophetis. Hi enim quasi per Christum dantiam certissimè huic justitiam per Christum dantiam pronuntiaverunt et asseveraverunt. Ita S. Augustinus, lib. de Spiritu et Literâ, c. 9 et 11. Non dicit Apostolus, inquit Augustus, *Justitia hominis, vel justitia proprie voluntatis*, sed: *Justitia Dei*, non quia Deus justus est, sed quia induit hominem eam justificatam, et imputatam, etc.

rationem rectificet per fidem; cor per charitatem à creaturis separet, applicet Deo, istaque Deum requirens; ad bona opera exerecanda reddat aptum, et in Christo omnia potens; per linguam et per manus ad sancta verba et facta undequaque diffuset.

Vers. 21. — *Nunc autem sine lege*. Optimum medicum imitatus est Apostolus, ait Theodoritus: sicut enim medicus docet prius morbi gravitatem eos qui laborant, deinde medicamentorum auxilium adhibet, ita Apostolus postquam horum et illorum iniquitatum coarguit, ipsosque reos et supplicio dignos ostendit, profert deinceps fidei medicamentum, et divine dispensationis benignitatem docet.

Nunc autem, id est, nostris tandem temporibus, in hoc sanè felicissimis, *sine lege*, id est, sine legis operibus, aut auxilio, utpote quæ jam est abrogata, restituta Dei, id est, quæ à Deo est, sui justificatio quæ nos Deus à peccatis absolvit, suamque nobis gratiam imputat, manifestata est, scilicet per Christi Evangelium; erat quidem, nec enim est nota, sed erat opera à nunc autem clarior innotuit, palmam et publicè annuntiata; *testificata à lege et prophetis*, seu, ut ait Syrus, qui suffragari ipsa lex et propheta. Probat quòd prius existerit, et non sit nova, cum ab ipsa lege et prophetis testimonium accipiat. Jam in superioribus citavit Habacuc, dicentem: *Justus ex fide vivit*; hic citat Moysen et prophetas qui de Christo et de Christi fide prædixerunt, Genes. 49, 10; Isai. 55.

Vers. 22. — *Justitia autem Dei*; quæ hic est Apostoli zeopus: explicat quo sit illa justitia, sine lege, manifestata per Evangelium; *justitia*, inquam, sua justificatio, quæ per fidem in Jesum Christum, à Deo infunditur in omnes et super omnes qui credunt in eum; in hoc enim nullum est discrimen.

Vers. 23. — *Omnes enim peccaverunt, et egent gloria Dei*. Judicialis sententia, quæ utranque par-

Vers. 23. — *Justitia autem Dei per fidem Jesu Christi*, in omnes et super omnes qui credunt in eum. Sensus est: *Justitia, inquam, Dei* quæ est per fidem Jesu Christi. Hi enim omnes justificentur, sive Judæi sint, sive gentiles. Super omnes, significat sublimitatem justitiæ, quod scilicet illa super naturæ vires et merita, de super e celo homini infundatur. Ita Anselm. Cum dicitur justitiam Dei haberi per fidem, aperte significat justitiam non esse ipsam fidem, quod voluit hæretici. Doctrina enim Apostoli est per fidem acquiri justificationem; ita tamen ut ipsa fides sit initium justificationis, atque etiam pars quædam justitiæ.

Non enim est distinctio, scilicet inter Judæos et gentiles. Ac si dicitur: *Nullus est hominum qui possit aut unquam poterit aliter justificari, quam per fidem Jesu Christi*. Hæc et una sola via est omnibus preposita, quæ perveniatur ad justitiam.

Vers. 23. — *Omnes enim peccaverunt*, etc. S. Cyrillus per gloriam intelligit Christum, qui est gloria Patria hoc ipso quo est redemptor et justificator noster, q. d. Paulus: *Omnes egent Christo Redemptore*. Alii, per gloriam hic accipiunt gratiam quæ glorificat Deum. Nam Christi gratia est gloria quedam inchoata, sicut gloria est gratia consummata. Egentis enim Christo et gratiâ Christi ad hoc ut per eam, gloriam quæ indigemus ut benè beatèque semper vivamus, in caelis adipiscamur.

tem, Judæos et Gentiles condemnat; *egent gloriam Dei*. Syr.: *Desiderant gloriam Dei*; ita et D. Chrysost. Arab.: *Facti sunt expertes gloriam Dei*. Gr. *επιζητοῦντες*, ad verbum *postulantur*, ait Erasmus; seu posteriores sunt gloria Dei; quasi diceret: *Non mirum est si nullum in hoc sit discrimen, cum omnes peccaverint, et idèd careant, destinantur gloriam*; posteriorum abest, ut habeant unde gloriantur eorum illo, quinimo habent unde confundantur, unde prostrati et supplices, reos se, imitatorum fateantur, et Salvatoris openi implerent. Vide vers. 19. Puto hos versus esse correlativos.

Vers. 24. — *Justificati gratis*. Syr.: *Justificatur autem*. Theophylactus: *Justificantur enim*, vel, justificandi gratis, sine ullo honorum operum merito.

PER GRATIAM IPSIUS, id est, per gratuitam Dei misericordiam. PER REDEMPTIONEM, QUÆ EST IN CHRISTO JESU; seu, ut ait Syrus, quæ facta est per Jesum Christum, id est, per redemptionem, quam, appenso pretio, fecit ac meruit Jesus Christus.

Gr. *ἀπολύτρωσις*, quæ proprie est redemptio captivi, persoluto pro illius captivæ pretio, quod Gallicè dicitur *ransom*. ERASMUS. Gratis ergo ex parte nostrâ redempti sumus; merito et pretio magno, ex parte Christi; misericorditer ex parte Dei, qui nobis Christum dedit, nostramque redemptionem suscepit.

Vers. 25. — *QUEM PROPOSUIT DEUS*. Syr., *preconstatum*, PROPITIATIONEM. Gr., *δυσπέπτος*, quæ vox in masculino sumpta significat, *propitiorem*, et ita intellexit D. Chrys. In neutro genere propitiatorum significat; et sic intellexerunt Theodor. et Theophyl., putantque (quod et Origeni tribuitur) D. Paulum alludere ad propitiatorum, de quo Hebr. 9, v. 5 et 6, velleque dicere Christum Dominum esse verum propitiatorum; sed verba sequentia: *IN SANGUINE IPSIUS*,

Vers. 24. — *Justificati gratis per gratiam ipsius*. Justificati, id est, ut justificentur, flantque justî, et sint justificati gratis. Pendunt enim hæc verba ab eo quod processit: *Omnes egent gloriam Dei*. Gratis dare significat gratiâ dare, sine merito gratia: enim et gratitum opponitur merito. Unde cum dixisset Paulus: *Justificati gratis*, explicans subdit, *per gratiam ipsius*. Gratis à gratiâ ducitur.

PER GRATIAM IPSIUS (quam manifestamur) per redemptionem, quæ (facta) est in Christo Jesu, id est, per Christum Jesum. Sensus: Peccatores justificati per redemptionem, quam appenso pretio fecit ac meruit Christus Jesus; sive, quod idem est, per Jesum Christum redemptorem. Quamvis igitur quod ad nostram meritâ attinet, gratis justificemur, non tamen absque meritis et satisfactione Christi, qui sanguinis sui pretio nos à peccato redemit, atque in libertatem justitiæ vindicavit; denique omnia bona ad salutem pertinentia nobis promeruit: ut proinde rectè dicatur, non solum justificationem nostram, sed et prædestinationem nisi meritis Christi, testante eodem Apostolo; Ephes. 1: *Elegit nos in ipso ante mundi constitutionem*. Et iterum: *Qui prædestinavit nos in adoptionem filiorum per Jesum Christum*. Verumtamen etiam hæc ipsum fuit gratuite ergo nos misericordie Dei, quod Christum redemptorem et satisfactorem nobis dedit.

Vers. 25. — *Quem (Christum) proposuit Deus propitiationem per fidem in sanguine ipsius*, q. d.: Propitiationis et reconciliationis Christi voluit nos Deus

inducant quòd D. Paulus alludebat ad sacrificia propitiatoria veteris legis, quæ omnia cruenta erant et figure sacrificii Christi. Hæc melius interpretes noster, *propitiationem*, id est, victimam propitiantem, seu, quod in re idem est, propitiorem, seu reconciliatorem; Christus enim et propitiator et propitiatus, et sacerdos et victima.

Itaque quem Deus proposuit, exhibuit, dedit nobis; seu, ut ait S. Anselm., in propitiatio omnibus illum posuit propitiationem, id est, victimam ire suæ propitiatoriam, Deique placati cum hominibus reconciliatoriam; per fidem in sanguine ipsius; id est, cujus propitiationis ac reconciliationis participes sumus; per fidem, quæ credimus Christum pro nobis passum et mortuum, et per passionis suæ meritâ, nostrum propitiatorem esse.

Conformis est Syrus: *Per fidem sanguinis ipsius*; D. tamen Chrys.: *Quem proposuit Deus propitiatorem per fidem*, interveniente ipsius sanguine, juxta quem sensus est, quòd Christus propitiator, seu propitiatio nostra facta sit, per suum ipsius, seu proprium sanguinem. Utique sensus bonus.

AD OSTENSIONEM JUSTITIÆ SÆ, id est, propositi autem Deus Filium suum propitiationem nostram, ut ostenderet divitiam et excellentiam justitiæ suæ, tum quæ in se justus est, tum quæ justificat impios, ut vers. 26.

Primum ostendit, hominibus parere nolens, nisi in sanguine unigeniti Filii. Secundam vero ostendit communicando nobis justitiam suam, nosque per fidem ex peccatoribus faciens justos, sibi similes et sanctos; PROPTER REMISSIONEM, id est, ad remissionem peccatorum præcedentium, quæ se fuerunt ab initio mundi; et ad præterita et ad futura peccata exoptatur sar gis Christi; sed hic de præteritis tantum loquitur, quæ postmodum non est peccato, sed justitia vivendum.

participes fieri per fidem, quæ credimus cum esse nostrum propitiatorem; quæ fide excitamur ad spem veniæ, amorem Dei, et peccatorum detestationem, itaque disponimur ad justificationem. Ita conc. Trient., sess. 6, cap. 2 et 6. *In sanguine ipsius*, causa meritoria significatur, id est, passio Christi Salvatoris.

Ad ostensionem justitiæ suæ, q. d.: Propositi nobis Deus propitiatorem Christum, hoc sine, ut scilicet divitiis justitiæ, quæ Deus in se justus est, ostendat, communicando nobis peccatores condem justitiam; ostendit, inquam, se esse illum qui justificat peccatores per Christum, suamque esse hanc justitiam, non hominum. Hæc enim justitia in lege veteri non erat ostensa, nec manifestata.

Nota, in hæc Apostoli verbis notari et designari omnes causas justificationis. Nam primo, causa efficiens est Deus; secundo, meritoria est Christus; tertio, instrumentalis est sanguis Christi; quarto, applicans est fides; quinto, formalis est remissio peccatorum, per gratiam sanctificantem; finalis denique est ostensio justitiæ Dei.

Propter (id est, ad) remissionem præcedentium delictorum, scilicet Adæ, et aliorum ante Christum, vel, propter, id est, per remissionem; q. d.: Christus omnia etiam præcedentia peccata absolvit; jam ergo amplius non est peccandum, post tantum amorem et pretium nobis exhibitum. Sat vitios, sat veneri, ventrique datum, nunc vivite Christo. Præcedentium delictorum (quæ fuerunt).

VERS. 26. — *In sustentatione Dei*, id est, quæ peccata Deus patienter sustinuit; ad ostensionem restititæ eius in hoc tempore. *Gr.*, in nunc tempore, id est, ut hoc nostro tempore evidentiùs ostenderet justitiam suam, id est, et quæ justus est, et quæ iustificat peccatores.

UT SIT IPSE JUSTUS ET IUSTIFICANS EUM, id est, ad hoc autem illam ostendit, ut appareat ipse justus et per essentiam sanctus, et iustificans alios, seu sanctitatis hominum auctor. Justus in se et sanctus apparet ulciscendo, et nostra peccata puniendo in Filio suo; iustificans et misericors apparet in condonando iis qui credunt in Christum. Vel ut sit et appareat ipse justus, et ipsa iustitia, et omnis iustitia fons, et iustificans, seu iustitiam profundens in omnem qui credit in Jesum Christum.

In his versibus 24, 25, 26, nota breviter omnes iustificationis causas, efficiens est Deus misericors, v. 24: meritoria, Christus; instrumentalis, Christi sanguis; formalis (ex parte) remissio peccatorum; disponens, partialis et applicans, fides; finalis, ostensio iustitiæ et gloriæ Dei.

APPENDIX

Doctrina D. Pauli de verâ iustitiâ.

1° *Iustitia Dei*, v. 21, opus Dei est; 2° datur per fidem in Jesum Christum; 3° in omnia prorsus credentes in eam diffunditur; 4° gratis datur per gratitatem Dei misericordiam; 5° datur per et propter Christi merita, qui nos captivos redemit; 6° hæc redemptio facta est per modum sacrificii propitiatorii; 7° hæc sacrificium sit nostrum, per fidem in sanguine ipsius; 8° huius sanguinis virtus in præcedentia sæcula extenditur: propter hunc sanguinem præcedentia delicta Deus toleravit, et per eundem condonavit; 9° ostendit Deus hoc iustificandi modo, per fidem in Christum pro nobis mortuum; et quod iustus est in se, odio habens peccatum, quod non remittit sine condignâ punitione. *Proprio Filio suo non precepit*, etc.; et quod iustificans et misericors est auctor iustificationis; nos gratis, per fidem in Christum iustificando.

VERS. 26. — *In sustentatione Dei*, q. d.: Quæ delicta Deus sustentavit, id est, toleravit diu expectans, donec Christus veniret, eaque expiaret, itaque ostenderet iustitiam veram in hoc tempore gratiæ, eamque credentibus dare, Ila Anselmus.

Ad ostensionem iustitiæ ipsæ in hoc tempore, volens per hoc significare, Deum misisse Filium suum in plenitudine temporis, hoc est, eo tempore quo iam satis exploratum et compertum esset. Ut sit sensus, Deum tolerasse peccata hominum usque ad ostensionem iustitiæ suæ, id est, ad hoc tempus, quo suam iustitiam mundo voluit patefacere et exhibere.

Ut sit ipse justus, et iustificans eum, qui est ex fide Jesu Christi iustus, id est, fidelis in promissis, vel potius iustus, id est, sanctus et rectissimus. Ad hoc odit peccatum Deus, ut idem Filium dederit in mortem, ut pro peccato ex iustitiâ satisficeret, et à peccato homines ad sanctitatem et rectitudinem suam originalem, in qua à Deo conditi erant, in paradiso traderet, itaque ipse iustus suam iustitiam nobis communicaret, nosque iustificaret per Christum.

VERS. 27. — *Ubi est ergo gloria tua?* quæ, o Iudæe, gloriaris et arrogas tibi ex circumcisione, sacrificiis, aliisque operibus legis Mosaicæ, iustitiam.

Hæc autem per fidem iustitia nova non est, nec nostris inventa temporibus, sed tantum clarior manifestata; sub figuris veteris Testamenti erit abscondita; per Evangelium manifestatur palam universo mundo. Hinc dicitur testificata à lege et prophetis. Sancti veteris Testamenti crediderunt in Christum venturum; iusti novi Testamenti credunt in Jesum Christum, pro nobis passum et mortuum. Porrò, cum dicit Apostolus nos iustificari per fidem, sine operibus, excludit quidem opera fidem præcedentia, et à fide non profecta; non excludit autem opera bona, ex fide et gratiâ Christi facta; aliâ esset sibi ipsi contrarius. Vide cap. 2, v. 6 et 15. Iustificamur ergo per fidem vivam, prout includit charitatem, et opera bona in Evangelio commendata, seu per fidem, quæ per dilectionem operatur, ad Gal. 5. Expresso tamen solius fidei momentum hæc D. Paulus: 1° quia fides maxime incalendanda tunc et nunc; 2° quia fides fundamentum est iustificationis; fides, quasi cor, sicut à corde vita animalis, sic à fide vita spiritualis.

Fides vestibulum aditici spiritualis, ait D. Gregor. Mag., hom. 50, 19, in Ezech. Per eam intratur. Fides radix ex qua pullulat et succrescit iustitia; fides fundamentum iustitiæ, quæ totis fidei innititur et ab eâ continue sustentatur. Fides primogenita filia gratiæ Dei, quia primum donum Dei per Christum.

VERS. 27. — *Ubi est ergo gloria tua?* Positâ præcedenti doctrinâ, Apostolus Iudæam Romanam, quæ se gentilibus præferrebat, interrogat: Ubi est gloriandi ratio in toto hoc iustificationis negotio?

EXCUSA EST; respondet: Abrogata est. Vide v. 25. *Per quam legem?* an per legem Mosaicam, quæ opera præcipiebat? seu quæ præscribat quod faciendum; sed gratiam faciendi non dabit, v. 20. Nequaquam, SED PER LEGEM FIDEM, quæ Dei donum est, et quæ docet ad gratiam Christi recursum, quæ Dei præcepta complectens.

VERS. 28. — *ARBITRAMUR ESIM IUSTIFICARI*, Gr.: *Ratione colligimus ergo fide iustificari hominem*, etc.

Exclusa est. Per quam legem? Factorum? Non; sed per legem fidei. Nota ex S. Augustino, lib. de Spir. et Lit., cap. 15: Lex factorum est ea quæ iubet quid sit faciendum; fidei fides est ipsa fides, quæ imperat gratiam faciendi quod lex iubet. Lex factorum, est lex vitæ; Lex fidei est lex novæ. Lex factorum continet præceptum; lex fidei auxilium. Lex factorum dat lucem, ut sciamus; lex fidei dat virtutem, ut faciamus. Lex factorum dicit Deus: Fac quæ iubeo; lege fidei dicimus: Ita quod iubeo. Lex factorum est ea quæ externa opera et facta, eaque multa præscribit; lex fidei est ea quæ actiones interiores ordinat, inter quas prima est fides et amor. Denique quod hic dicit Apostolus, iustitiam querendam esse ex lege fidei; non autem ex lege factorum, idem est cum eo quod dicit cap. 2, v. 29, circumcisionem cordis fieri spiritui, non litteræ.

Si quaeris cur dicitur maluit Apostolus legem fidei quam simpliciter fidem, aut cur omnino iustitiam sic proponit: *Per quam legem?* respondet Chrysostomus, ut à legis vocabulo non recederet, quod gratum sciebatur auribus Iudæorum.

VERS. 28. — *Arbitramur eam iustificari*, etc. Sensus: Jam ergo colligimus et concludimus ex superioribus

Omnium hæc dicitur conclusio.

Ex dictis ergo colligimus, quemlibet hominem, Iudæum et gentilem, iustificari per fidem, ut explicatum est paulo supra, etsi legis opera non afferat.

VERS. 29. — *AN IUDÆORUM DEUS TANTUM?* quasi diceret: Et hæc iustificandi modus Deo dignus est, qui cum sit omnium Deus, in omnes debuit suam effundere misericordiam, omnibus dare salutis medium.

VERS. 30. — *QUOMAM QUITEN UNUS EST DEUS*. Sicut autem unus est Deus, sic omnibus, sive circumcisis, sive incircumcisis, unum est ad salutem medium, scilicet fides in Christum. Mira Dei bonitas! quia unus omnium Deus, unum dat omnibus medium ad salu-

disputatione hæc nostram propositionem, hominem sive Iudæum, sive gentilem iustificari per fidem quæ iustitiam apprehendat, etiam si legis opera non offerat, ea videlicet quæ solâ cognitione legis adjuncta fecerit; ut que nihil ad iustitiam conducunt. Solenter adnotavit S. Augustin. modò S. Iacobus timentis ne quis ex S. Paulo erraret, putaretque solam fidem iustificare, scripsit suam Epistolam hoc fine ut doceret opera respiri ad iustificationem. Cùm ergò S. Paulus negat opera iustificare, intelligit opera legis et naturæ, quæ sunt per legem et naturæ vires, seclusâ fide et gratiâ Christi; cùm verò S. Iacobus asserit opera iustificare, opera intelligit facta ex fide et gratiâ Christi, atque, ut ait S. August., Paulus intelligit opera quæ fidem præcedunt, Iacobus vero intelligit opera quæ fidem sequuntur.

VERS. 29. — *An Iudæorum Deus tantum?* etc. Sensus est, Deum, quod ad beneficium attingit iustitiæ et salutis æternæ, non solum Iudæorum Deum esse, verum etiam gentium; ut qui æquè sit Dei creatura rationalis capax, et ad supernam felicitatem ordinata; nec necesse eis sit per circumcisionem Iudæicæ na-

Corollarium pietatis, seu in hoc capite ad pietatem maxime notanda, et in praxim redigenda.

In hoc cap. tertio, nota duo magna christiane pietatis principia.

PRIMUM PRINCIPIUM.

Omnis prorsus homo, qui est in mundo, in se spectatus, et in suis factis propriis, reum se fateri debet coram Deo, et iræ divine obnoxium. Vide vers. 19 et 28. Ex hoc principio omnis hominum superbia annihilatur; omnes peccaverunt, et egent gloriâ Dei;... subditus fiat, etc. Quisquis sim, peccator natus sum; peccator vivo, et nisi mihi miseretur Deus, peccator moritur.

Hinc time, gemo, humiliare, ora, Salvatoris opem implora.

PRAXIS.

Hæc veritate persuasus, tum pro præteritis reatum agnosces, tumque in presenti infirmitatem sentiens, frequenter coram Deo prosternere; prostratus et supplex veniam pete pro præterito; salutis opem implora pro presenti et futuro.

In omnibus vitæ mex statibus et momentis, ego magnâ et gloriôsâ Dei misericordiâ: dicam ergo frequenter et continue: *Miserere mihi secundum magnam et maximam misericordiam tuam.*

Nullum est peccatum quod fecit homo, quod non possit facere alter homo, si desit rector, à quo factus est homo, D. Aug.

tem; quia non poterant omnes homines Ierosolymam ire sacrificari, omnibus hominibus eandem propitiâtionis victimam, quam quisque suam redidat per fidem, sibi que propriam efficiat et Deo pro se offerat.

VERS. 31. — *LEGEM ERGO DESTRUXIT PER FIDEM?* Objicit sibi quod Iudæi solebant objicere: scilicet quod hæc de fide doctrina legem destrueret; cui breviter respondet, quoniam stabilis. Lex enim figurativa, prædixit, promissit Christum et iustitiam, quam Christus attulit; hæc ergo iustitia, per fidem Christi, stabilit legitur, cuius est veritas, effectus, complementum: *Christus enim ipse legis.*

tem incorporati, ut iustitia Dei participes fiant. VERS. 30. — *Quomam quidem unus est Deus* (Iudæorum et gentium) qui iustificat circumcisionem (id est, circumcisos, puta Iudæos) ex fide, et præputium (id est, præputiatis, puta gentiles) per fidem.

VERS. 31. — *Legem ergo destruxit per fidem?* Sensus: Ergone legem aboleamus, irritam facimus, otiosam et inutillem reddimus hæc nostra de iustificatione doctrinâ, quæ fidem exigimus, et opera legis excludimus? Respondet: *Abiit: sed (potius) legem solutimus*, quia lex statuitur et confirmatur ex eo quod illa quæ lex illa significabat et promittebat, per Evangelium (quod fidem hic appellat Paulus) completa sunt. Messias enim in lege novâ adimplevit, et adimplendo quasi stabilitâ et confirmatâ, quodquid Moyses præfiguravit in lege veteri. Opponit Paulus verbum, *soluto*, stabilis, facio ut aliquid stet, alioqui vacillans et casurus; verbo, *destruxit*, aboleo, irritum facio. Quasi dicat: Ego per Evangelium adeo legem non destruo, non delecto, ut eam per hoc stare faciam, stabiliam et confirmem. Evangelium enim est confirmatio, validatio, obsequio legis et Prophetarum.

SECUNDUM PRINCIPIUM.

Iustificamur gratiâ Dei misericordiâ: per redemptioem, etc., quem proposuit propitiatioem. In propitiatioem omnibus illam posuit, etc., S. Anselm. Christus in cruce victima propitiatioem; et hæc victimam Deus misericors nobis exhibuit; ut eam nobis faciamus propriam, per fidem, illamque pro peccatis nostris offeramus ipsi.

Quid misericordiam intelligi valet, ait D. Anselm., quàm, cum peccatorum damnatio æternis tormentis, et unde se redimat non habent, Deus Pater dicit: Accipe Unigenitum meum, et da pro te; et ipse Filius: Tolle me, et redde pro te, D. Anselm., libro *Car Deus homo*, cap. 19.

PRAXIS.

Hæc immensâ Dei misericordiâ frequenter utere, frequenter actus fidei exercere in Christum pro te passum et mortuum, per quos ipsius sacrificium tuum facias; frequenter et hæc victimam, tuam faciam, offer Deo pro peccatis tuis.

Respice in faciem Christi tui. Ne peccata mea respicias, o Deus, sed respice filium tuum migenitum pro me passum et mortuum; hæc preliosa victimam offero tibi. Accipe pro servo inobediens filium obedientem usque ad mortem, mortem autem crucis.

Ideo sancta Ecclesia, à Spiritu Dei semper directa,

Crucifixum ubique in viis, in plateis, in templis exhibet, ut hanc victimam semper et ubique offeramus.

CAPUT IV.

1. Quid ergo dicimus invenisse Abraham patrem nostrum secundum carnem?
2. Si enim Abraham ex operibus justificatus est, habet gloriam, sed non apud Deum.
3. Quid enim dicit Scriptura? Credidit Abraham Deo, et reputatum est illi ad justitiam.
4. Et autem qui operatur, merces non imputatur secundum gratiam, sed secundum debitum.
5. Et vero qui non operatur, credenti autem in eum qui justificat impii, reputatur fides ejus ad justitiam secundum propositum gratie Dei.
6. Sicut et David dicit beatitudinem hominis, cui Deus accepto fert justitiam sine operibus.
7. Beati, quorum remissa sunt iniquitates, et quorum tecta sunt peccata.
8. Beatus vir, cui non imputavit Dominus peccatum.
9. Beatitude ergo hæc in circumcissione tantum manet? an etiam in præputio? Dicimus enim quia reputata est Abraham fides ad justitiam.
10. Quomodo ergo reputata est? in circumcissione, an in præputio? Non in circumcissione, sed in præputio.
11. Et signum accepit circumcissionis, signaculum justitie fidei, quæ est in præputio; ut sit pater omnium credentium per præputium, ut reputetur et illis ad justitiam;
12. Et sit pater circumcissionis, non fidei tantum qui sunt ex circumcissione, sed fidei qui sectantur vestigia fidei, quæ est in præputio patris nostri Abraham.
13. Non enim per legem promissio Abraham, aut seminii ejus, ut hæres esset mundi, sed per justitiam fidei.
14. Si enim qui ex lege, hæretici sunt, exinanita est fides, abolita est promissio.
15. Lex enim iram operatur: ubi enim non est lex, nec prævaricatio.
16. Ideo ex fide, ut secundum gratiam firmas sit promissio omni seminii, non ei qui ex lege est solium, sed et ei qui ex fide est Abraham, qui pater est omnium nostrorum.
17. (Sicut scriptum est: Quia patrem multarum gentium posui te) ante Deum, cui credidit, qui vivificat mortuos, et vocat ea que non sunt, tanquam ea que sunt;
18. Qui contra spem in spem credidit, fietur pater multarum gentium, secundum quod dictum est ei: Sic erit semen tuum.
19. Et non infirmatus est fide, nec consideravit corpus suum emortuum, cum jam ferè centum esset annorum, et emortuum vulvam Saræ.
20. In repositione etiam Dei non hesitavit diffidentia, sed confortatus est fide, dans gloriam Deo;
21. Plenissime sciens quia quæcumque promissit, potens est et facere.

Deo, pro nobis et pro aliis. Vide et proximi in fine cap. 1.

CHAPITRE IV.

1. Mais quel avantage dirons-nous donc qu'Abraham, notre père, a eu selon la chair?
2. Car si Abraham a été justifié par ses œuvres, il a de quoi se glorifier, mais non devant Dieu.
3. Car, que dit l'Écriture? Abraham crut ce que Dieu lui avait dit, et sa foi lui fut imputée à justice.
4. Or la récompense qui se donne à quelqu'un pour ses œuvres, ne lui est pas imputée comme une grâce, mais comme une dette.
5. Et, au contraire, lorsqu'un homme sans faire des œuvres, croit en celui qui justifie le pécheur, sa foi lui est imputée à justice, selon le décret de la grâce de Dieu.
6. C'est ainsi que David dit qu'un homme est heureux, à qui Dieu impute la justice, sans les œuvres.
7. Heureux ceux dont les iniquités sont pardonnées, et dont les péchés sont couverts.
8. Heureux celui à qui Dieu n'a point imputé de péché.
9. Or, ce bonheur n'est-il que pour les circoncis? n'est-il point aussi pour les incirconcis? car nous venons de dire que la foi d'Abraham lui fut imputée à justice.
10. Quand donc lui a-t-elle été imputée à justice? est-ce après qu'il a été circoncis, ou lorsqu'il était encore incirconcis? Ce n'a point été après qu'il eut reçu la circoncision, mais avant qu'il l'eût reçue.
11. Et il reçut la marque de la circoncision, comme le sceau de la justice qu'il avait eue par la foi, lorsqu'il était encore incirconcis, afin qu'il fût le père de tous ceux qui croient n'étant point circoncis, et que leur foi leur fut imputée à justice.
12. Et afin qu'il fût le père des circoncis qui non seulement ont reçu la circoncision, mais qui suivent aussi les traces de la foi qu'eut notre père Abraham, lorsqu'il était encore incirconcis.
13. Car ce n'est point par la loi que doit s'accomplir la promesse faite à Abraham ou à sa race, de lui donner tout le monde pour héritage, mais par la justice de la foi.
14. Car si ceux qui appartiennent à la loi sont les héritiers, la loi devient inutile, et la promesse de Dieu sans effet.
15. Car la loi produit la colère, puisque, lorsqu'il n'y a point de loi, il n'y a point de violation de la loi.
16. Ainsi c'est par la foi, afin que nous le soyons par grâce, et que la promesse demeure ferme pour tous ses enfants, non seulement pour ceux qui ont reçu la loi, mais encore pour ceux qui suivent la loi d'Abraham, qui est le père de nous tous.
17. (Selon qu'il est écrit: Je vous ai établi père de plusieurs nations) et qui l'est devant Dieu, auquel il a cru, comme à celui qui ranime les morts, et appelle ce qui n'est point comme ce qui est.
18. En sorte qu'il espéra contre toute espérance, et qu'il crut qu'il deviendrait le père de plusieurs nations, selon qu'il lui avait été dit: Votre postérité sera sans nombre.
19. Et il ne s'affaiblit point dans sa foi: il ne considéra point qu'étant âgé de cent ans, sa chair était morte, et que la vertu de concevoir était éteinte dans Sara.
20. Il n'hésita point, et il n'eut pas la moindre défiance de la promesse que Dieu lui avait faite; il se fortifia par la foi, rendant gloire à Dieu,
21. Etant pleinement persuadé qu'il est tout puissant pour faire tout ce qu'il a promis.

22. Ideo et reputatum est illi ad justitiam.
25. Non est autem scriptum tantum propter ipsum, quia reputatum est illi ad justitiam;
24. Sed et propter nos, quibus reputabitur creditibus in eum qui suscitavit Jesum Christum Dominum nostrum à mortuis;
25. Qui traditus est propter delicta nostra, et resurrexit propter justificationem nostram.

Ipsius Abraham exemplo, qui Pater circumcissionis dicitur, quia primus omnium fuit circumcisus, et circumcissionis præceptum pro se et suis posteris accepit; illius, inquam, patriarchæ exemplum confirmat Apostolus suam de gratiâ per fidem justificatione doctrinam in cap. 5 tradidit.

§ 1 et 2, probat Abraham justificationem non fuisse per opera legalia, aut per circumcissionem.

§ 5 naque ad 19 probat multis rationibus justificationem fuisse per fidem.

Ac 1^a per hæc Genes. 15 verba; Credidit Abraham Deo, et reputatum est illi ad justitiam; et per rationem in hæc verba fundatam, v. 5, 4, 5.

2^a Auctoritate Davidis, Psal. 51, gratiam justificationem prophetice describens, v. 6, 7, 8.

3^a Ex tempore, quo Abraham justificatus est, quindecim circiter annis ante circumcissionem, v. 9, 10.

PARAPHRASIS.

1. Si fide justificatur homo sine operibus, quid ergo dicemus de Abraham Patre nostro, qui Deo fuit gratissimus? quam igitur habuit justitiam? an operum, an fidei?
Duplex his in verbis continetur fidei nostrae comparatio cum fide Abraham: prima in effectu; nobis reputabitur ad iustitiam sicut et illi; secunda in objecto: sicut enim Abraham creditur in eum qui suscitavit a mortuis, ita nos credimus in Deum, qui a mortuis suscitavit Dominum nostrum Jesum Christum.

VERS. 25.—*QUI TRADITUS EST*, qui Jesus Christus

Sed confortatus est fide, id est, firmè ac robusta fide suscepit Dei promissionem.

Dass gloriam Deo, Gloriam Deo tribuit Abraham credens ac profertis eum omnipotentem et in promissis veracem. Per haec enim laudatur et glorificatur Deus.

VERS. 21.—*Plenissime sciens*, etc. Plenè ac certissimè fide persuasus habens, Deum sua promissio seu quaecumque promissit, praestare posse. Nominè autem potentiam Dei, non veracitatem, quia supposita fide potentia, non erat difficile credere Deum facturum quod promiserat.

VERS. 22.—*Ideo et reputatur*, etc., scilicet eadem ratione quae et prius fides promissionis et reputata fuerat ad iustitiam, Gen. 15. Hinc manifestum est quae locutione non significat primam justificationem. Quoties enim creditur Abraham Deo, toties et fides ad iustitiam reputata est. Nam, ut supra dictum est, etiam obedientia per quam nullò modo in tentatione inventus est fidelis, reputata est et ad iustitiam, attestante Scriptura, 1 Machab. 2, et fac. 2.

VERS. 25, 24.—*Sed et propter nos*, id est, nostrae doctrinae causa, quibus reputabitur nostra fides ad iustitiam credituribus (si credamus) in eum qui suscitavit Jesum Christum Dominum nostrum a mortuis, q. d.: Abraham datur et proponitur nobis in exemplum justificationis, ac profertis sicut ipse; ita et nos non ex circumcissione, lege et Moysae, sed ex fide et Christo iustitiam querere et consequi debemus.

VERS. 25.—*Qui traditus est*, etc., propter delicta sive peccata nostra abolenda.

Et resurrexit propter justificationem nostram: Scientiam esse, omne meritum Christi Salvatoris in passione ejus et morte completum fuisse, et profertis sua resurrectione cum nobis meritis, ut per ascensionem in caelum, ac caeteris, quae egi post passionem et mortem. Quae doctrina est, omnium theologorum, ut traditus in mortem Christus dicitur propter peccata nostra, id est, ut sua morte peccata peccatis nostris

traditus est à Patre suo, in mortem, PROPTER PECCATA nostra expianda, abolenda. Per antithesin, mortui Christi junxit peccata nostra, que sunt mors animæ; et resurrectioni Christi, nostram justificationem, que est nostra spiritualis resurrectio.

ET RESURREXIT PROPTER JUSTIFICATIONEM NOSTRAM; mortuus est, ut suâ morte peccata nostra, animæ nostre mortem, occideret; et resurrexit à mortuis, ut nos per illum peccatis mortui justitiæ vivamus; et cum illo et per illum IN NOBILITATE VITÆ AMBULEMUS. Hoc tamen inter mortem et resurrectionem Christi discrimen est, quod suâ morte meruit peccatorum nostrorum remissionem; suâ verò resurrectione non meruit nostram justificationem, quia non fuit opus victoris.

debitam aboleret: resurrexisset verò propter justitiam nostram, id est, ut suâ resurrectione typum quemdam nobis præferret resurgendi ad justitiam seu vitæ novitatem, secundum ea que dicuntur infra, cap. 8, vel certe, ut nobis reconciliatis ipse jam redivivus et immortalis justificationem nostram, quæ scilicet mens nostra renovetur de die in diem, et quæ inde sequi-

Corollarium pietatis, seu in hoc capite ad pietatem maxime notanda, et in præxim accuratius redigenda.

1^o Ex hoc capite concepe, et altè mente reponè ideam quam de fide debemus habere quanti sit à te faciendâ hæc divina virtus; quanto ardore sit illius augmentum à te desiderandam et precibus continuis exposcendum; et quam frequenter exercendi sint actus illius.

Omnium divinarum et supernaturalium virtutum mater, alitrix et conservatrix est. Omnis omnium justitiæ primæ, secundæ, tertis, continue radix: justitiam inchoat, conservat, auget, perficit; justus ita ex fide vivit, ut nulla justis sint opera, in quæ fides non influat. Sic Abraham, omnium credentium pater et exemplar, fide, ex impio factus est justus; fide, et justo factus est justior; ac denique fide factus est justissimus, Deo gratissimus, amicus Dei. Vide vers. 2, 3; vide et vers. 4.

Sic ergo et tu, si verè fidelis es, si verè filius patriarchæ fidelium, fide jugiter vive; in omnia opera tua fides influat; illa omnia vivificet, sanctificet Deoque grata reddat. Recordare quod exterior legis, etiam evangelicæ, adimpletio, non justificat, nisi fide, charitate et spiritu Dei animetur. Vivè itaque fide anima, vivifica, sanctifica quidquid agis.

Hoc ut ita sit, hunc in Dei cultu ordinem concepe, et hæc illius ordinis œnsera rationem: Deus spiritus est, et quia spiritus, spiritu et mente vult primario coli: *In spiritu et veritate oportet eum adorare*, sit Christus Domini. Deus spiritus, universorum creator et Dominus est; hinc et corpore et universis nostris actibus et passionibus vult glorificari.

Debet ergo Deus interioris et exterius coli; ac cum hoc ordine, quod ab interiori semper incipiat omnis noster cultus exterior, et ab interiori dirigatur; interior ille sit quasi anima, exterior autem quasi corpus; interior ille cultus sit nostra vera et coram Deo justitia, exterior cultus sit quasi signaculum justitiæ, v. 11

Resurrectio itaque justitiæ nostræ typus est, non causa, sicut mors causa est. Nisi fortè dicas quod passio et resurrectio Christi sunt quasi unum opus redemptionis nostræ, unaque actio Christi completa, quæ simul et semel meruit peccatorum nostrorum remissionem et nostram justificationem. Vide Cornel. à Lap.

Hoc versu videtur tacite insinuare Apostolus, fidem nostram, fide Abrahæ majorem esse, 1^o quia Abraham et Sara erant figuratè tantum mortui, Christus Jesus verè et perfecte fuit mortuus; 2^o quia præterea credimus quod propter delicta nostra sit mortuus, et propter nostram justificationem suscitatus à mortuis. Vide corol. pietatis infra.

tur salutem, apud Deum promoveret.

Illud observa contra sectarios justitiam nostram in sola remissione peccatorum consistentes; Apostolum diseritè distinguere hæc duo, delictionem peccatorum et justitiam, id est, vitæ novitatem, velut justificationis nostræ partem præcipuam.

Hunc autem interiorem cultum incipit et perficit fides; ideo à fide, omnis justitiæ radice, oriatur omnis noster Dei cultus; fides influat in omnia nostra opera.

2^o Ex eodem capite concepe que et qualis sit illa fides justificans de qua hinc loquitur Apostolus, et cujus exemplum nobis exhibet in Abraham; et ideo qualis debet esse et tua. Fides Abrahæ fuit non mortua sed viva; non nuda, sed omnibus patriarchis ornata; non timida, pusillanimitas, et humiliter de Deo sentiens, sed fortis, sublimis, altè et dignè de Dei majestate et omnipotentia sentiens; ipsi penitus submissa, ad omnes ejus voluntates parata, etiam ad unigeniti Filii sui immolationem. Hæc fuit fides patriarchæ fidelium; et hæc fide Deo summopere placuit. Vide vers. 17, 18, etc. Vide et vers. 5.

Talis sit et tua, si Deo placere velis; sit viva, firma, stabilis, spei, obedientiæ, reverentiæ virtutibus vestita; de Deo magnificè sentiens, plene persuasa de summi ejus veracitate, omnipotentia, etc., mortuos vivificans, que non sunt, vocant et creant, etc. Hæc fide plenus, crede firmiter articulos fidei, etiam naturæ captum superantes. Hæc fide firmus, in rebus arduis, in periculis, etc., *te spem, contra spem, crede*. Hæc fide roboratus visibilis et sensibilis sperne; ad æterna, invisibilia tende, aspira, anhela; et in Dei cultu sta, et quidquid accidat, persevera.

3^o Ex eodem capite discè quoddam sit præcipuum fidei nostræ objectum. Abraham crediti in Deum qui vivificat mortuos, etc.; nos credimus in Deum qui suscitavit à mortuis Dominum nostrum Jesum Christum, vers. 24, 25. Mors itaque et resurrectio Christi, duo præcipua sunt fidei nostræ mysteria, circa que frequentiores à nobis exercendi sunt actus fidei. Moriens Christus victima fuit expiationis; resurgens Christus victima fuit sanctificationis; in cruce moriens, morte

suâ nostram destruxit mortem; in resurrectione suâ vitam nobis communicavit; typum et exemplar novæ vitæ dedit. Christus ergo frequenter adorandus, et moriens et resurgens; fide vivâ, mortis illius effectus, peccatorum nostrorum remissio petenda; et resurrectionis gratia et virtus invocanda.

Christe moriens et pro me moriens, sis peccatorum meorum mors; Christo resurgens, sis animæ meæ salus, vita, resurrectio.

Sed circa hoc fidei nostræ objectum, nota quod nostra fides superet Abrahæ fidem. Creditit Abraham in Deum qui suscitavit mortuos, et qui ideo poterat omnipotentia suâ, corporibus quasi emortuis Abrahæ et Saræ, dare virtutem generandi sobolem; corpora autem Abrahæ et Saræ non erant verè mortua, sed tan-

CAPUT V.

1. Justificati ergo ex fide, pacem habeamus ad Deum per Dominum nostrum Jesum Christum;

2. Per quem et habemus accessum, per fidem in gratiam ipsam in quâ stamus, et gloriamur in spe gloriæ filiorum Dei;

3. Non solum autem, sed et gloriamur in tribulationibus, scientes quod tribulatio patientiam operatur,

4. Patientia autem probationem, probatio verò spem;

5. Spes autem non confundit quia charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum Sanctum, qui datus est nobis.

6. Ut quid enim Christus, cum adhuc infirmi essemus, secundum tempus, pro impiis mortuus est?

7. Viv enim pro justo quis moritur; nam pro bono forsitan quis audeat mori.

8. Commendat autem charitatem suam Deus in nobis, quoniam cum adhuc peccatores essemus, secusdum tempus

9. Christus pro nobis mortuus est: multo igitur magis nunc justificati in sanguine ipsius, salvi erimus ab irâ per ipsum.

10. Si enim cum inimici essemus, reconciliati sumus Deo per mortem Filii ejus, multo magis reconciliati, salvi erimus in vita ipsius.

11. Non solum autem, sed gloriamur in Deo per Dominum nostrum Jesum Christum, per quem nunc reconciliationem accepimus.

12. Propterea sicut per unum hominem peccatum in hunc mundum intravit, et per peccatum mors, et ita in omnes homines mors pertransiit, in quo omnes peccaverant.

13. (Usque ad legem enim peccatum erat in mundo: peccatum autem non imputabatur, cum lex non esset.

14. Sed regnavit mors ab Adam usque ad Moysen, et ita in omnes homines mors pertransiit, in quo omnes peccaverant. Ad quod sit forma futuri.

15. Sed non sicut delictum, ita et donum: si enim unus delicto multi mortui sunt, multo magis gratis

tum figuratè. Nos verò credimus in Deum, qui Jesum Christum verè mortuum, verè à mortuis suscitavit, nunquam moriturum. Majus ergo quid credimus quam quod Abraham creditit.

Adde quod credimus præterea Jesum pro peccatis nostris verè mortuum, et propter justificationem nostram suscitatum: qui duo sunt alii articuli naturaliter incomprehensibiles; et ad quos fides nostra rursus major est, quoad objectum, fide Abrahæ. Nec hoc mirum est, si pro modo revelationis, creverit et fides. Sed bene nota quod pro modo fidei crevit et obligatio vitæ sanctioris; ubi enim Deus plus contulit, plus et exigat. Hinc Christiani debent antiquioribus fidelibus, etiam ipsis patriarchis, esse sanctiores; utpote majoribus donis præventi.

CHAPITRE V.

1. Etant donc justifiés par la foi, ayons la paix avec Dieu, par Jésus-Christ notre Seigneur.

2. Par qui aussi nous avons entrée par la foi à cette grâce dans laquelle nous sommes établis, et nous nous glorifions dans l'espérance de la gloire des enfants de Dieu.

3. Et non seulement dans cette espérance, nous nous glorifions encore dans les afflictions, sachant que l'affliction produit la patience,

4. La patience l'épreuve, et l'épreuve l'espérance.

5. Or, cette espérance ne trompe point, parce que l'amour de Dieu a été répandu dans nos cœurs par le Saint-Esprit, qui nous a été donné.

6. En effet, pourquoi, lorsque nous étions encore dans les langueurs du péché, Jésus-Christ est-il mort pour des impies dans le temps marqué?

7. Car à peine quelqu'un voudrait-il mourir pour un juste: peut-être néanmoins que quelqu'un aurait le courage de donner sa vie pour un homme de bien.

8. Mais Dieu a fait éclater son amour pour nous en ce que lors même que nous étions encore des pécheurs, Jésus-Christ est mort pour nous dans le temps marqué.

9. Maintenant donc que nous sommes justifiés par son sang, nous serons à plus forte raison délivrés par lui de la colère de Dieu.

10. Car si, lorsque nous étions ennemis de Dieu, nous avons été reconciliés avec lui par la mort de son Fils, à plus forte raison, étant maintenant reconciliés avec lui, nous serons sauvés par la vie de ce même Fils.

11. Et non seulement cela, mais nous nous glorifions même en Dieu par Jésus-Christ notre Seigneur, par qui nous avons obtenu maintenant cette réconciliation.

12. Car comme le péché est entré dans le monde par un seul homme, et la mort par le péché, et qu'ainsi la mort est passée dans tous les hommes par ce seul homme en qui tous ont péché.

13. (Car le fait à toujours été dans le monde jusqu'à la loi; néanmoins la loi n'étant point encore, le péché n'était pas imputé;

14. Cependant la mort a exercé son règne depuis Adam jusqu'à Moïse, même à l'égard de ceux qui n'ont pas péché par une transgression semblable à celle d'Adam, qui est la figure du futur.

15. Mais il n'en est pas de la grâce comme du péché; car, si par le péché d'un seul plusieurs sont morts, la miséricorde et le don de Dieu s'est répandu

traditus est à Patre suo, in mortem, PROPTER PECCATA nostra expiandi, abolenda. Per antithesin, mortui Christi junxit peccata nostra, que sunt mors animæ; et resurrectioni Christi, nostram justificationem, que est nostra spiritualis resurrectio.

ET RESURREXIT PROPTER JUSTIFICATIONEM NOSTRAM; mortuus est, ut suâ morte peccata nostra, animæ nostre mortem, occideret; et resurrexit à mortuis, ut nos per illum peccatis mortui justitiæ vivamus; et cum illo et per illum IN NOBILITATE VITÆ AMELEMUS. Hoc tamen inter mortem et resurrectionem Christi discrimen est, quod suâ morte meruit peccatorum nostrorum remissionem; suâ verò resurrectione non meruit nostram justificationem, quia non fuit opus viatoris.

debitam aboleret: resurrexisset verò propter justitiam nostram, id est, ut suâ resurrectione typum quemdam nobis præferret resurgendi ad justitiam seu vitæ novitatem, secundum ea que dicuntur infra, cap. 8, vel certe, ut nobis reconciliatis ipse jam redivivus et immortalis justificationem nostram, quæ scilicet mens nostra renovetur de die in diem, et quæ inde sequi-

Corollarium pietatis, seu in hoc capite ad pietatem maxime notanda, et in præxim accuratius redigenda.

1^o Ex hoc capite concepe, et altè mente reponè ideam quam de fide debemus habere quanti sit à te faciendâ hæc divina virtus; quanto ardore sit illius augmentum à te desiderandam et precibus continuis exposcendum; et quam frequenter exercendi sint actus illius.

Omnium divinarum et supernaturalium virtutum mater, alitrix et conservatrix est. Omnis omnium justitiæ primæ, secundæ, tertis, continue radix: justitiam inchoat, conservat, auget, perficit; justus ita ex fide vivit, ut nulla justis sint opera, in quæ fides non influat. Sic Abraham, omnium credentium pater et exemplar, fide, ex impio factus est justus; fide, et justo factus est justior; ac denique fide factus est justissimus, Deo gratissimus, amicus Dei. Vide vers. 2, 3; vide et vers. 4.

Sic ergo et tu, si verè fidelis es, si verè filius patriarchæ fidelium, fide jugiter vive; in omnia opera tua fides influat; illa omnia vivificet, sanctificet Deoque grata reddat. Recordare quod exterior legis, etiam evangelicæ, adimpletio, non justificat, nisi fide, charitate et spiritu Dei animetur. Vivè itaque fide anima, vivifica, sanctifica quidquid agis.

Hoc ut ita sit, hunc in Dei cultu ordinem concepe, et hæc illius ordinis œnsera rationem: Deus spiritus est, et quia spiritus, spiritu et mente vult primario coli: *In spiritu et veritate oportet eum adorare*, sit Christus Domini. Deus spiritus, universorum creator et Dominus est; hinc et corpore et universis nostris actibus et passionibus vult glorificari.

Debet ergo Deus interioris et exterioris colit; ac cum hoc ordine, quod ab interiori semper incipiat omnis noster cultus exterior, et ab interiori dirigatur; interior ille sit quasi anima, exterior autem quasi corpus; interior ille cultus sit nostra vera et coram Deo justitia, exterior cultus sit quasi signaculum justitiæ, v. 11

Resurrectio itaque justitiæ nostræ typus est, non causa, sicut mors causa est. Nisi fortè dicas quod passio et resurrectio Christi sunt quasi unum opus redemptionis nostræ, unaque actio Christi completa, quæ simul et semel meruit peccatorum nostrorum remissionem et nostram justificationem. Vide Cornel. à Lap.

Hoc versu videtur tacite insinuare Apostolus, fidem nostram, fide Abrahæ majorem esse, 1^o quia Abraham et Sara erant figuratè tantum mortui, Christus Jesus verè et perfecte fuit mortuus; 2^o quia præterea credimus quod propter delicta nostra sit mortuus, et propter nostram justificationem suscitatus à mortuis. Vide corol. pietatis infra.

tur salutem, apud Deum promoveret.

Illud observa contra sectarios justitiam nostram in sola remissione peccatorum consistentes; Apostolum diseritè distinguere hæc duo, delictionem peccatorum et justitiam, id est, vitæ novitatem, velut justificationis nostræ partem præcipuam.

Hunc autem interiorem cultum incipit et perficit fides; ideo à fide, omnis justitiæ radice, oriatur omnis noster Dei cultus; fides influat in omnia nostra opera.

2^o Ex eodem capite concepe que et qualis sit illa fides justificans de qua hinc loquitur Apostolus, et cujus exemplum nobis exhibet in Abraham; et ideo qualis debet esse et tua. Fides Abrahæ fuit non mortua sed viva; non nuda, sed omnibus patriarchis ornata; non timida, pusillanimis, et humiliter de Deo sentiens, sed fortis, sublimis, altè et dignè de Dei majestate et omnipotentia sentiens; ipsi penitus submissa, ad omnes ejus voluntates parata, etiam ad unigeniti Filii sui immolationem. Hæc fuit fides patriarchæ fidelium; et hæc fide Deo summopere placuit. Vide vers. 17, 18, etc. Vide et vers. 5.

Talis sit et tua, si Deo placere velis; sit viva, firma, stabilis, spei, obedientiæ, reverentiæ virtutibus vestita; de Deo magnificè sentiens, plene persuasa de summi ejus veracitate, omnipotentia, etc., mortuos vivificans, que non sunt, vocant et creant, etc. Hæc fide plenus, crede firmiter articulos fidei, etiam naturæ captum superantes. Hæc fide firmus, in rebus arduis, in periculis, etc., *te spem, contra spem, crede*. Hæc fide roboratus visibilis et sensibilis sperne; ad æterna, invisibilia tende, aspira, anhila; et in Dei cultu sta, et quidquid accidat, persevera.

3^o Ex eodem capite discè quoddam sit præcipuum fidei nostræ objectum. Abraham crediti in Deum qui vivificat mortuos, etc.; nos credimus in Deum qui suscitavit à mortuis Dominum nostrum Jesum Christum, vers. 24, 25. Mors itaque et resurrectio Christi, duo præcipua sunt fidei nostræ mysteria, circa que frequentiores à nobis exercendi sunt actus fidei. Moriens Christus victima fuit expiationis; resurgens Christus victima fuit sanctificationis; in cruce moriens, morte

suâ nostram destruxit mortem; in resurrectione suâ vitam nobis communicavit; typum et exemplar novæ vitæ dedit. Christus ergo frequenter adorandus, et moriens et resurgens; fide vivâ, mortis illius effectus, peccatorum nostrorum remissio petenda; et resurrectionis gratia et virtus invocanda.

Christe moriens et pro me moriens, sis peccatorum meorum mors; Christo resurgens, sis animæ meæ salus, vita, resurrectio.

Sed circa hoc fidei nostræ objectum, nota quod nostra fides superet Abrahæ fidem. Crediti Abraham in Deum qui suscitavit mortuos, et qui ideo poterat omnipotentia suâ, corporibus quasi emortuis Abrahæ et Saræ, dare virtutem generandi sobolem; corpora autem Abrahæ et Saræ non erant verè mortua, sed tan-

CAPUT V.

1. Justificati ergo ex fide, pacem habeamus ad Deum per Dominum nostrum Jesum Christum;

2. Per quem et habemus accessum, per fidem in gratiam ipsam in quâ stamus, et gloriamur in spe gloriæ filiorum Dei;

3. Non solum autem, sed et gloriamur in tribulationibus, scientes quod tribulatio patientiam operatur,

4. Patientia autem probationem, probatio verò spem;

5. Spes autem non confundit quia charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum Sanctum, qui datus est nobis.

6. Ut quid enim Christus, cum adhuc infirmi essemus, secundum tempus, pro impiis mortuus est?

7. Viv enim pro justo quis moritur; nam pro bono forsitan quis audeat mori.

8. Commendat autem charitatem suam Deus in nobis, quoniam cum adhuc peccatores essemus, secusdum tempus

9. Christus pro nobis mortuus est: multo igitur magis nunc justificati in sanguine ipsius, salvi erimus ab irâ per ipsum.

10. Si enim cum inimici essemus, reconciliati sumus Deo per mortem Filii ejus, multo magis reconciliati, salvi erimus in vita ipsius.

11. Non solum autem, sed gloriamur in Deo per Dominum nostrum Jesum Christum, per quem nunc reconciliationem accepimus.

12. Propterea sicut per unum hominem peccatum in hunc mundum intravit, et per peccatum mors, et ita in omnes homines mors pertransiit, in quo omnes peccaverant.

13. (Usque ad legem enim peccatum erat in mundo: peccatum autem non imputabatur, cum lex non esset.

14. Sed regnavit mors ab Adam usque ad Moysen, et ita in omnes homines peccaverunt in similitudinem prævaricationis Adæ qui est forma futuri.

15. Sed non sicut delictum, ita et donum: si enim unus delicto multi mortui sunt, multo magis gratia

tum figuratè. Nos verò credimus in Deum, qui Jesum Christum verè mortuum, verè à mortuis suscitavit, nunquam moriturum. Majus ergo quid credimus quam quod Abraham crediti.

Adde quod credimus præterea Jesum pro peccatis nostris verè mortuum, et propter justificationem nostram suscitatum: qui duo sunt alii articuli naturaliter incomprehensibiles; et ad quos fides nostra rursus major est, quoad objectum, fide Abrahæ. Nec hoc mirum est, si pro modo revelationis, creverit et fides. Sed bene nota quod pro modo fidei crevit et obligatio vitæ sanctioris; ubi enim Deus plus contulit, plus et exigat. Hinc Christiani debent antiquioribus fidelibus, etiam ipsis patriarchis, esse sanctiores; utpote majoribus donis præventi.

CHAPITRE V.

1. Etant donc justifiés par la foi, ayons la paix avec Dieu, par Jésus-Christ notre Seigneur.

2. Par qui aussi nous avons entrée par la foi à cette grâce dans laquelle nous sommes établis, et nous nous glorifions dans l'espérance de la gloire des enfants de Dieu.

3. Et non seulement dans cette espérance, nous nous glorifions encore dans les afflictions, sachant que l'affliction produit la patience,

4. La patience l'épreuve, et l'épreuve l'espérance.

5. Or, cette espérance ne trompe point, parce que l'amour de Dieu a été répandu dans nos cœurs par le Saint-Esprit, qui nous a été donné.

6. En effet, pourquoi, lorsque nous étions encore dans les langueurs du péché, Jésus-Christ est-il mort pour des impies dans le temps marqué?

7. Car à peine quelqu'un voudrait-il mourir pour un juste: peut-être néanmoins que quelqu'un aurait le courage de donner sa vie pour un homme de bien.

8. Mais Dieu a fait éclater son amour pour nous en ce que lors même que nous étions encore des pécheurs, Jésus-Christ est mort pour nous dans le temps marqué.

9. Maintenant donc que nous sommes justifiés par son sang, nous serons à plus forte raison délivrés par lui de la colère de Dieu.

10. Car si, lorsque nous étions ennemis de Dieu, nous avons été reconciliés avec lui par la mort de son Fils, à plus forte raison, étant maintenant reconciliés avec lui, nous serons sauvés par la vie de ce même Fils.

11. Et non seulement cela, mais nous nous glorifions même en Dieu par Jésus-Christ notre Seigneur, par qui nous avons obtenu maintenant cette réconciliation. ®

12. Car comme le péché est entré dans le monde par un seul homme, et la mort par le péché, et qu'ainsi la mort est passée dans tous les hommes par ce seul homme en qui tous ont péché.

13. (Car le fait à toujours été dans le monde jusqu'à la loi; néanmoins la loi n'étant point encore, le péché n'était pas imputé;

14. Cependant la mort a exercé son règne depuis Adam jusqu'à Moïse, même à l'égard de ceux qui n'ont pas péché par une transgression semblable à celle d'Adam, qui est la figure du futur.

15. Mais il n'en est pas de la grâce comme du péché; car, si par le péché d'un seul plusieurs sont morts, la miséricorde et le don de Dieu s'est répandu

Dei et donum in gratiâ unius hominis Jesu Christi in plures abundavit;

16. Et non sicut per unum peccatum, ita et donum; nam iudicium quidem ex uno in condemnationem, gratia autem ex multis delictis in justificationem;

17. Si enim unius delicto mors regnavit per unum, multo magis abundantiam gratiæ, donationis et justitiæ accipientes, in vitâ regnabunt per unum Jesum Christum;

18. legitur sicut per unius delictum in omnes homines in condemnationem, sic et per unius justitiam in omnes homines in justificationem vitæ.

19. Sicut enim per inobedientiam unius hominis peccatores constituti sunt multi, ita et per unius obedientiam iusti constituentur multi.

20. Lex autem subintravit, ut abundaret delictum; ubi autem abundavit delictum, superabundavit gratia.

21. Ut sicut regnavit peccatum in mortem, ita et gratia regnet per justitiam in vitam æternam, per Jesum Christum Dominum nostrum.

Sinilitudine, in superioribus capitulis, nostrâ justificationis, ex fide Jesu Christi; mox disserit de hujus justificationis effectibus, ex quibus illius excellentia et celsitudo demonstratur.

Primus ergo nostræ justificationis effectus est pax et tranquillitas conscientiæ nostræ, per Jesu Christi mediatoris nostri meritum, § 1.

Secundus, adeptio filiorum Dei, et hæc ob causam, gloriam et exultationem in spe felicitatis æternæ, filiis Dei preparat, § 2.

Tertius, gaudium et exultatio in ipsis afflictionibus, ut pote hinc æternæ felicitatis affluens; quam affinitatem pulchrâ gratitudine demonstrat Apostolus, § 3, 4, 5.

Hinc filiorum Dei gloriam sperandi, duo nobis firmissima fundamenta statuit: duo scilicet, divini in nos amoris argumenta, nimirum, Spiritus sancti in cordibus

beaucoup plus abondamment sur plusieurs, par la grâce d'un seul homme, qui est Jésus-Christ:

16. Et il n'en est pas de ce don, comme du péché, car nous avons été condamnés par le jugement de Dieu pour un seul péché; au lieu que nous sommes justifiés par la grâce après plusieurs péchés:

17. Si donc, à cause du péché d'un seul, la mort a régné par un seul; à plus forte raison ceux qui reçoivent l'abondance de la grâce, et du don de la justice, régneront dans la vie par un seul qui est Jésus-Christ:

18. Comme donc c'est par le péché d'un seul que tous les hommes sont tombés dans la condamnation, ainsi c'est par la justice d'un seul que tous les hommes reçoivent la justification de la vie.

19. Car comme plusieurs sont devenus pécheurs par la désobéissance d'un seul, ainsi plusieurs seront rendus justes par l'obéissance d'un seul.

20. Or la loi est survenue pour donner lieu à l'abondance du péché; mais où il y a eu abondance de péché, il y a eu une surabondance de grâce.

21. Afin que, comme le péché avait régné en donnant la mort, la grâce de même regne par la justice en donnant la vie éternelle par Jésus-Christ notre Seigneur.

ANALYSIS.

nostris diffusionem, et Christi mortem, pro nobis adhuc peccatoribus; quam Christi charitatem miræ exagant, § 6, 7, 8, 9, 10.

Quantus nostræ justificationis effectus, est quod gloriamur in ipso Deo, ut Patre nostro, et in Jesu Christo, nostro reconciliatore, § 11.

Ut autem hujus nostri cum Deo reconciliatoris accessitalem comincet, rem ab origine petit, § 12.

Ad peccatum, originalem nostræ corruptionis causam inducit, ut Christum, nostræ justitiæ fontem, ostendat, § 12, 13, 14.

Utrumque ergo Adamum et Christum comparat, opponit, Christum Adamo præponit, § 15, 16, 17.

Ac denique, § 18, concludit quod sicut per Adæ inobedientiam peccatores facti sumus, sic per Christi obedientiam, justitiam et vitam æternam adipiscimur.

PARAPHRASIS.

1. Quandoquidem ergo ex fide, et per fidem in Christum, propter delicta nostra traditum, justificati, et à peccatis nostris immutati sumus, pacem habeamus erga Deum, pacato de tranquillo sinu animo, et à mali conscientie terroribus libero; utpote Deo reconciliati, per Dominum nostrum Jesum Christum, mediatorem nostrum;

2. Per unum habuimus accessum ad hæc reconciliationis gratiam, in qua constanter perseveramus et de qua gloriamur, sperantes gloriam filii Dei preparatam.

3, 4. Non solum autem gloriamur in spe future filii Dei gloriæ; sed etiam gloriamur et exultamus in tribulationibus, utpote hinc gloriæ affluens; scimus enim quod afflictio parit patientiam, patientia probatam, proleto spem;

5. Spes autem divina nos re speratâ non frustrabitur, aut frustratis pudore afficiet; quandoquidem Dei charitas et liberalitas effusa et profusa est in cordibus nostris, per Spiritum sanctum, qui datas est nobis ut

hereditatis æternæ pigmus; tale pigmus qui dedit, quid delegabit?

6. Præterea, ad quid Christus, pro nobis adhuc impii, et peccatorum infirmitate languentibus, tempore præscripto mortuus est, nisi ut suam in nos charitatem ostenderet, spemque nostram firmaret?

7. Vix enim pro alio, licet justo, quis moritur; divi rit, quia pro justo, et sibi benefico, fortè quis sustinet mori.

8. In hoc autem Deus suam in nos charitatem demonstrat admirabilem, quod Christus pro nobis, non sanctis, sed peccatoribus; non amicis, sed inimicis suis, tempore opportuno, mortuus est.

9. Quod si tantum beneficium præstitit lupis, quanto magis nos, nunc per ipsius sanguinem justificatos, Deoque reconciliatos, servabit ab ira Dei in iudicio?

10. Si enim nos, adhuc inimicis, Deo per mortem suam reconciliavit, multo magis reconciliatos salvabit, per vitam suam gloriosam et omnipotentem.

11. Non solum autem gloriamur in spe gloriæ filiorum Dei, aut in tribulationibus, ad hæc gloriam conductibus; sed et in ipso Deo, gloriæ centro; gloriamur, inquam, in Deo, ut Patre nostro, et gloriamur in Domino nostro Jesu Christo, per quem Deo reconciliati sumus, et in divinam ejus filiationem acciti; idque mirâ nostræ reparationis cum nostrâ perditione conveniunt.

12. Quemadmodum enim per unum hominem, Adamum scilicet, peccatum intravit in hunc mundum, et per peccatum mors, et ita omnes homines facti sunt mortales, sicut et peccatores; in Adamo enim, humani generis principio, peccaverunt omnes; ita per unum hominem, Christum scilicet, justitia, et per justitiam vita intravit in mundum.

13. Quod in Adamo peccaverint omnes homines, et consequenter quod ab Adam tempore peccatum fuerit in mundo, etiam ante legem datum, licet peccatum tunc non imputaretur, aut vix reputaretur ab hominibus suam conepiscantiam sequentibus, et legem nondum habentibus, que peccati facilitatem ipsis ostenderet, potest ex morte, effecta et pacis peccati.

14. Ab Adamo enim usque ad Moysen, per quem lex data est, mors regnavit in omnes homines, etiam in infantes, qui propriâ voluntate non peccaverunt, sicut Adam peccavit; et qui ob solum Adæ peccatum erant peccatores, et idcirco mortales, et in hoc Adamo Christi venturi, et rerum ab eo gerendarum est typus; quod sicut Adam omnibus à se natis auctor est mortis et peccati, sic Christus omnibus à se renatis auctor est justitiæ et vitæ.

15. Magnum tamen est inter Christi gratiam et Adæ peccatum discrimen; longè plura enim bona nobis conferret gratia Christi, quam Adæ peccatum invenit mala; siquidem vitam tantum abstulit hoc peccatum; gratia verò Christi, præter vitam redditam, multa

COMMENTARIA.

VERS. 1. — JUSTIFICATI ERGO EX FIDE. Mirabiles hic nostre justificationis effectus exhibet. *Justificati*, id est, à peccatis mundati, justitiam adepti, Deo reconciliati, ejusque amici facti; *ex fide*, non per legis opera, nec per vires liberi arbitrii, sed gratis, per fidem; que Dei donum est; et que primam justitiam de condigno non meretur.

PACEM HABEAMUS. *Gr.*, habemus, *egentes*, *Syr.*, habeamus. D. etiam Chrys., Theodoret., habeamus. Ad Deum. *Syr.*, apud Deum; id est, erga Deum. Sensus est; Pacato et tranquillo ante Deum sinu animo, et à mali conscientie terroribus libero, utpote Deo reconciliati, per Dominum nostrum Jesum Christum mediatorem nostrum.

Primus itaque justificationis nostræ, seu fidei justi-

VERS. 1. — *Justificati ergo ex fide*, etc., ad Deum, id est, erga Deum, cum Deo. Monet Paulus, justificatos ex fide Christi; non ex lege, pacem habere. Sensus est: Ex fide jam justificati, illud beneficium inprimis consecuti sumus, quod cum Deo pacem habeamus, id est, quod Deo sinus reconciliati, quodque cum nunc habeamus placatum, quem propter peccata nostra habebamus offensum. *Pacem*, id est, amici-

Spiritus sancti dona conferret et ipsam immortalitatem;

16. Est et aliud discrimen, quod per Christi gratiam à pluribus liberemur malis quam quæ nobis intulit Adæ peccatum: etenim ob Adæ peccatum, omnes tantum originali peccati sinu obnoxii; gratia autem Christi non ab originali tantum justificat, sed ab omnibus aliis; stæque major effectus Christi gratiæ.

17. Et sanè, si propter unius Adæ peccatum mors per illum unum peccatorem, in omnes homines regnavit, multo majori ratione il qui per fidem recipit abundantiam divinæ gratiæ, justitiæ et omnium supernaturalium donorum, regnabit in vitâ æternâ, per unius Jesu Christi meritum, quod infinitum est, et omnem omnium peccatorum multitudine supererat infinitas.

18. Sicut ergo per unius Adæ peccatum, reatus ad condemnationem in omnes homines pertransiit, sic per unius Christi justitiam, justificatio pertransiit à Christo in omnes homines, qui credunt in illum.

19. Nam sicut per unius Adæ inobedientiam multi facti sunt peccatores, sic et per unius Christi obedientiam, multi abhinc usque ad finem mundi constituentur iusti.

20. Lex equidem inter hoc peccatum, omnium peccatorum exortium, et inter hæc obedientiam, exordium novæ justitiæ, quasi de transverso intervenit; at tantum abest ut peccatum aboleretur, imò per eam factum est, ut peccatum per accidens, ut magis quam ante abundaret delictum: ubi autem occasione legis invaluit peccatum, per adventum Christi superabundat gratia.

21. Ut sicut usque ad id tempus, per universum orbem, regnavit peccatum, peccatores in mortem pertrahens, ita gratia Christi, destructo peccati regno, regnet per justitiam, que in vitam duæ æternam, per Jesu Christi Domini nostri meritum.

VERS. 2. — PER QUEM ET HABEAMUS. *Gr.*, habuimus. *Syr.*, accessimus; id est, qui Dominus noster Jesus Christus dedit nobis per fidem accessum et introitum in hæc justificationis gratiam. Deus est principalis nostre justificationis causa, Christus meritoria, fides, organum seu instrumentum quo virtus sanguinis Christi ad nos derivatur. Eadem tiam cum Deo in justificatione acceptam, habeamus, id est, conservemus.

VERS. 2. — *Per quem et habuimus accessum per fidem in gratiam istam*, justificationis et remissionis peccatorum, ex qua pax ista sequitur. Sensus Apostoli; Cujus operâ ac merito admissi et adducti sumus per fidem ad hæc gratiam, id est, beneficium justificationis. Porro notandum, etsi fides sit initium et pars quædam nostra

ides est justificationis pars, et accessus ad eam, sicut ostium in pars domus.

IX qua stamus, id est, in qua justificationis gratiâ, stamus, consistimus, perseveramus; ET GLORIAMUR IN SPE GLORIÆ FILIORUM DEI. Gr. et Syr. non habent *gloriamur*, sed tantum, *gloria Dei*, id est, et de qua gloriamur, sperantes gloriam filii Dei preparatam. *Gloriamur in spe*, donec glorietur in re.

Secundus ergo justificationis nostræ fructus est, adoptio filiorum Dei, et gloriatio in spe felicitatis æternæ, filius Dei preparatæ. In Christi sanguine regeneratus, factus sum filius Dei; sanguis Christi mihi per baptismum et per alia Sacramenta applicatus, dat mihi jus certum ad futuram filiorum Dei gloriam; spero itaque, et firmissimè spero; et in hac spe gloriari et exultare, quasi in re jam adepti, quia spes certa in pote in Christi sanguine fundata.

VERS. 5. — *NON SOLUM AUTEM, id est, nec id solum, sed non solum gloriamur in spe futura gloriæ; sed ET GLORIAMUR IN TRIBULATIONIBUS*, quas scilicet in hac vita ut Christiani patimur, et per quas nos oportet ad hanc futuram gloriam pervenire. Sicut oportet pati Christianum, et ita intrare in gloriam, sic et oportet pati Christianum, et per tribulationes intrare in gloriam, per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum celorum. Act. 14. *Gloriamur*, inquam, secundum spiritum, licet doleat et gemat infirma caro, et gloriamur de tribulationibus, ut de bona.

SCIENTES, ut qui scimus, quod tribulatio patientiam occasionaliter in nobis producit; tribulatio enim acquiritur patientia. Hæc est Dei nos affligentis voluntas; licetque divina gratia effectus.

VERS. 4. — *PATIENTIA AUTEM PROBATIONEM*, id est, patientia nos reddit probatas, expertos, à vitiosis affectibus purgatos, leuto scilicet tentationis igne. *In igne probatur aurum et argentum; homines verò recipiunt justificationis*, recte tamen et convenienter dici quod per fidem habeamus accessum et ingressum ad gratiam justificationis: quomodo per ostium ingrediamur domum, non nisi ipsam ostium pars domus sit. Fide veluti intro justificationis, eo nos ulterius adduci, et cæteris donis accedentibus simpliciter jussi sumus, ac Deo accepti ad vitam æternam; quemadmodum intrando per ostium eo qui promovetur, ut sit intra domum, in aula, aut in conclave.

In qua stamus, id est, constanter, perseveramus, erecti consistimus, firmi permanemus. In qua gratiâ, inquit, stamus, id est, manemus persistimus; in qua, id est, de qua, etiam gloriamur sub spe et certâ expectatione futura gloriæ, que preparata est et per hanc gratiam præstantia filiis Dei adoptivis.

Et gloriamur in spe gloriæ filiorum Dei, id est, sub spe, vel propter spem, seu quia speramus gloriam preparatam filii Dei. Ciprianus habet: *Gloriamur in spe charitatis Dei*. Cujus tamen lectionis sensus à priori non variat. Nam gloria Dei filii ejus adoptivi communicatur.

Primus fructus et excellentia justitiæ est pax, secundus est spes gloriæ; tertius est inagrandio animi, et lætitia in adversis ob spem gloriæ; quartus est quod per eam efficiuntur Deo amici et dilecti per charitatem; quintus est quod per eam à Deo adoptantur in filios, eoque Patre gloriamur; sextus est merces vite æternæ.

VERS. 5. — *Non solum autem, nec id solum. Non*

tabiles in camino humilitationis, Eccles. 2.

PROBATIO VERO SPem, id est, ex probatione in afflictionibus, spes constanter et securior redditur. *Deus probavit illos et invenit dignos se, Sap. 5.*

SPES AUTEM NON CONFUNDIT, quia certitudinem habet, ut mox explicabitur; certitudinem scilicet morale. Syriaca versio hos versus sic exprimit: Non ita tantum, sed etiam in oppressionibus nostris gloriamur, ut qui cognoscamus quod oppressio patientiam in nobis perficiat, patientia verbè experientiam, experientia verò spem; spes autem pudore non afficit. Ex hæc egregiâ gradatione, quam D. Augustinus miratus est, patet quod tribulatio viam parat ad gloriam; et ideo Christianus, qui gloriarur in spe gloriæ filiorum Dei, debet et de tribulationibus, que ad hanc gloriam perducunt, gloriarî, hinc.

Tertius justitiæ christianæ fructus est gloria, gaudium et exultatio in afflictionibus. Quod alios confundit et afficit tristitia, Christianam lætificat, etque dat gloriam causam. Quare? quia fides et afflictionem exhibet, non ut malum, sed ut bonum, ut pote afflicti gloriæ Dei; matrem gloriæ filiorum Dei. Afflictio patrit patientiam, patientia probationem, probatio spem; spes autem divina future gloriæ certitudinem habet, ut videbitur. Hinc D. Jacobus, cap. 1: *Omne gaudium existimate, fratres mei, cum in tribulatione variis incideritis*. Hinc D. Petrus, 1 Ep. 4, 15: *Communicantes Christi passionibus gaudeite*; hinc D. Paulus, 2 Cor. 4, 17: *Momentaneum est enim et leve tribulationis nostre æternam gloriæ pondus operatur in nobis*; hinc D. Bernardus, serm. 17 in Ps. 90: *Siquidem in tribulatione spes gloriæ, imò et ipsa in tribulatione gloria continetur*; sicut spes fructus in semine, sic et ipse fructus in semine est.

VERS. 5. — *SPES AUTEM NON CONFUNDIT*, id est, spes divina, et in Dei promissis fundata, non confundit speculum, inquit, gloriamur de eo quod dixi, id est, de gratiâ istâ.

Sed et gloriamur in tribulationibus, id est, de afflictionibus, pressuris ac persecutionibus, quas propter hanc gratiam, id est, quia Christiani sumus, patimur. Gloriamur, inquam, de deo secundum spiritum, tanquam de magno bono, licet infirma caro doleat. Nam tribulationes summopere confirmant spem electorum, quam habent de gloriâ futuri seculi.

SCIENTES quod tribulatio patientiam operatur, loquitur de justis constantibus et cordatis, qui ex tribulatione robustiores et perfectiores evadunt; non de timidis et levibus, qui tribulationi cedunt et succumbunt. Tribulatio patientiam operatur, quia nobis proficit ad patientiam.

VERS. 4. — *Patientia autem operatur probationem*, quia reddit eum qui affligitur, probatum et exploratum, et cognoscit quanti Deum et cælestia faciat, simulque eum magis ac magis repungit ab affectibus vitiosis.

PROBATIO VERÒ (operatur) spem, id est, spei robur et vigorem. Ita S. Chrysost. et Anselm. Probatio verò spem gignit, excitando eam et augendo. Qui enim jam expertus est se nullis adversis à justitiâ et veritate fidei dimotum esse, etiamsi variè tentatus sit, mirum in modum erigitur animo in spem gloriæ cælestis.

VERS. 5. — *Spes autem non confundit*, id est, non solet pudescere, quia scilicet sperantem non frustra-

rantem, pudore non afficit. Deus enim in se sperantem non fallit unquam, nec eum re speratâ frustrabitur. Unde hoc nosti? et unde tibi hæc certitudo? Ex amore Dei mihi ex duobus manifesto: 1^o ex eo quod nobis Spiritum sanctum suum dedit; ex eo quod unigenitum Filium suum pro nobis adhuc peccatoribus in mortem tradidit. Et hæc duo sunt spei christianæ fundamenta; et illius firmissimæ certitudinis argumenta, quibus hic utitur Apostolus, ad firmandam spem nostram; primo quidem argumento in hoc v. 5; secundo autem à v. 6 usque ad 11.

SPES NON CONFUNDIT. Quare? quia Dei, in quem speramus, charitas et liberalitas in nobis effusa et profusa est per Spiritum sanctum, qui datus est nobis, et quo divine nature consortes facti sumus, amici Dei, filii Dei, omniisque gratiâ et virtutibus ditati.

PER SPIRITUM SANCTUM QUOD... Potest quidem intelligi visibilis Spiritus sancti communicatio, facta apostolis et primis Christianis; sed debet etiam intelligi invisibilis Spiritus sancti communicatio facta nobis per baptismum et alia sacramenta; tunc enim datur Spiritus sanctus, qui per charitatem sanctificat animam, etque virtutibus ornat, et in eâ sanctificatâ et ornatâ habitat tanquam in templo.

Duplex itaque fit nobis domum in justificatione; Spiritus sanctus, increata charitas, et charitas creata.

tur, nec fallit, sed eum certò perducit ad assentionem rei speratæ à Deo. Spes, inquit Bernardus, serm. 57 in Cant., non confundit, quia infundit certitudinem; per hanc enim ipse Spiritus testimonium perhibet spiritui nostro quod sumus filii Dei. Denique spes charitate formatam intelligi, docet probatio sequens.

Quia charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui datus est nobis. Quod dixi spem nos non confundere, patet utique ex charitate quam Deus nobis copiose exhibuit, effundendo in nos Spiritum sanctum, tanquam pignus hereditatis promissæ, per multiplicia dona que nobis impertivit; nam ex acceptis confirmamur et certi reddimur de futuris. Quæres, quoniam hic intelligitur charitas Dei? S. Chrysost., Theophyl., Ambros., Cajetan., et Toletus, respondent, quod charitas Dei sit charitas que est in ipso Deo, qua Deus nos diligit: hæc diffusa vel effusa est in cordibus nostris, quia in eis efficit charitatem; gratiam, omnique idem et virtutes Spiritus sancti. Scenndò, S. August., Bernard., Anselm., et passim doctores scholastici, imò concil. quæcumq. Trident., sess. 6, c. 7, charitatem Dei, hic intelligunt non eam que est in ipso Deo increata et donata in tempore, quam scilicet Deus nobis infundit, ut eum diligamus; illa enim proprie diffundi vel effundi dicitur, q. d. Paulus: Spes æternorum non confundit nos, quia charitatem habemus, qua Deum diligimus, sumusque Dei amici; Deus autem amicos suos in se sperantes non confundit, imò verò hisdem diligentiibus se hæc sperata æterna bona præparavit. Augustinus ita scribit: Charitas Dei dicta est diffundi in cordibus nostris, non quia nos ipse diligit, sed quia nos facit dilectores suos; sicut dicitur jussu Dei, quia nos justis epus curare efficiunt, et Domini salus, quia nos solvos facit. Plurimè erit sensus, si charitatem Dei utramque accipias, scilicet creatam et incretam, et de utraque bene locum explicat Origen., Theodor., Oecum., et D. Thomas; q. d. Paulus: Charitas Dei increata effudit se per charitatem creatam à se diffusam et effusam in cordibus nostris. Nam charitatis Dei in cor-

increata quippe Dei charitas sese effundit per charitatem creatam à se diffusam in cordibus nostris. Et hæc utraque charitas, hoc utramque donum est primum spei nostre fundamentum, seu filiorum Dei gloriam firmissimè speramus, quia Spiritum sanctum pignus hereditatis æternæ recipimus.

VERS. 6. — *UT QUI EXAM CARISSIMOS... Et secundum divini in nos amoris testimonium et spei nostre fundamentum, mors Christi pro nobis adhuc peccatoribus. Ad quid enim, subandi, nisi ut suam erga nos Deum charitatem ostenderet, spesque nos non confunderet, Christus, ex prescripto Patris, pro nobis adhuc inopis et peccatorum infirmatate languentibus, tempore constituto, exactis Danielis hebdomadibus, MORTUUS EST.*

VERS. 7. — *VIX ENIM PRO JUSTO QUI MORTUUS... Vix enim pro alio, licet justo, quis moritur. NAM PRO BONO, etc.; dixi nix, quia pro justo, et sibi benefico, fortè quis sustineat vitam exponere. BONUS hic est beneficus, benefactor.*

VERS. 8. — *COMMENDAT AUTEM CHARITATEM... In hoc autem Deus summam suam in nos charitatem demonstrat et illustrem reddit; quod CHRISTUS PRO VOBIS, non JUSTUS, sed peccatoribus; et ideo suis inimicis MORTUUS EST. Duo perpende in primis quod mortuus est; secundum, quod pro inimicis.*

dibus nostris effusus, secundum effectus divine erga nos charitatis intelligi debet, id est, secundum dona Spiritus sancti nobis collata ac nobis inchoata; quemadmodum ipse Paulus exponit, cum addit: *Per Spiritum sanctum qui datus est nobis*. Unde fit consequens in nobis esse et cordibus nostris inherere charitatem recipiam erga Deum. Nam præcipue dari nobis dicitur Spiritus sanctus propter donum charitatis, quod et ceteris Spiritus sancti charismatis excellentius est, et maxime necessarium.

VERS. 6. — *Ut quid enim Christus, etc.* Sensus est, Christi tantam erga nos fuisse charitatem, ut pro nobis quando adhuc eramus infirmi, hoc est, vixi peccatorum languoribus detenti, et proinde etiam inopi, id est, injusti et peccatores, mori non dubitaverit tempore à patre constituto. Tanta est Dei charitas erga nos, ut dederit nobis Spiritum sanctum, quo ex inimicis facti sumus amici; igitur non frustrabit nos spe promissionis æternæ gloriæ, quia si, cum adhuc peccatores essemus, adeo nos dilexit Christus, ut pro nobis mortem oppeteret, quanto magis nobis jam justificatis et amicis præstabit cætera que promisit?

VERS. 7. — *Vix enim pro justo quis moritur, Græcè moriturus, id est, mori paratus sit. Vix reperit aliquem inter mortales qui pro justo homine liberando velit se dare in mortem.*

Nam pro bono forsitan quis audeat mori. Dico vix reperiri qui pro justo moriatur; non simpliciter nego reperiri, quia forsitan reperitur aliquis qui id faciat, id est, pro justo et bono homine etiam mori audeat, sustineat, in animum inducat.

VERS. 8. — *Commendat autem charitatem suam Deus in nobis (in hos, erga nos), quoniam cum adhuc peccatores essemus, secundum tempus Christus pro nobis mortuus est.* Ecce hæc est charitas Dei et Christi in nos, Sensus. Magna quidem charitas apud homines æstimatur, si, quod rarissimum est, pro justo aut bono contempnit mortem. Ad Deum enim erga nos charitatem commendat ac testatum facit, atque humanâ charitate longè majorem ostendit in eo quod pro nobis injustis et peccatoribus Christum Filium suum mori voluit.

VERS. 9. — *MULTO Igitur magis, nunc...* Multo magis igitur per ipsius sanguinem, fide nobis applicatum, justificati, per ipsius merita servabimur ad IRA DEI, in iudicio.

VERS. 10. — *SI ENIM cum inimici essemus...* Si enim adhuc inimicos, Deo, per mortem nos reconciliavit, multo magis reconciliatos salvabit per vitam suam gloriosam. Perpende antithesim inter amicos et inimicos, inter mortem et vitam. Vita continet omnipotentiam Christi, qui omnis potestas data est. Si ergo mortalis adhuc Christus, pro nobis inimicis suis, tanta fecit et passus est, quid vivus, gloriosus et omnipotens, non faciet pro suis amicis et filiis? certissime periclitet quod cepit; salvabit in aeternum quos in tempore reconciliavit. Spero non confundi; hanc certitudinem mihi prebat immensus in me amor Dei.

13. Et n'abandonnez point au péché les membres de votre corps pour servir d'armes d'iniquité; mais donnez-vous à Dieu, comme vivants, de morts que vous étiez; et consacrez-lui les membres de votre corps pour servir d'armes de justice.

14. Car le péché ne vous domnera plus, parce que vous n'êtes plus sous la loi, mais sous la grâce.

15. Quel donc? pécherons-nous, parce que nous ne sommes plus sous la loi, mais sous la grâce? Dieu nous en garde!

16. Car ne savez-vous pas que, de qui que ce soit que vous vous soyez rendus esclaves pour lui obéir, vous demeurez esclaves de celui à qui vous obéissez, soit du péché pour y trouver la mort, soit de l'obéissance pour y trouver la justice?

17. Mais Dieu soit loué de ce qu'ayant été auparavant esclaves du péché, vous avez obéi du fond du cœur à la doctrine de l'Évangile, sur le modèle de laquelle vous avez été formés.

18. Et ainsi ayant été affranchis du péché, vous êtes devenus esclaves de la justice.

19. Je parle immédiatement, à cause de la faiblesse de votre chair. Comme donc vous avez fait servir les membres de votre corps à l'impureté et à l'injustice, pour commettre l'iniquité, faites-les servir maintenant à la justice pour votre sanctification.

20. Car lorsque vous étiez esclaves du péché, vous étiez libres de la servitude de la justice.

21. Quel fruit donc tiriez-vous alors de ces désordres dont vous rougissez maintenant? Car ils n'ont pour fin que la mort.

22. Mais à présent, étant affranchis du péché, et devenus esclaves de Dieu, le fruit que vous retirez est votre sanctification, et la fin sera la vie éternelle.

23. Car la mort est la solde du péché; mais la vie éternelle est une grâce de Dieu en Jésus-Christ notre Seigneur.

mini mortem; per baptisma, ter in aquis immersi, quasi sepulti fuimus; sicut Christus triduo fuit in terrâ sepultus: ut quemadmodum Christus per Dei virtutem à mortuis excitatus est, vitam æternam immortalem, ita et nos, per baptismum, hujus etiam Christi resurrectionis representantes et participes, surgamus ex aquis, novam exinde vitam acturi, et in hac novâ et coelesti vitâ perseveraturi, et in eam continue progressuri.

5. Si enim, quasi surculi, per baptismum Christo insiti, ad ejus instar, mortui sumus, sanè et eadem ratione, Christo insiti, ad ejus instar resurgemus, novâque gratiâ vitâ, gloriosam ejus resurrectionem imitabimur.

6. Maximè si consideremus quòd in baptismo et per baptismum, qui est representatio mortis Christi, noster vetus homo unâ cum Christo crucifixus est; ut aboleatur tota peccatorum cogeries; ita et peccatorum tyrannidi non subdamur amplius.

7. Sicut enim servus mortuus non servit amplius, sic et nos, per baptismum, peccato mortui, ab ejus tyrannide liberi sumus.

8. Si autem peccato verè mortui sumus, sicut Christus pro peccato verè mortuus est, confidimus et quòd cum illo vitam æternam in æternum gloriosam.

9. Scimus enim quòd Christus à mortuis suscitatus, vivit immortalis, gloriosus, beatus, ab omni mortalitate et mortalitatis ærummâ liber.

10. Quantum enim attinet ad id quòd mortuus est, pro peccato tollendo mortuus est; quòd autem nunc vivit, totus Deo vivit, totus in honorem Dei.

11. Ad illius igitur exemplum, reputate vos per baptismum, peccato mortuos; in id autem in vitâ servatos, ut quidquid vitæ vobis restat, id totum Deo impendatis, sicut Christus Dominus vivit totus Deo.

12. Ne permittatis itaque peccatum in baptismo profigatum suam rursus tyrannidem in vobis exercere; sed mortalitatis vestræ, omniumque rerum mandatarum vanitatis, memores, reprimitis concupiscentias ad peccatum inclinantes.

13. Neque committatis, ut membra vestra per baptismum Deo consecrata, posthæc militent huic tyranno iniquitatem imperanti; quia potius vos totos Deo, regi, docti et benefactori vestro, cujus beneficio estis ex mortuis redidivi, vos, inquam, totos et singula membra vestra exhibete Deo, quibus ei militetis, ad exequenda justitiæ opera, quæ jubet.

14. Neque vero periculum est, ne vos, sic sub Deo pugnantes, peccatum retrahat sub suum dominium.

COMMENTARIA.

VERS. 1. — *Quid ergo dicemus? permanerimus in peccato...* An quia, cap. 5, v. 20, dixi, ubi abundavit delictum superabundavit gratia, an hoc intelligo, sicut calumniantur aliqui: scilicet in peccato permanen-

VERS. 1. — *Quid ergo dicemus?* etc. Quoniam dixerat gratiam abundare ubi abundavit peccatum, ne quis propterea putaret immorandum esse peccatis, et peccata peccatis accumulanda, quòd scilicet amplius abun-

S. S. XXIV.

et suam in vos tyrannidem exerceat; non enim amplius estis sub lege Mosaicâ, ubi peccatum juræ quasi hæreticario regnabat; sed estis sub dominio Christi, ubi abundat gratia, et ubi fideles in veram libertatem vocati sunt.

15. Sed ex his, quæ dico, an sequitur quòd inimici Evangelii nos docere dicunt? peccemus, quoniam à lege liberi, sub gratiâ sumus; longè absit tam impia consequentia. Quinimò hinc sequitur quòd magis à peccato sit abstinendum, quia spontè peccato renuntiamus, ut justitiæ serviamus.

16. Vos scitis quòd cui vos datis servos ad obediendum, hujus estis servi: sive peccati, ut pro mercede mortem habeatis abeatibus; sive Christi, ut pro mercede justitiæ habeatis et fructum illius, vitam æternam.

17. Gratiâ igitur Deo, quòd cum fueritis servi peccati, huic miserissima servituti renuntiastis; obedistis autem sincerè Christo juxta modum quem Evangelii ejus doctrina prescribit; hæcque vestrâ obedientiâ, vos ultrò Christi imperio subjeçistis.

18. Liberati itaque à peccati servitute, servi facti estis justitiæ, quâ Deo servituri cui servire regnare est.

19. A vobis non exigo quòd jure possem; sed infirmitati vestrâ memetipsum attemperans, pelo ut patrem nunc Deo præstetis servitutum, quam exhibuistis delicto; ut tanto conatu studeatis justitiæ ad vestram sanctificationem agenda, quanto olim studiis immunditie et iniquitati, ut semper essetis iniquiores et inquinatiores.

20. Cum enim velint mancipia peccato serviebatis, eratis à justitiâ alieni; de eâ ne cogitastis quidem; ita ergo nunc justitiæ libere servientes, à peccato sitis omnino alieni; de eo ne cogitetis.

21. Hoc ut libentius faciatis, attendite quis sit virtusque servituti exitus.

22. Quem enim fructum, aut quam utilitatem habuistis ex vestris peccatis et impudicitis, de quibus etiam nunc erubescitis? Fuis autem illorum erit mors æterna.

23. Nunc verò à peccato liberati, Deo autem mancipati, in presentem fructum habetis animarum vestrarum sanctificationem; in futuro, habebitis vitam æternam.

24. Stipendium enim et cibarium quòd peccatori, seu peccati militi datur, est mors et mors æterna; donativum verò, quòd justo, seu justitiæ militi datur, est immortalitas et æterna felicitas, quam nobis promeruit et promisit Dominus noster Jesus Christus.

VERS. 2. — *Absit!* Respondet calumniæ ex doctrinâ daret atque commendaretur Dei gratia. Absit! Quare ut gratia commendetur, à peccatis recedendum est, non in illis manendum.

VERS. 2. — *Qui enim mortui sumus peccato, etc.* Ac

(Cinq.)

sua falso deducta; respondet autem voce sibi consueta, quando res est manifeste absurda; *absit!* ne fiat; vox est valde avertantis.

QUI ENIM MORTUUS SUMUS PECCATO, in dativo; quomodo AMICU VIVENS IN ILLO? Nota quod, juxta Apostolum, vivere legi, peccato, justitiae, Deo, idem sit ac obedire; mori autem, seu mortuum esse, idem ac ab illarum servitute liberum esse; sensus itaque est: Cum à peccati servitute sumus liberi, quomodo rursum obediemus ei; hoc quasi incompatible: peccare enim et Christianum esse, sunt duo inter se pugnantia, sicut mors et vita.

Prima itaque ratio cur Christiano non sit peccandum, peccato mortuus est. Hinc nullum cum eo debet habere commercium, sicut nullum est vivendum cum mortuis; nec mortuorum cum viventibus.

VERS. 5. — AN IGNORATIS, QUIA QUICQUIS... Gr. in *Christum Jesum*. Probat Christianum peccato mortuum esse, quia baptizatus est typus mortis Christi.

AN NESCITIS QUIA QUICQUIS in nomine et virtute Jesu Christi baptizatus sumus? Tripliciter in Christo Jesu baptizati sumus, ait D. Thomas: 1^o secundum institutionem Christi; 2^o per invocationem Jesu Christi; 3^o in quadam conformitate ad Jesum Christum.

IN MORTE IPSIUS; Gr. in *vocem ipsius*, id est in similitudinem et representationem mortis ipsius.

VERS. 4. — CONSEPULTI ENIM SUMUS... Probat baptismi formam representare mortem et sepulturam Christi. Per baptismum enim assimilati sumus Christo sepulto, quia, sicut videtur Christus fuit in terra sepultus, sic et immerguntur in aqua.

IN MORTUO, id est, ad representandam etiam oculis Domini mortem; non sepulturam enim nisi mortuus.

UT QUOMODO CHRISTUS PER GLORIAM, id est, per potentiam Dei gloriosam, surrexit, Gr. *excitatus est à mortuis*, vitam scilicet immortalem acturus.

ITA ET NOS IN NOVITATE... id est, ita nos in baptismo resurgentes, novam exinde vitam agimus, et quidem filius Dei dignam, constanter in justitia perseverando et semper per opera bona proficendo.

Tunc baptismum per trinum corporis immersionem confitebatur: haec autem trina corporis

immersio, quae fiebat in lapsum, ex D. Paulo representabat mortem et sepulturam Christi; corpus verò ex aqua, post immersionem, resurgens, resurrectionis Christi gerebat imaginem. Ipsa itaque baptismi forma mortis sepulturae et resurrectionis Christi est significatio; et quia sacramenta nostra efficiunt id quod significant, ut ait D. Thomas, baptismus in nobis producit effectus mortis, sepulturae et resurrectionis Christi; haec nobis sic applicat mysteria, ut illorum fiamus participes. Per applicationem mortis et sepulturae Christi, omnia nobis peccata remittuntur, et peccato morimur. Per applicationem resurrectionis Christi, gratia nobis communicatur, et vita novà spirituali et divinà vivimus.

Notandum autem 1^o quod dicit Apostolus: *Consepulti sumus in mortem*, id est, ut moriamur. Christus post mortem sepultus est; Christianus sepelitur, ut moriatur. Quod Christi erui, hoc nobis baptismus, ait D. Chrys.: sicut in cruce Christus fuit exaltatus, ut secundum carnem moreretur, sic baptizamus ut peccato moriamur. Notandum 2^o quod haec expressio, *in mortem*, significat hanc mortem nostram debere esse continuam, et toto vite nostrae tempore crescere. Mortui sumus et sepulti, ut semper moriamur peccato. Notandum denique quod dicit idem Apostolus: *Ut in novitate vitae ambulemus*; hoc enim indicat quod scit mors nostra à peccato, semper debet crescere, ita vita gratia semper debet proficere. Non sufficit Christiano, quod sit in gratia Christi; debet in eà ambulare, proficere, ad ampliorem tendere perfectionem.

Post Origenem existimo quod apostolorum tempore catechumenis explicari solebant ante baptismum haec baptismatis virtus et significatio; et ideo tanquam de re notà Romanos interrogat Apostolus: *An ignoratis?*

Vitam et nostris Christianis haec nota forent, et in illorum mentibus semper presentia! tres effectus haec eis predicarent, quos in nobis habere debet baptismus, nimirum similitudinem mortis, sepulturae et resurrectionis Christi. Sicut Christus mortuus est huic mundo morte sua corporali, ita nos Christiani mortui spirituali, debemus mori mundo, ejusque domino et regi peccato, et continè mori. Sicut Christus sepultus à mundo separatus fuit; ita nos baptizati, nullum cum mundo et peccato debemus habere commercium. Significabat enim mortem et interitum veteris hominis in nobis, quomodo Christus in seipso mortuus fuit vitam mortali. Probat haec Apostolus nos mortuos esse peccato, nos illi vivere debere, ex eo quod per baptismum inserti sumus Christo, ut vivamus vitæ Christi et christianæ; haec enim ex diametro peccato repugnat.

VERS. 4. — *Consepulti enim sumus cum illo per baptismum in mortem*; q. d.: Nos tanquam mortui peccato, sepulti sumus in baptismo; sicut Christus mortuus corporaliter traditus est sepulturae; nemo enim sepelitur, nisi mortuus.

Ut quomodo Christus surrexit à mortuis per gloriam Patris, ita et nos in novitate vitae ambulemus. Per gloriam Patris, id est, inquit Cajetanus, per vitam gloriosam et immortalem, quam Christus resurgens accepit à Patre, q. d.: Christus resurrexit ad hoc, ut gloriosam et divinitati convenientem vitam ageret, qualis deest Filium Dei. Ut ipsa nova et gloriosa vita

Christus resurgens vitam egit immortalem, ita nos baptizati, vitam novam, incorruptam et Deo dignam debemus agere.

VERS. 5. — *SI ENIM COMPLANTATI FACTI SUMUS... Gr., cippere, insiti. Syr.: Si enim unà cum eo plantati sumus per similitudinem mortis ejus, ita quoque in resurrectione ejus erimus.* Hæc mirà similitudine alludit Apostolus ad insitiones et inoculationes plantarum: sicut enim sarculi, seu ramusculi, ab arbore cui inseruntur, succum trahunt et in eo et ab eo vivimus, sic nos per baptismum Christo insiti, in eo et ab eo vivimus. Per baptismum de peccato, vel de Adam, quasi de malà terrà evelimur, et in Christo, quasi in terrà bonà, seu cum Christo, in terrà gratiæ plantamur. Sensus igitur est: Si quasi sarculi insiti sumus Christo, in similitudinem mortis ejus; neque ejus similitudinem gemimus in baptismo; sicut enim mortuus est corporaliter, ita nos spiritualiter morimur: profectò erimus etiam insiti Christo, in similitudinem resurrectionis ejus, ut sicut ipse resurrexit novà et gloriosà vità, ita nos resurgamus novè vità gratiæ, aliquando vità gloriæ. Sicut sarculus arbori insitus, cum ipsa in hieme quasi moritur, verè reflorescit, quasi resurgens, sic Christianus per baptismum Christo insitus, cum ipso moritur, cum ipso resurgit; sursum pullulans, et quæ sursum sunt querens.

Hæc similitudine confirmat quod peccato debemus esse mortui et gratiæ vitæ vivere, participes effecti resurrectionis Jesu Christi.

VERS. 6. — *HOC SCIENTES, QUIA VETUS HOMO.* Confirmat hoc idem quod præcedit: Debemus peccato mortui esse et spirituali gratiæ vitæ vivere, hocque confirmat ex fine baptismi: *Hoc scientes*, seu considerantes, quod *vetus noster homo*, id est, nostra corrupta natura, *sive crucifixus est. Gr.: Crucifixus*, id est, unà cum Christo crucifixus est, scilicet per baptismum ad quam à Patre resuscitatus est Christus, ipso orante: *Pater, glorifica Filium tuum*, Joan. 17, vocetur gloria Patris. Unde cognovimus est ut et nos baptismum resurgentes novam vitam, dignam filii Dei agamus, idque continè et constanter in eà pergendo et proficendo; hoc enim significat verbum, *ambulemus*. Significat idem quod conversari, vivere, actiones exercere alias post alias. Ita debemus in lege Domini, et in novitate vitæ ambulare, ut proficiamus de die in diem.

VERS. 5. — *Si enim complantati facti sumus similitudini mortis ejus, simul et (supple: Complantati similitudini) resurrectionis erimus.* Pari modo tacitè subdit Apostolus, quod aliquando complantati et nositerimus Christo, similitudini, id est, ad similitudinem resurrectionis ejus, ut nimirum ex Christo, quasi arbore, resurgentes, similes nos ipsi resurrectionem sumamus et participemus. Quod si autem resurrectionis Christi participes esse debemus, igitur in novitate vitæ quam Christi resurrectio significat, ambulandum nobis est. Sensus est, q. d. Paulus: Sicut mortui et passionis Christi in hac vità consortes facti sumus, ita pariter et resurrectionis Christi in futura vità consortes nemus.

VERS. 6. — *Hoc scientes quia vetus homo noster simul crucifixus est; tanquam dicit: Eidem cruci simul affixum, videlicet cum Christo. Cim et hoc sciatis, veterem hominem nostrum unà cum Christo scilicet in typo seu representatione cruci affixum et mortificatum esse. Veterem hominem vocat vetustatem et corruptionem peccati in homine, quam ex veteri Adam*

et in baptismo, qui est mortis Christi representatio. De hac enim crucifixione hic agitur, ut ex v. 4 patet.

UT DESTRUATUR CORPUS PECCATI, Gr. *destruatur*, id est, aboletur, *corpus peccati*, id est, tota peccatorum congeries et universitas, ejusque membra sunt superbia, avaritia, libido, etc. Hoc autem peccati corpus destruitur, cum ejus membra mortificamus; per baptismum ergo Christo sumus crucifixi, *ut destruat corpus peccati*, id est, ut moriamur peccato, sicut Christus mortuus est pro peccato. Et ultra nos serviamus peccato, ita ut amplius non serviamus illius imperio.

Fingitur peccatum ut tyrannus, peccatoribus imperans ut subjectis, servimus autem peccato, cum obediemus concupiscentiis nostris.

VERS. 7. — *QUI ENIM MORTUUS EST, JUSTIFICATUS EST A PECCATO; Gr.: Nem mortuus justificatus, etc. Syr.: Liberatus est à peccato.* Sicut servus per mortem ut liber à servitute, sic per baptismum, quasi mortem, liberi facti sumus à peccati tyrannide et servitute, et consequenter nobis amplius non peccandum. Per baptismum mortui sumus cum Christo, consepulti, crucifixi, ut explicatum est supra. Ergo sicut mortui sunt sine actione et affectione circa res hujus seculi, cum mortui sunt, sic Christiani mens, cor et sensus debent esse sine illo affectu et commercio erga peccatum, cui mortui sumus.

VERS. 8. — *SI AUTEM MORTUUS SUMUS... Id est, si autem peccato verè mortui sumus, sicut Christus carne mortuus est pro peccato; cademus, pro certo habemus, Christi promissis confisi, quod etiam cum illo novam vitam agemus in æternum gloriosam, fuissemus resurrectionis gloriöse participes. Ab unà resurrectione transit ad aliam, ut nos excitet ad hanc, alterius spe.*

contrarij; vel potius ipsum hominem, in quantum hujusmodi vetustate affectus est.

Ut destruat corpus peccati. Origen., Chrysostom., Ambros., Auselus, et Tuletus: Corpus peccati, inquit, est tota peccatorum massa, quæ quasi unum est corpus hominis veteris, ejusque membra sunt libido, avaritia, fornicatio, enlilitas christiano mortificanda, ut ait Apostolus, Coloss. 5. Destrutur ergo et aboletur in nobis corpus peccati, quando membra ejus mortificamus, id est, quando desideria peccati non consentimus, sed resistimus, eaque in nobis expugnamus et occidimus.

Et ultra non serviamus peccato. Servit peccato, qui peccati desideris, et, ut ita dicam, imperis obsequitur, qui sua peccati dominio est. Nam peccatum fingit ut personam dominantem quæ subjectis servis imperet.

VERS. 7. — *Qui enim mortuus est, etc.*, q. d.: Sicut servus mortuus, per mortem justificatus, id est, absolutus à libertatis est à jure et dominio heri, puta à servitute, ita ut libertus in eum callum, herile hereditatis vel imperium, pari modo et nos à servitute peccati justificati, id est, liberati et absoluti sumus hoc ipso quo hinc mortui sumus per baptismum, ut proinde amplius peccato vacare, et servire non debeamus.

VERS. 8. — *Si autem mortui sumus cum Christo, etc.* Si mortui sumus peccato, quomodo Christus mortuus est carne, condidimus, sicut ille resuscitatus à morte vivit novam vitam, ita nos quoque novam, id est, à vetustate peccati repurgatam vitam deinceps acturos.

VERS. 9. — SCIENTES QUOD CHRISTUS RESURREXIT... Gr., *auscatus à mortuis*, non amplius moritur; mors illi ultra non dominabitur. Syr.: *Scimus enim Christum excitatum ex mortuis, nec amplius moriturum, nec mortuum ei amplius dominaturum.*

VERS. 10. — QUOD ENIM MORTUUS EST PECCATO, IN DATIVO, id est, quantum enim attinet ad id quod mortuus est, pro peccato tollendo mortuus est; QUOD ACTU VIVIT, VIVIT DEO, seu apud Deum, vitam divinam, Deo dignam, beatam, immortalam, etc. Vel etiam, vivit Deo, in honorem Dei; ut Deum dignè amet, adoret, laudet, honoret. Propter Dei gloriam mortuus est; vivit et propter æternam gloriam.

VERS. 11. — ITA ET VOS EXISTIMATE... Applicat præcedentia, indicatque secundum in eis contentam rationem, ob quam Christianus à morte peccati suscitatus, non debeat amplius peccare, sed Deo vivere; sicut Christus à mortuis suscitatus, amplius non moritur, sed vivit totus Deo, ita et vos cogitate de vobis ipsis: reputate vos mortuos esse peccato per baptismum; de cætero autem viventes esse ac vivere debere Deo; seu quidquid vobis vite restat, id Deo impendendum; in CAINSTO IESU DOMINO NOSTRO, id est, per merita Domini nostri Iesu Christi, qui fons est omnis gratiæ: vel ad similitudinem Domini nostri Iesu Christi, qui vivit totus Deo, Christus est exemplar Christiani; sicut ergo Christus à mortuis suscitatus, non amplius moritur, sed totus Deo vivit, totus in honorem Dei, nihil nisi res Dei gerens et curans, ita Christianus, à morte peccati suscitatus, non debeat amplius peccare, sed totus in Deo, secundum Deum et pro Deo vivere; in omnibus Dei gloriam querere. Ad hoc factus est Christianus; ad hoc baptizans, et hoc ei perpetuò deprædicat baptismus.

VERS. 12. — NON ERGO REGNET PECCATUM... Perseverat in metaphora, quæ jam fixa peccatum, ut tyrannum, vim suam in homines exercentem, et fideles hortatur ut à peccati servitute liberati, ipsius tyranni-

VERS. 9. — *Scientes quod Christus, etc.* Docere vult Apostolus non modò recedendum esse à peccatis, sed in novitate vite continuò perseverandum.

VERS. 10. — *Quid enim mortuus est peccato, mortuus est zelum.* Sensus: Quod enim mortuus fuit Christus, id semel duntaxat fieri oportuit, factumque est, videlicet ad destructionem peccati; simul ut mors nostra quæ peccato moritur, in ejus morte representetur. Mortuus est Christus peccato, id est, propter peccatum, ad peccatum in nobis mortificandum et abolendum.

Quod autem vivit, vivit Deo. Id est, quod autem vivit jam excitatus à morte, vivit vitam gloriosam et immortalam, Deoque dignam, quæ immortalis est.

VERS. 11. — *Ita et vos existimate, etc.* Ita, inquit, et vos cogitate de vobis ipsis, nempe vos semel mortuos esse peccato in baptismo; de cætero autem viventes esse ac vivere oportere Deo, id est, vitam vivere Deo congruam, quam nulla mors peccati ulterius sequatur, idque per Christum.

VERS. 12. — *Non ergo regnet, etc.* Peccatum intellige, proprie dictum. Notant S. Chrysost. et Theodor. non dici: Non tyrannizet quasi invisus vobis peccatum, quia peccatum in nobis regnare non potest, nisi nobis volentibus, illudque sponte ac-

di sese non subdant amplius.

UT OBEIATIS CONCUPISCENTIIS EIUS. Indicat quid sit servire peccato, scilicet concupiscentiis obedire, seu mala desideria, quæ sunt quasi jussus peccati, adimplere. Itaque ne permittatis peccatum et concupiscentias ejus, quæ ad peccatum inclinant, regnare in vobis, id est, illis ne consentiatis, nec obediatis.

IN CORPORE VESTRO MORTALI. Prudenter nos Apostolus admonet mortalitatis nostræ, quæ nos excitet ad reprimendas concupiscentias nostras; quasi diceret: Brevis erit pugna, quia et corpus, et mundus, et concupiscentia ejus transit; mortalis hæc vita momentanea est; res mundi vanæ, et ejus concupiscentiæ fluxe sunt; victoria autem peccatum æternam erit.

VERS. 15. — SED NEQUE EXHIBEATIS. Gr.: *Neque stultis*, Syr.: *Nec etiam paraveritis membra...* ANIMA INQUIETITAS PECCATO; id est, arma quibus militetis peccato, inquietatem imperant. SED EXHIBETE VOS DEO, id est, sed membra vestra exhibete Deo, quibus ei militetis, ad opera justitiæ patranda, quæ vobis imperat.

TANQUAM EX MORTUIS VIVENTES, id est, sicut facere decet eos qui ex mortuis rediivi vitam cum Christo vivunt novam et spiritualem. Itaque Deo obedite et servite, qui vos à mortuis cum Christo suscitavit.

Nota 1^a quod membra nostra sint quasi arma media inter virtutem et vitium, sicut ensis militi instrumentum est pro civibus, prædoni vero contra civis. Chrysost., Theophyl. Nota 2^a quod peccato resistentes, justitiæ servientes, Deo militamus, et ideo Deum habemus duces et adiutores; Deum, inquam, qui nos ex mortuis fecit rediivos; quasi diceret: Ne paveatis, sed alacres, et generosi, et benefici memores, sub Deo duce et benefactore vestro, pro justitiâ contra peccatum pugnate.

VERS. 14. — PECCATUM ENIM VOBIS NON DOMINABITUR. Ostendit victoriæ facilitatem, et hujus facilitatis ceptantibus, ac consequenter nobis tyrannizare non potest.

Alii non improbabiler, metonymicè capiunt hæc peccatum, in idem sit quod fomes peccati et concupiscentiam eis non dominatur: ac proinde merito ac ab eis exigere tanquam rem facilem, ut de cætero membra sua exhibeat arma, non peccato, sed Deo.

Non enim sub lege estis, sed sub gratiâ, q. d.: Peccatum rîs qui sub gratiâ sunt, dominari nequit, nisi ipsi liberè se peccato subjiciant. Sub gratiâ autem esse dicuntur, qui ex fide per gratiam Christi, justitiam percipiunt aut expectant. Sensus: Non estis sub lege, quippe jam abolitâ; sed ab eâ translati ad gratiam Christi, cui estis incorporati per baptismum; igitur estis à peccati dominio liberi.

VERS. 15. — *Quid ergo?* etc. Quia, licet simus sub gratiâ, non sub lege, tamen legem aspernari aut prævaricari non licet, sed potius per gratiam legem adimplere debemus.

VERS. 16. — *Nescitis quoniam cui exhibetis, etc.* An nescitis quod cumque vos ipsos addicitis, obediendo voluntati et imperio ejus, servi illius efficiimini; sive peccati, quod hominem sibi servientem trahit ad mortem; sive Evangelii, aut (secundum alios) fidei, cuius obedientia præstat justitiam? Nam in Evangelio justitiam inquituram, id est, ut in dies magis meturgue inquituram, ita scilicet, ut ex una inquiturâ rueretis in aliam, heresitque semper secleratorum.

VERS. 20. — *Cum enim servi essetis peccati, etc.* Justitiâ, id est, à justitiâ, ejusque pulehriam statu; q. d.: Cum serviretis peccato, expertes fui-

dat rationem, quasi diceret: Non est periculum ne, sic sub Deo pugnantes, peccatum suam in vos exerceret tyrannidem, et in suum retrahat dominium; non enim estis amplius sub lege Moysi, quæ peccatum quidem ostendebat, sed vires non dabat ad illud vincendum, et ubi consequenter peccatum jure quasi hæreditario regnabat; sed estis sub dominio Christi, ubi abdat gratia, et ubi fideles, non nisi volentes peccant.

VERS. 15. — *Quid ergo peccabimus, quoniam non sumus?*... Ex hac libertate gratiæ objicit sibi quod ejus adversarii ipsum docere dicebant: Peccemus, vitis indulgeamus; à lege liberi sub gratiâ sumus. Superabundavit, etc.; est igitur instantia objectionis initio cap. factæ: an preterito gratiâ, liberis peccabimus? Absit! respondet 1^a hæc instantiam, ut absurdam et insipiam aversam et rejiciens.

VERS. 16. — *Nescitis quoniam cui exhibetis vos servos.* Respondet 2^a novâ ratione probans Christiano, non modò peccandum non esse, sed Deo fideliter servendum, quia Deo nos ultro servos dedimus in baptismo; an ignoratis quod cui vos offeritis servos ad obediendum, hujus vos estis servi?

SIVE PECCATI AD MORTEM, id est, sive servi peccati, ut pro mercede mortem recipiatis æternam; STIPENDIUM ENIM PECCATI MORS, v. 25.

SIVE OBEIATIONIS, id est, Evangelii, obedientiam præcipiens; ad IUSTITIAM, id est, ut pro mercede nunc justitiam habeatis, et aliquando vitam æternam, ut explicat in v. 22. Nota quod obedientiam opponat peccato, quia omne peccatum est quedam inobediencia; est enim legis divine transgressio. Vide c. 5, v. 19. Per obediendum ergo intellige legem evangelicam, quæ docet obedire Deo, ejus mandata servare et consilia sequi. Duos ergo dominos hic designat e diametro repugnantes, Deum et diabolum, v. 22; pecca-

Respondet unde fideles ab eâ peccati tyrannide liberatos esse per Christi gratiam, ut jam et deinceps peccatum eis non dominetur: ac proinde merito ac ab eis exigere tanquam rem facilem, ut de cætero membra sua exhibeat arma, non peccato, sed Deo.

Non enim sub lege estis, sed sub gratiâ, q. d.: Peccatum rîs qui sub gratiâ sunt, dominari nequit, nisi ipsi liberè se peccato subjiciant. Sub gratiâ autem esse dicuntur, qui ex fide per gratiam Christi, justitiam percipiunt aut expectant. Sensus: Non estis sub lege, quippe jam abolitâ; sed ab eâ translati ad gratiam Christi, cui estis incorporati per baptismum; igitur estis à peccati dominio liberi.

VERS. 15. — *Quid ergo?* etc. Quia, licet simus sub gratiâ, non sub lege, tamen legem aspernari aut prævaricari non licet, sed potius per gratiam legem adimplere debemus.

VERS. 16. — *Nescitis quoniam cui exhibetis, etc.* An nescitis quod cumque vos ipsos addicitis, obediendo voluntati et imperio ejus, servi illius efficiimini; sive peccati, quod hominem sibi servientem trahit ad mortem; sive Evangelii, aut (secundum alios) fidei, cuius obedientia præstat justitiam? Nam in Evangelio justitiam inquituram, id est, ut in dies magis meturgue inquituram, ita scilicet, ut ex una inquiturâ rueretis in aliam, heresitque semper secleratorum.

VERS. 20. — *Cum enim servi essetis peccati, etc.* Justitiâ, id est, à justitiâ, ejusque pulehriam statu; q. d.: Cum serviretis peccato, expertes fui-

tum et justitiam, seu obedientiam Deo. Non possumus ultrique servire, sed alteri parendum est: ut autem eligamus bonè, paucis indicat quis sit utriusque imperii exitus; hinc mors æterna, hinc vita æterna; peccatum via ad mortem, justitiâ ad immortalitatem: eligit.

VERS. 17. — *Gratias autem Deo, quod fuistis;* id est esse desistis, vel quòd, cum fueritis servi peccati huic miserissime servituti renuntiantes, obedistis ex corde, id est, non exterius tantum, sed sincera fide, in eam formam, id est, juxta formam quam evangelica doctrina ab apostolis tradita vobis præscribit; hæcque vestra obedientiâ, vos Christi servos spontè dedistis, et publicè declarastis.

VERS. 18. — *Liberati autem à peccato,* à durâ itaque peccati servitute liberati, servi facti estis JUSTITIÆ, quæ Deo servitur, cui servire regare est.

VERS. 19. — *Hæc enim dico propter infirmitatem.* Exiguum quid et tenue vobis propono, vestra potius infirmitati congruum, quam divina Majestati debitum; etenim longè magis Deo quam peccato serviendum foret; ergo vestram tamen infirmitatem peto ut vel parum Deo præstetis servitium, quam delicto exhibuistis.

INQUIETATI AD INQUIETATEM, id est, ita ut ex una rueretis in aliam, sicutque quotidie peiores heretis.

JUSTITIÆ IN SANCTIFICATIONEM; ita ut in dies magis ac magis sanctificemini.

VERS. 20. — *Cum enim servi essetis peccati,* id est, quando, velut mæcipia, peccato servielatis, ut tyranno.

LIBERI FUISTIS JUSTITIÆ, id est, huic regine non servielatis, repugnant enim e diametro, ut dictum est v. 16; supplè: Ergo nunc servi justitiæ faci, sic obediæ vestræ reginæ, ut peccato nullatenus pareatis. Vide Paraph.

desistis) servi peccati, obedistis autem ex corde in eam formam doctrinam in quam tradidit estis, q. d.: Obedistis doctrinæ evangelicæ, in quam quasi in tyrum immissi estis à Deo et Apostolis, ut illi, quasi formæ et typo vos apprimatis et conformetis.

VERS. 18. — *Liberati autem à peccato, etc.* Gratias, inquit, Deo, quòd liberati à peccati dominio, servi facti estis justitiæ, nempe per hoc quòd Evangelio obedivistis; ac si dicat: A probrosa servitute, cuiusmodi maxime est servitus peccati, translatis ad honorabilem servitum, scilicet justitiæ quæ Deo servitur.

VERS. 19. — *Hæc enim dico, propter infirmitatem carnis vestræ, sicut enim (q. d.):* Humanum cum est, ut sicut) exhibetis membra vestra, servite inanimatim et inquietati ad inquietatem, ita nunc exhibete membra vestra servite justitiæ in sanctificationem. Nominè carnis intelligi potest ipse homo quantum carnalis est, ad malum pronus, et ad bonum inirmitas. Sensus est: Ego à vobis, o Romani Christiani, rem exigo humanam, id est, reman, moderatam et facilem, ut scilicet, tantum, tantoque comata studentis justitiæ, in sanctificationem, id est, ut in dies magis meturgue inquituram, ita scilicet, ut ex una inquiturâ rueretis in aliam, heresitque semper secleratorum.

VERS. 20. — *Cum enim servi essetis peccati, etc.* Justitiâ, id est, à justitiâ, ejusque pulehriam statu; q. d.: Cum serviretis peccato, expertes fui-

VERS. 21. — *QUEM ERGO FRUCTUM HARVESTIS;* hoc ut faciat, libentis attendite quam oppositi sint tam oppositorum dominorum fructus; quam utilitatem *HARVESTIS* fructus, cum peccato servitibus in illis; respiciat eorum impudicitias, quas v. 19 teigit; præcipue illud de illis erubescit.

IS QUIBUS; *Syr.* : *Quorum vos hodie pudet,* seu ad quorum salam memoriam, nec ad penitentiam conversi, erubescitis. *NAM FINIS ILLORUM MORIS,* scilicet æterna, que à morte corporali incipit et eam complectitur. *FRUCTUS ERGO PECCATI RUBOR,* confusio, denique mors æterna.

VERS. 22. — *NUNC VERO LIBERATI. SERVI AUTEM FACTI DEO.* Nunc Deo mancipatos vocat, quos supra iustitiam servos dixit, quia qui iustitia servit, servit et Deo, omnis iustitia fons et iustitiam nobis præcipiendi; sicut et qui peccato servit, servit etiam diabolo, qui ab initio peccat, et ad peccatum incitat.

FRUCTUM HARVESTIS IN SANCTIFICATIONEM. *Syr.* : *Hæbetis fructus æternos,* id est, opera sancta et sanctificationem in animâ parientia; *FINEM VERO VITAM ÆTERNAM.* *Syr.* : *Quamvis facti estis vita æterna;* id est, his vero, ad quem opera sancta et sanctitas ordinantur, est vita æterna.

sus iustitia; subtrahatis enim vos dominio iustitiae, et quasi unum lego solvite, in peccata revertitis. Ita Angelinus. *Sensus.* — Quando eratis servi peccati, liberi eratis à prætorâ et non exoptanda servitute iustitiae; liberi, inquam, in quantum non servitibus iustitiae.

VERS. 24. — *QUEM ERGO FRUCTUM HARVESTIS TONC IN ILLA, IN QUIBUS QUAE ERUBESCITIS?* ostendit nullum verum fructum ex peccatis percipi, quia fructus proprie in bono intelligitur. Cum autem dicit, *in quibus,* id est, de quibus, *nunc erubescitis,* insinuat effectum quemdam, qui improprè fructus dici potest; ex peccatis consequi, sed malum et fugiendum, cuiusmodi proletem et erubescitiam; quâ parte simul ignovit se loqui possidendum de peccatis immunditia; de his enim maxime solent latentes erubescere.

Nam suis illorum more est. Ad eum nullus ex peccatis fructus percipitur, ut etiam mors inde tandem consequatur. Mortem intelligi eam que vite æternæ opponitur.

VERS. 25. — *Nunc vero liberati à peccato,* id est, à dominio peccati, cui serviebatis.

Servi autem facti Deo, id est, mancipati Deo, nempe per hoc quod ad iustitiam vos operibus iustitiae qua Deus præcipit.

Hæbetis fructum vestrum in sanctificationem, hoc est,

Corollarium pietatis, seu in hoc capite ad pietatem maxime notanda, et in prætin redigenda.

P Nota mirabilem Christiani cum Christo per baptismum communionem; eorumque, concursus, conceptus, compatati, coarsuscitati, conviventes, conglorificati sanus. Et hæc omnia triplici modo: typo, participatione, imitatione.

1^o Baptismus typus est, et representatio mortis et sepulture, et resurrectionis Iesu Christi Domini nostri: mortis quidem, quia, sicut Christus morte corporali mortuus est ob peccata nostra, sic et nos in baptismo morte spiritali morimur peccato, tum per virtutem et efficaciam baptismi, tum per nostram Satanæ et peccato abrenuntiationem, tum per sanctum novam vitam

Fructus ergo iustitiae sunt sanctificatio, seu sanctitas in tempore, vita et regnum in æternitate.

VERS. 25. — *STIPENDIA.* *Gr.* : *ἀποδο.* *Syr.* : *mercedura;* Obsonium, seu obsonium vocabatur annona militaris. Primum data est in specie, seu cibaria militibus data sunt; deinde pro eâ data est pecunia; ad idem nomen mansit. Obsonium itaque est stipendium cibarium.

Stipendium dicitur à stipe pendentâ, quia æs, seu pecunia militibus distribuenda ponderabatur. Stipendium ergo, obsonium, merces peccati, seu peccatoris, mors æterna, ipsi debetur.

GRATIA AUTEM. *Gr.* : *χάρις.* ; *Syr.* : *donum Dei,* seu donativum; præter stipendia ordinaria, imperatores donativa liberalia dabant militibus, ut eos animarent. His donariis comparatur æterna vita.

Equidem iustitiae merces dici potest; ad maius Apostolus gratiam dicere, quia et ipsa iustitia et opera iusta procedunt à gratiâ; peccator quidem de suo meretur mortem; justus autem Dei gratiâ ad vitam meretur vitam æternam. Adde quod vix æterna est merces quidem, quia datur pro bono opere; est vero gratia, quia merces est infinitè excedens omne bonum opus.

ipsam sanctificationem sive sanctimoniam, viteque munditiam, velat fructum ex illa servitute capitis. Si fructus est sanctitas, utique vera, licet imperfecta, non igitur imitative solam et sancti et iusti sanus. Loquitur enim de fructu quem in hæc vitâ percipiunt; nam de futurâ sequitur:

Finem vero vitam æternam. Ad hæc enim perducit tandem iustitiae servitius, et ad eam ut causam finalem ordinatur.

VERS. 25. — *Stipendia enim peccati, mors.* Merces quam peccatum servis suis recipit, mors est. Considerat Apostolus peccatum ad dominum ac imperatorem, qui non solum servis ac militibus suis imperat, verum etiam stipendia solvat, eamque ob causam usui est stipendii nomine.

Gratia autem Dei, vita æterna in Christo Iesu Domino nostro. *Gratia,* id est, gratitudo Dei donum est vita æterna. *Sensus est:* Donum quod Deus servis suis largitur, est vita æterna accipienda per Iesu Christi Domini nostri meritâ. *Vita æterna dicitur gratia,* quia licet operibus ex gratiâ factis debeat vita æterna, tamen si labor noster nullo spectetur, ipsa est gratia, quia non sunt condigne passiones lupus temporis ad futuram gloriam. Ita Theodoretus. Theologi communis consensum tenent Deum omnibus suis electis præmia redditurum supra condignum.

propositum. Sepultura vero, quia corpus in baptismum ter aquis immersum, representat Christi corpus in terrâ triduo sepultum. Resurrectionis autem, cuius imaginem gerit corpus post immersionem, ex aquâ in novam vitam resurgens. Vide v. 4.

2^o Baptismus est participatio mortis, sepulture et resurrectionis Christi; effectus id quod significat: applicat nobis mysteria que representat; producit in nobis effectus mortis, sepulture et resurrectionis Christi. Mortem Christi nobis sic applicat, ut illa fiat quasi nostra; quasi nos ipsi illam passi simus; et per hæc mortis quam Christus pro nobis passus est, ap-

plicationem; omnia nostra deleantur peccata, et quantum ad culpam et quantum ad penam. Sepulturam Christi nobis applicat, ut per eam corde et affectu à mundo separemur, quasi in terrâ sepulti. Resurrectionem Christi nobis sic applicat, ut per hæc applicationem gratiâ, que via divina est, nobis detur, et jus habeamus ad gloriam, v. 4.

3^o Baptismus est imitatio mortis, sepulture et resurrectionis Christi. *Baptizamur in mortem ipsius ad illam imitandam.* *Consepulti sumus in mortem,* id est ut moriamur. Quod Christo crux, hoc nobis baptisma: Christus fuit in cruce fixus, ut secundum carnem moreretur; nos baptizamur, ut moriamur peccato: concrescimus ut *abolatur corpus peccati.* Hæc mors debet esse continua, et in dies crescere, v. 4.

Consepulti sumus in mortem, ut revera velut mortui et sepulti, nullum habeamus cum peccato et mundo commercium; cor, mens, sensus nostri sint sine affectu circa res seculi; ab eis mente et corde saltem sinus abstracti, v. 7. Ex aquis exurgimus, ut in novitate vive ambulemus, in gratiâ semper proficiamus, v. 4.

Hæc scientes, et hæc mirabilem nostram cum Christo communionem in mente semper habentes: 1^o ob eam Deo gratias agamus, qui nos *gratificavit in dilecto Filio suo,* in quo habemus redemptionem per sanguinem eius, remissionem peccatorum, Ephes. 1, 6. 2^o Hæc tria mysteria, mortem, sepulturam et resurrectionem Christi factis et moribus representemus; verè peccato mortui simus, à mundo separati; novam et Deo dignam vivamus vitam. 3^o Nostri baptismi illiusque finis memores, studeamus in dies magis ac magis peccato mori, à secularibus separari, ad ampliore charitatis perfectionem pervenire, in charitate ambulantes, que sursum sunt querentes, que sursum sunt sapientes.

4^o Nota et mirare divinam Apostoli ideam, sub qua nos per baptismum à peccati tyrannide liberatos, Deo autem mancipatos, hortatur ad obediendum et servandum iustitiæ, et ad non assentendum rursus tyrannidi peccati. Juxta Apostoli mentem, peccatum tyrannus est, iustitia regina est; et hoc et ille summ regnum et dominium oppositum habent; non potest quis utriusque servare, sed alterutri parendum; peccato, imò diabolo servitium, cum concupiscentiæ obeditur; iustitiæ, Christo, Deo servitium, cum desideria mala reprimuntur;

CAPUT VII.

1. An ignoratis, fratres (scientibus enim legem loquor), quia lex in homine dominatur quanto tempore vivit?

2. Nam que sub viro est mulier, vivente viro, alligata est legi; si autem mortuus fuerit vir eius, soluta est à lege viri.

3. Igitur vivente viro, vocabitur adultera si fuerit cum alio viro; si autem mortuus fuerit vir eius, liberata est à lege viri, ut non sit adultera si fuerit cum alio viro.

4. Itaque, fratres mei, et vos mortificati estis legi per corpus Christi; ut filii alterius, qui ex mortuis resurrexit, et fructificemus Deo.

5. Cum enim essemus in carne, passiones pecca-

torum operi perferitur.

Ut nos à miserâ peccati servitute avertat Apostolus, non *regnet inquit peccatum,* tyrannus ille, etc.; ne consentiat illis tyrannidi, obediendo scilicet concupiscentiis, quibus ad malum vos sollicitat. Sed memores et vestre mortalitatis brevi complexu, et rerum secularium vanitatis in instanti disparituri, has concupiscentias fallaces reprimitis, v. 12: eò facilius erit vobis hæc victoria, quo major vobis adest Christi gratia, v. 14. Ut nos animet ad obediendum iustitiæ, sed, inquit, *exhibete vos Deo,* quasi diceret: Iustitiæ obediens, Deo ipsi regi vestro, beneficiari vestro, qui vos à mortuis suscitavit, servietis, v. 13.

Et membra vestra arma iustitiæ Deo. Quia regni fecit mentionem, ejus quoque armaturam congruenter ostendit, parandæque victoriæ rationem nos docuit, ait Theodoretus. Omnes corporis partes et arma iustitiæ sunt, si mens vellet; et rursus peccati, quando illa peccati dominatum amplexa fuerit, idem Theodoretus. Hinc nos hortatur Apostolus: *Sed neque exhibeatis...*; ne membra Deo dicata, peccato, diabolo militent; sed vos toti et omnia vestra Deo militate, v. 15. Vestri non estis, sed Dei, cui spontè per baptismum vos dedistis, et qui vos, non in servos tantum recepit, sed et in filios et heredes adoptavit, v. 18.

Tante charitatis memores, ipsius sitis toti: hoc à vobis exigit gratitudo, ac postulat æquitas; toti fuitis peccato, ipsi, ut mancipia, servietis, de iustitiâ non cogitantes quidem; quod æquius quam ut Deo mancipati, toti Deo sitis; de peccato non cogitantes, v. 19, 20. Id ergo exigit æquitas. Ad idem exigit utilitas vestra; attendite ergo ad utilitatem quam ex peccatis vestris percipitis; quid ex eis restat vobis? pudor, confusio, mors, et mors æterna; hoc est enim stipendium quod diabolus dat peccatoribus, suis militibus, v. 21, 25. Attendite autem et ad utilitatem, quam ex Dei servitio percipitis; vivitis innocentes, puri, sancti, pace divinâ fruimini; et expleto mortalis hujus vite tempore, vitam et regnum percipietis æternum. Immortalitas etenim et æterna felicitas est donativum quod suis militibus promeruit et promissit Dominus noster Iesus Christus.

His omnibus attentis, pugnate, vincite, cum Christo regnabitis in æternum.

CHAPITRE VII

1. Ignorez-vous, mes frères (je parle à ceux qui sent instruits de la loi), que la loi ne domine sur l'homme que pour autant de temps qu'il vit?

2. Car par cette loi, une femme mariée est liée à son mari tant qu'il est vivant; mais lorsqu'il est mort, elle est dégagee de la foi qui la liait à son mari.

3. Si donc elle épouse un autre homme pendant la vie de son mari, elle sera tenue pour adultère; mais si son mari vient à mourir, elle est affranchie de cette loi; et elle peut en épouser un autre sans être adultère.

4. Ainsi, mes frères, vous êtes vous-mêmes morts à la loi par le corps de Jésus-Christ, pour être à un autre qui est ressuscité d'entre les morts, afin que nous produisions des fruits pour Dieu.

5. Car lorsque nous étions dans la chair, les inclinations au péché, étant excitées par cette loi, agis-

VERS. 21. — *QUEM ERGO FRUCTUM HARVESTIS;* hoc ut faciat, libentis attendite quam oppositi sint tam oppositorum dominorum fructus; quam utilitatem *HARVESTIS* fructus, cum peccato servitibus in illis; respiciat eorum impudicitias, quas v. 19 teigit; præcipue illud de illis erubescit.

IS QUIBUS; *Syr.* : *Quorum vos hodie pudet,* seu ad quorum solam memoriam, nec ad penitentiam conversi, erubescitis. *NAL. ENI. ILLORUM MORS,* scilicet æterna, quæ a morte corporali incipit et eam complectitur. *FRUCTUS ERGO PECCATI RUBOR,* confusio, denique mors æterna.

VERS. 22. — *NUNC VERO LIBERATI. SERVI AUTEM FACTI DEO.* Nunc Deo mancipatos vocat, quos supra iustitiam servos dixit, quia qui iustitia servit, servit et Deo, omnis iustitia fons et iustitiam nobis præcipiendi; sicut et qui peccato servit, servit etiam diabolo, qui ab initio peccat, et ad peccatum incitat.

FRUCTUM HARVESTIS IN SANCTIFICATIONEM. *Syr.* : *Hæbetis fructus æternos,* id est, opera sancta et sanctificationem in animâ parientia; *FINEM VERO VITAM ÆTERNAM.* *Syr.* : *Quamvis facti estis vita æterna;* id est, his vero, ad quem opera sancta et sanctitas ordinantur, est vita æterna.

sus iustitia; subtrahatis enim vos dominio iustitiae, et quasi unum lego solvite, in peccata ruitis. Ita Anselmus. *Sensus.* — Quando eratis servi peccati, liberi eratis à prætorâ et non exoptanda servitute iustitiae; liberi, inquam, in quantum non servitibus iustitiae.

VERS. 24. — *QUEM ERGO FRUCTUM HARVESTIS TONC IN ILLA, IN QUIBUS QUAE ERUBESCITIS?* ostendit nullum verum fructum ex peccatis percipi, quia fructus proprie in bono intelligitur. Cum autem dicit, *in quibus,* id est, de quibus, *nunc erubescitis,* insinuat effectum quemdam, qui improprè fructus dici potest; ex peccatis consequi, sed malum et fugiendum, cuiusmodi proletem et erubescitiam; quâ parte simul ignovit se loqui possidendum de peccatis immunditia; de his enim maxime solent latentes erubescere.

Nam suis illorum mors est. Ad eam nullus ex peccatis fructus percipitur, ut etiam mors inde tandem consequatur. Mortem intelligi eam que vite æternæ opponitur.

VERS. 25. — *Nunc vero liberati à peccato,* id est, à dominio peccati, cui serviebatis.

Servi autem facti Deo, id est, mancipati Deo, nempe per hoc quod adhibitis vos operibus iustitiae quæ Deus præcipit.

Hæbetis fructum vestrum in sanctificationem, hoc est,

Corollarium pietatis, seu in hoc capite ad pietatem maxime notanda, et in prætin redigenda.

P Nota mirabilem Christiani cum Christo per baptismum communionem; commortui, concrucifixi, concepti, compuncti, coarsuscitati, conviventes, conglorificati sumus. Et hæc omnia triplici modo: typo, participatione, imitatione.

1^o Baptismus typus est, et representatio mortis et sepulture, et resurrectionis Iesu Christi Domini nostri: mortis quidem, quia, sicut Christus morte corporali mortuus est ob peccata nostra, sic et nos in baptismo morte spiritali morimur peccato, tum per virtutem et efficaciam baptismi, tum per nostram Satanæ et peccato abrenuntiationem, tum per sanctum novam vitam

Fructus ergo iustitiae sunt sanctificatio, seu sanctitas in tempore, vita et regnum in æternitate.

VERS. 25. — *STIPENDIA.* *Gr.* : *ἀποδο.* *Syr.* : *mercedura;* Obsonium, seu obsonium vocabatur annona militaris. Primum data est in specie, seu cibaria militibus data sunt; deinde pro eâ data est pecunia; ad idem nomen mansit. Obsonium itaque est stipendium cibarium.

Stipendium dicitur à stipe pendendâ, quia æs, seu pecunia militibus distribuenda ponderabatur. Stipendium ergo, obsonium, merces peccati, seu peccatoris, mors æterna, ipsi debetur.

GRATIA AUTEM. *Gr.* : *χάρις.* ; *Syr.* : *donum Dei,* seu donativum; præter stipendia ordinaria, imperatores donativa liberalia dabant militibus, ut eos animarent. His donariis comparatur æterna vita.

Equidem iustitiae merces dici potest; ad maius Apostolus gratiam dicere, quia et ipsa iustitia et opera iusta procedunt à gratiâ; peccator quidem de suo meretur mortem; justus autem Dei gratiâ ad vitam meretur vitam æternam. Adde quod vix æterna est merces quidem, quia datur pro bono opere; est vero gratia, quia merces est infinitè excedens omne bonum opus.

ipsam sanctificationem sive sanctimoniam, viteque munditiam, velat fructum ex illa servitute capitis. Si fructus est sanctitas, utique vera, licet imperfecta, non igitur imitative solam et sancti et iusti sumus. Loquitur enim de fructu quem in hæc vitâ percipiunt; nam de futurâ sequitur:

Finem vero vitam æternam. Ad hæc enim perducit tandem iustitiae servitius, et ad eam ut causam finalem ordinatur.

VERS. 25. — *Stipendia enim peccati, mors.* Merces quam peccatum servis suis recipit, mors est. Considerat Apostolus peccatum ad dominum ac imperatorem, qui non solum servis ac militibus suis imperat, verum etiam stipendia solvat, eamque ob causam usui est stipendii nomine.

Gratia autem Dei, vita æterna in Christo Iesu Domino nostro. *Gratia,* id est, gratitudo Dei donum est vita æterna. *Sensus est:* Donum quod Deus servis suis largitur, est vita æterna accipienda per Iesum Christum Domini nostri meritâ. *Vita æterna dicitur gratia,* quia licet operibus ex gratiâ factis debeat vita æterna, tamen si labor noster nullo spectetur, ipsa est gratia, quia non sunt condigne passiones lupus temporis ad futuram gloriam. Ita Theodoretus. Theologi communiter consentiunt tenent Deum omnibus suis electis præmia redditurum supra condignum.

propositum. Sepultura vero, quia corpus in baptismo ter aquis immersum, representat Christi corpus in terrâ triduo sepultum. Resurrectionis autem, cuius imaginem gerit corpus post immersionem, ex aquâ in novam vitam resurgens. Vide v. 4.

2^o Baptismus est participatio mortis, sepulture et resurrectionis Christi; effectus id quod significat: applicat nobis mysteria quæ representat; producit in nobis effectus mortis, sepulture et resurrectionis Christi. Mortem Christi nobis sic applicat, ut illa fiat quasi nostra; quasi nos ipsi illam passi sumus; et per hæc mortis quam Christus pro nobis passus est, ap-

plicationem; omnia nostra deleantur peccata, et quantum ad culpam et quantum ad penam. Sepulturam Christi nobis applicat, ut per eam corde et affectu à mundo separemur, quasi in terrâ sepulti. Resurrectionem Christi nobis sic applicat, ut per hæc applicationem gratiâ, quæ via divina est, nobis detur, et jus habeamus ad gloriam, v. 4.

3^o Baptismus est imitatio mortis, sepulture et resurrectionis Christi. *Baptizatur in mortem ipsius ad illam imitandam.* *Consepulti sumus in mortem,* id est ut moriamur. Quod Christo crux, hoc nobis baptisma: Christus fuit in cruce fixus, ut secundum carnem moreretur; nos baptizatur, ut moriamur peccato: concrucifigimur ut aboletur corpus peccati. Hæc mors debet esse continua, et in dies crescere, v. 4.

Consepulti sumus in mortem, ut reverâ velut mortui et sepulti, nullum habeamus cum peccato et mundo commercium; cor, mens, sensus nostri sint sine affectu circa res seculi; ab eis mente et corde saltem sinus abstracti, v. 7. Ex aquis exurgimus, ut in novitate vive ambulemus, in gratiâ semper proficiamus, v. 4.

Hæc scientes, et hæc mirabilem nostram cum Christo communionem in mente semper habentes: 1^o ob eam Deo gratias agamus, qui nos gratificavit in dilecto Filio suo, in quo habemus redemptionem per sanguinem ejus, remissionem peccatorum, Ephes. 1, 6. 2^o Hæc tria mysteria, mortem, sepulturam et resurrectionem Christi factis et moribus representemus; verè peccato mortui simus, à mundo separati; novam et Deo dignam vivamus vitam. 3^o Nostri baptismi illiusque finis memores, studeamus in dies magis ac magis peccato mori, à secularibus separari, ad ampliore charitatis perfectionem pervenire, in charitate ambulantes, quæ sursum sunt querentes, quæ sursum sunt sapientes.

4^o Nota et mirare divinam Apostoli ideam, sub qua nos per baptismum à peccati tyrannide liberatos, Deo autem mancipatos, hortatur ad obediendum et servitium iustitiæ, et ad non assentendum rursus tyrannidi peccati. Juxta Apostoli mentem, peccatum tyrannus est, iustitia regina est; et hæc et ille sum regnum et dominium oppositum habent; non potest quis utriusque servire, sed alterutri parendum; peccato, imò diabolo servituri, cum concupiscentiæ obediunt; iustitiæ, Christo, Deo servituri, cum desideria mala reprimuntur;

CAPUT VII.

1. An ignoratis, fratres (scientibus enim legem loquor), quia lex in homine dominatur quanto tempore vivit?

2. Nam quæ sub viro est mulier, vivente viro, alligata est legi; si autem mortuus fuerit vir ejus, soluta est à lege viri.

3. Igitur vivente viro, vocabitur adultera si fuerit cum alio viro; si autem mortuus fuerit vir ejus, liberata est à lege viri, ut non sit adultera si fuerit cum alio viro.

4. Itaque, fratres mei, et vos mortificati estis legi per corpus Christi; ut filii alterius, qui ex mortuis resurrexit, et fructificemus Deo.

5. Cum enim essemus in carne, passiones pecca-

torum operi perferitur.

Ut nos à miserâ peccati servitute avertat Apostolus, non regnet inquit peccatum, tyrannus ille, etc.; ne consentiat illis tyrannidi, obediendo scilicet concupiscentiis, quibus ad malum vos sollicitat. Sed memores et vestre mortalitatis brevi complexu, et rerum secularium vanitatis in instanti disparituri, has concupiscentias fallaces reprimitis, v. 12: eò facilius erit vobis hæc victoria, quo major vobis adest Christi gratia, v. 14. Ut nos animet ad obediendum iustitiæ, sed, inquit, exhibete vos Deo, quasi diceret: Iustitiæ obediendo, Deo ipsi regi vestro, beneficiari vestro, qui vos à mortuis suscitavit, servietis, v. 13.

Et membra vestra arma iustitiæ Deo. Quia regni fecit mentionem, ejus quoque armaturam congruenter ostendit, parandæque victoriæ rationem nos docuit, ait Theodoretus. Omnes corporis partes et arma iustitiæ sunt, si mens vellet; et rursus peccati, quando illa peccati dominatum amplexa fuerit, idem Theodoretus. Hinc nos hortatur Apostolus: *Sed neque exhibeatis...*; ne membra Deo dicata, peccato, diabolo militent; sed vos toti et omnia vestra Deo militate, v. 15. Vestri non estis, sed Dei, cui spontè per baptismum vos dedistis, et qui vos, non in servos tantum recepit, sed et in filios et heredes adoptavit, v. 18.

Tante charitatis memores, ipsius sitis toti: hoc à vobis exigit gratitudo, ac postulat æquitas; toti fuitis peccato, ipsi, ut mancipia, servietis, de iustitiâ non cogitantes quidem; quod æquius quam ut Deo mancipati, toti Deo sitis; de peccato non cogitantes, v. 19, 20. Id ergo exigit æquitas. Ad idem exigit utilitas vestra; attendite ergo ad utilitatem quam ex peccatis vestris percipitis; quid ex eis restat vobis? pudor, confusio, mors, et mors æterna; hoc est enim stipendium quod diabolus dat peccatoribus, suis militibus, v. 21, 25. Attendite autem et ad utilitatem, quam ex Dei servitio percipitis; vivitis innocentes, puri, sancti, pace divinâ fruimini; et expleto mortalis hujus vite tempore, vitam et regnum percipietis æternum. Immortalitas etenim et æterna felicitas est donativum quod suis militibus promeruit et promissit Dominus noster Iesus Christus.

His omnibus attentis, pugnate, vincite, cum Christo regnabitis in æternum.

CHAPITRE VII

1. Ignorez-vous, mes frères (je parle à ceux qui sont instruits de la loi), que la loi ne domine sur l'homme que pour autant de temps qu'il vit?

2. Car par cette loi, une femme mariée est liée à son mari tant qu'il est vivant; mais lorsqu'il est mort, elle est dégagee de la foi qui la liait à son mari.

3. Si donc elle épouse un autre homme pendant la vie de son mari, elle sera tenue pour adultère; mais si son mari vient à mourir, elle est affranchie de cette loi; et elle peut en épouser un autre sans être adultère.

4. Ainsi, mes frères, vous êtes vous-mêmes morts à la loi par le corps de Jésus-Christ, pour être à un autre qui est ressuscité d'entre les morts, afin que nous produisions des fruits pour Dieu.

5. Car lorsque nous étions dans la chair, les inclinations au péché, étant excitées par cette loi, agis-

torum, quæ per legem erant, operabantur in membris nostris, ut fructificarent morti.

6. Nunc autem soluti sumus à lege mortis, in quâ detinebamur, ita ut serviamus Deum in novitate spiritûs, et non in vetustate literæ.

7. Quid ergo dicemus? Lex peccatum est? Absit! Sed peccatum non cognovi, nisi per legem; nam concupiscentiam nesciebam, nisi lex diceret: Non concupisces.

8. Occasione autem acceptâ, peccatum per mandatum operatum est in me omnem concupiscentiam: sine lege enim peccatum mortuum erat.

9. Ego autem vivebam sine lege aliquando; sed cum venisset mandatum, peccatum revixit.

10. Ego autem mortuus sum; et inventum est mihi mandatum, quod erat ad vitam, hoc esse ad mortem.

11. Nam peccatum, occasione acceptâ per mandatum, seduxit me; et per illud occidit.

12. Itaque lex quidem sancta, et mandatum sanctum, et iustum, et bonum.

13. Quod ergo bonum est mihi, factum est mors? Absit! Sed peccatum, ut appareat peccatum, per bonam operatum est mihi mortem; ut fiat supra modum peccans peccatum per mandatum.

14. Scimus enim quia lex spiritualis est; ego autem carnalis sum, venundatus sub peccato.

15. Quod enim operor, non intelligo; non enim quod volo bonum, hoc ago; sed quod odi malum, illud facio.

16. Si autem quod nolo, illud facio, consensio legi, quoniam bona est.

17. Nunc autem jam non ego operor illud, sed quod habitat in me peccatum.

18. Scio enim quia non habitat in me, hoc est, in carne meâ, bonum; nam velle adjacet mihi, pericere autem bonum, non invenio.

19. Non enim quod volo bonum, hoc facio; sed quod nolo malum, hoc ago.

20. Si autem quod nolo, illud facio; jam non ego operor illud, sed quod habitat in me, peccatum.

21. Invenio igitur legem, velle mihi facere bonum, quoniam mihi malum adjacet;

22. Condelector enim legi Dei secundum interio-rem hominem;

23. Video autem aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ, et captivantem me in lege peccati, quæ est in membris meis.

24. Infelix ego homo! quis me liberabit de corpore mortis hujus?

25. Gratia Dei per Jesum Christum Dominum nostrum. Igitur ego ipse mente servio legi Dei, carne autem, legi peccati.

saiant dans les membres de notre corps pour leur faire produire des fruits pour la mort.

6. Mais maintenant nous sommes affranchis de la loi de mort, dans laquelle nous étions retenus, de sorte que nous servons Dieu dans la nouveauté de l'esprit, et non dans la vieillesse de la lettre.

7. Que dirons-nous donc? la loi est-elle péché? Dieu nous garde d'une telle pensée! Mais je n'ai connu le péché que par la loi; car je n'aurais point connu la concupiscentie, si la loi n'avait dit: Vous n'aurez point de mauvais desirs.

8. Mais le péché ayant pris occasion de s'irriter par les préceptes, a produit en moi toutes sortes de mauvais desirs; car sans la loi, le péché était mort.

9. Et moi je vivais autrefois lorsque je n'avais point de loi; mais le commandement étant survenu, le péché est ressuscité.

10. Et moi, je suis mort, et il s'est trouvé que le commandement qui devait servir à me donner la vie, a servi à me donner la mort.

11. Car le péché ayant pris occasion du commandement, s'étant irrité davantage, m'a trompé et m'a tué par le commandement même.

12. Ainsi la loi est véritablement sainte, et le commandement est saint, juste et bon.

13. Ce qui était bon en soi, m'a-t-il donc causé la mort? Nullement; mais c'est le péché qui, m'ayant donné la mort par une chose qui était bonne, a fait paraître ce qu'il était, de sorte que le péché est devenu par ces mêmes préceptes une source plus abondante du péché.

14. Car nous savons que la loi est spirituelle; mais pour moi je suis charnel, vendu pour être assujéti au péché.

15. Car je n'approuve pas ce que je fais, parce que je ne fais pas le bien que je veux; mais je fais le mal que je hais.

16. Si je fais ce que je ne veux pas, je consens à la loi; et je reconnais qu'elle est bonne.

17. Et ainsi ce n'est plus moi qui fais ce mal; mais c'est le péché qui habite en moi.

18. Car je sais que le bien ne se trouve pas en moi, c'est-à-dire dans ma chair, parce que je trouve en moi la volonté de faire le bien; mais je ne trouve point le moyen de l'accomplir.

19. Car je ne fais pas le bien que je veux; mais je fais le mal que je ne veux pas.

20. Or si je fais ce que je ne veux pas, ce n'est plus moi qui le fais; mais c'est le péché qui habite en moi.

21. Lors donc que je veux faire le bien, je trouve en moi une loi qui s'y oppose, parce que le mal réside en moi.

22. Car je me plais dans la loi de Dieu, selon l'homme intérieur;

23. Mais je sens dans les membres de mon corps une autre loi, qui combat contre la loi de mon esprit et qui me rend captif sous la loi du péché qui est dans les membres de mon corps.

24. Malheureux homme que je suis! qui me délivrera de ce corps de mort!

25. Ce sera la grâce de Dieu, par Jésus-Christ notre Seigneur. Et ainsi je suis moi-même soumis à la loi de Dieu selon l'esprit, et assujéti à la loi du péché selon la chair.

ANALYSIS.

1^a Sex primis versibus explicat et probat quod v. 14 cap. præc. dixit: Non estis sub lege, etc.

Judeus ergo ad Christum conversus alloquens, eis exposuit quomodo per Christum sint à lege liberi: tam qui

in baptismo, per virtutem mortis Christi ipsis tunc applicat, et quasi appropriatæ, mortui sunt; unde lex in eos vim amplius non habet, sicut maritus dominium non habet in conjugem mortuum;

Tam quia, in baptismo, resurrexerunt cum Christo, novam in eo vitam recuperant; ipsi unius, copulati, et spirituali matrimonio conjuncti: sicut sub gratiâ sunt, ut ex eâ Deo fructificent, seu fructus vite producant; sicut sub lege, mortis fructus pepererunt.

2^a Sex aliis sequentibus versibus explicat quomodo lex, licet in se sancta, per occasionem tamen peccatum multificavit, quatenus illa peccatum, antea latens, indicavit et vetuit; hæcque tum novitâ, tum prohibitione, concupiscentiam peccandi irritavit.

Hoc autem moderate causâ Paulus in semetipso exponit, esse in duplici statu supponens; ante legem, v. 9:

PARAPHRASIS.

1. Vos præsertim alloquor, Judei fratres, et legis Moysiæ mari; nescire enim non potestis quid homo legi obnoxius, tantisper lege tenetur, donec ea lex vivit, seu vim et vigorem habet.

2. Hanc legis vim in hominem licet explicare per jus quod lex ipsa dat marito in conjugem: sicut mulier viro per conjugium obnoxia, illi viro per legem obligata est quamdiu vixerit ille; ubi verò mortuus est, soluta est à lege matrimonii; ita et homo legi obnoxius est, donec ea vivit; ab eâ autem liber est; ubi abrogata, seu mortua est.

3. Sicut igitur quamdiu vixerit maritus, uxor illius adultera est, si copulata sit cum alio viro; si verò mortuus sit, soluta est à lege matrimonii, ita ut non reputetur adultera, nec adulterii poenis subiecta, si nupserit cum alio: ita de homine legi obnoxio, qui quasi adulter reputabitur, si adhuc vivente lege nupserit alteri; non verò, si jam mortua sit lex.

4. Itaque, fratres mei, nihil vobis nunc commercii cum lege Moysiâ, quia et vobis ipsa mortua est, per mortem Christi; et vos illi quoque mortui estis, per eandem Christi mortem, vobis in baptismo appropriatam; sic autem mortui estis in baptismo, ut et in eo et per eum à mortuis surrexeritis cum Christo, unumque facti sitis cum illo, quasi uxor et sponsa illius, ut ex illius gratiâ, Deo pariamus opera bona, sancta et divina.

5. Et sanè æquum est ut tanto conjugio nobilitati, fructum edamus Christo, sponso nostro, dignum; cum enim sub lege carnali, quasi marito, viveremus, tunc affectiones et desideria peccandi, quæ per legis occasionem fiebant irritatoria, ita dominabantur in membris nostris, ut per ea fractus peccatorum parerent, mortis factus infelix.

6. Nunc ergo, ubi per Christi gratiam soluti sumus ab illo cum lege conjugio, cuius vinculo vinciebamur, et quod nobis erat occasio mortis, æquum est ut Christo, Filio Dei copulati, novo illorum seu charitatis spiritu, Deo serviamus, scilicet ut unigeniti Filii sui sponsæ, non verò sicut antea, velut servi, solo poteramur metu; hocque charitatis et sponsæ spiritu pariamus opera, Deo Patri, Christoque sponso nostro, digna.

7. Sed vereor ne quis hæc me de lege dicentem audiens, putet me legi hæc calumniam inferre, quod

Ego autem vivebam sine lege, etc.; post legem: Sed cum venisset mandatum, et peccato me occidit.

3^a Facto transitu à statu legis ad statum gratiæ, v. 14, explicat et in hoc statu defendens effectum concupiscentiæ; sicut antem prius in semetipso, ut Judæus, ostendit Judæis prave effectus concupiscentiæ sub lege, etc. et in semetipso, ut Christiano, ostendit Christianis invictos effectus concupiscentiæ, etiam in sancta.

Versu 24^o ingenuè ob hæc miseriam, illiusque remedium ostendit v. 25.

peccati sit auctor. Absit à piis mentibus talis interpretatio! Lex peccati nec auctor est, nec magistra, sed index et accusatrix.

Multa sunt enim peccata quæ non cognovi nisi per legem; inò ipsam concupiscentiam internam, quæ externi actus rationem induunt peccati, non novissem esse peccatum, nisi lex eam prohibuisset dicens: Non concupisces.

8. Lex ergo peccatum mihi indicavit et prohibuit, et quidem ut illud coerceret; sed concupiscentiæ vitium in me latens, et quasi sopitum, hujus prohibitionis occasione excitatum et irritatum, acris ad peccandum me sollicitavit, et in me excitavit omne malorum desideriorum genus. Sicutque, per legis occasionem, peccatum, quod erat quasi mortuum, vitam ac vigorem accepit.

9. Hoc ut distinctius concipiatis, duplicem gentis nostræ distinctionem statum: ante legem, et post legem: utrumque autem in meâ personâ expono. Ego Judæus, aliquando, v. g. in Ægypto, vixi sine lege Moysiâ; tunc peccatum non agnoscebam, non curabam, ad illud non nullum excitabar.

Sed postquam accessit lex, dixitque mihi: Non concupisces, hæc prohibitione, concupiscentia mea, quæ erat sopita, et quasi mortua, statim excitata revixit.

10. Revixit, inquam, peccatum; ad ego peccato mortuus sum, quia mors est anima.

11. Sicutque meo, non legis vitio factum est, ut quod mihi datum erat ad vitam, occasio mihi foret mortis.

Quatenus in me insita propensio ad peccatum, à lege, occasione accepit illud avidius appetendi, hæcque propensio, quasi lena me seduxit, in suas partes dolose attraxit; sicutque me, ad opus vitium inducens, occidit.

12. Itaque nihil est quod calumniemur legem, sancta est, et unumquodque ejus mandatum sanctum, æquum et bonum.

13. Sed, inquit hic aliquis, si lex bona est, quomodo mihi mortem peperit? an quod in se bonum est, mihi causa mortis erit?—Absit quod lex dicatur causa mortis; lex ad summum est mortis occasio; vera autem causa mortis est peccatum, per concupiscentiam contra legis prohibitionem commissum. Illic apparet

quantum et quale malum sit concupiscentia, peccati parens, cum per legem, sanctam et bonam, mortem in me sit operata; ejus sane malitia major est quam dici potest, quandoquidem per legem bonam produxit rem pessimam.

14. Lex, inquam, sancta est, ut quae sancta et spiritalis praeteri; unde ergo mors et peccatum? ex natura nostra corruptione, quae sequitur, non quae spiritali, sed quae carni placet.

15. Hanc naturam corruptionem, quae et in sanctis remanet, lubet in meâ personâ vobis exprimere: ego igitur Paulus, licet liber à lege, licet sub gratiâ constitutus, licet apostolus, et multis à Deo dotatus privilegiis, carnalis tamen sum, et carnis stimulos in malum sentiens; illiusque motus sæpe cogor, licet invitatus, et velut servus emptissimus, sustinere;

Carnis, inquam, sum quasi servus; non enim approbo, et ut memini agnosco, quod in parte animalis operor; in quâ non operor per seipsum, quod mente approbo et volo; sed operor malum, quod mente odi; nollem enim concupiscere, iussus concupisco; vellem bonum absciteri, peragere, et invalescente concupiscentiâ, non perficio.

16. Si autem nolens concupisco, sanè mens et voluntas mea consentit cum lege, et, ut bonam approbo legem, dico enim: *Non concupisco.*

17. Unde sequitur quid nunc in hoc statu gratiæ, non ego, seu mens et voluntas mea, concupisco, sed mea natura corruptio; seu insita veteri homini concupiscentiâ, quae, me reluctante, suos motus excitat in me.

18. Novi enim per experientiam quid in me, ut carnali et veteri homine, et per peccatum corrupto,

non sit inclinatio ad bonum, sed propensio ad malum, Equidem quoad mentem et spiritum, velle mihi praestitum est; sed propter hanc insidiam concupiscentiam, exsequi non valeo.

19. Non enim, quod mente volo bonum, hoc perficio; sed quod nolo malum, in carne facio; invidius concupisco.

20. Igitur, sicut jam dixi, non ego, seu mens mea, concupisco, sed vetus et carnalis homo, seu natura corrupta.

21. Itaque, cum juxta divinae legis praescriptum, volo aliquid facere bonum, invenio legem, seu vim aliquam, huic meae bonae voluntati contrariam; et hæc vis, seu lex contraria, oritur ex natura: meae corruptione, seu est natura corrupta: perversa ad malum propensio.

22. Lex enim Dei me secundum mentem delectat.

23. Exuperior autem aliam in carne meâ corruptâ legem, legi Dei, in quâ mens mea delectatur, repugnantem, et hæc carnis meae lex, seu rebellio, me quasi captivum sibi ipsi reddit, cum me cogat invitum ejus motus pati.

24. O me hominem infelicem! quis me liberabit ab hoc mortifero corpore, tot pravis affectibus, ad mortem pertrahentibus, obnoxio?

25. Gratia Dei per merita Domini nostri Jesu Christi.

26. Igitur ego ipse Paulus, qui supra, v. 14, mente et voluntate servio legi Dei, quia nolo concupiscere et concupiscentiæ motibus non consentio; carne autem seu appetitu carnali servio fœditi peccati, seu concupiscentiæ, ipsius motus sentiendo et contra Dei legem concupiscendo, licet invidius

COMMENTARIA.

VERS. 4. — AN IGNORATIS, FRATRES. Dixit in cap. præc., v. 14: *Non sub lege estis, sed sub gratiâ;* et quia statim interrogavit an idem liceret liberius peccare, sique digressus est, et in hac sua digressionem perseveravit in reliquo capite, hinc ad hanc v. 14 propositionem regrediens, illam nunc probat, et explicat.

Interdum itaque ad fidem conversos hæc alloquitur, quos et fratres suos, etiam secundum carnem, vocat, quia et ipse Judæus, et legis non ignarus, quia à primâ aetate Judæi legis notitiâ imbecbantur.

Hos ergo docet Mosaicæ legis vinculo non amplius obligari; idque explicat metaphorâ viri et mulieris.

LEX IN HOMINE DOMINATUR, GR.: *Dominatur homini, QUANTO TEMPORÉ VIVIT. Quid? ille an illa? homo an*

VERS. 1. — AN IGNORATIS, FRATRES, etc. Dominatur inebendo, terrendo, reum faciendo, accusando, condemnando. Hic enim est dominatus legis. *Quanto tempore vivit, scilicet ipsa lex, inquitur Origen. et Ambrosius;* tamen, ut Theophilactus, (Eumenius, ad hominem referre maluit: sed eodem uterque hic sensus videtur. Nobis tamen ad legem referri probabilis est, ut sit sensus: Lex dominatur et potestatem suam exercet in hominem, quando ipsa vivit ac viget, non autem postquam mortua et extincta fuerit.

lex? ambiguum est, si verba spectentur; si mens et sensus Apostoli spectetur, indifferentes est; utrumque enim verum est, et de utroque mens Apostoli verificatur: est tamen probabilis quod de lege debeat intelligi, sique sensus: Scitis, fratres, quod lex, quando viget et abrogata non est, viget et potestatem habet in hominem, sicut maritus in uxorem.

VERS. 2. — NAM QUAE SUB VIRO EST MULIER, GR.: *Uxor utique viri, subteritatis, id est, nuptia, seu viro per conjugium obnoxia, VIVENTI VIRO ALLEGATA EST LEGE. GR.: Fidei viri alligata est lege. Syr.: Ut mulier que distincta est marito suo per legem quando vivit.*

SI AUTEM MORTUUS FUERIT, SOLUTA EST A LEGE VIRI, id est, à lege matrimonii, quâ viro subijciatur. Ostendit igitur comparatione hominem Judæum à jugo legis Mosaicæ liberari, sicut mulier nuptia liberari.

VERS. 2. — NAM QUAE SUB VIRO EST MULIER, viventi viro alligata est lege. Comparat autem legem viro, et homines legi subiectos mulieri viro habenti. Verbo allegoria: nimirum peccatum, mors et lex, quae occasionaliter peccatum et mortem fovet, est maritus; anima nostra est uxor; proles sunt opera mala: hoc maritum mortuo transit animam ad secundum maritum, nuptique Deo, et peperit proles bonarum operum. Ita S. Augustinus.

tur à lege conjugii per mortem mariti. Lex Mosaicæ, ut maritus; Judæus legi Mosaicæ subiectus, quasi uxor matrimonio copulata: sicut quando vivit maritus, illi, per legem matrimonii, alligata est uxor, ita, quando lex viget, illi Judæus fuit alligatus. Sicut autem marito defuncto, uxor soluta est à lege matrimonii, ita ubi lex abrogata fuit, ab eâ solutus est Judæus.

VERS. 5. — Igitur vivente viro, vocabitur adultera, si fuerit cum alio viro. Gr.: *Si fuerit viro alteri, id est, si nupsit, vel si copulata sit alteri viro. SI AUTEM MORTUUS FUERIT VIR EIUS, LIBERATA EST A LEGE VIRI, id est, soluta est à lege matrimonii; ita ut non censeatur adultera, nec adulterii penis subiecta, si nupsit cum alio viro, non alteri corporis sui potestatem fecerit; licet enim in hoc casu peccet, sed non in legem contra adulteros.*

VERS. 4. — Itaque, fratres mei, et vos mortificati estis. Syr.: *Nunc igitur, fratres mei, mortui estis legi in corpore Christi. Adaptat similitudinem: hæc enim vox, itaque, indicat conclusionem, quam ex allato exemplo deducit Apostolus. Et quia hæc erat illius argumentatio: Uxor, mortuo marito, soluta est à lege viri; atqui lex, quae erat quasi maritus vester, mortua est per Christi mortem; ergo vos pariter soluti estis, nec amplius sub lege, sed sub gratiâ. Deboisset igitur Apostolus dicere: Mortua est lex, etc.; sed Judæorum imbecillitati consulens, ne eos offenderet, maluit dicere: Vos mortui estis legi. Utrumque autem verum cum sit, verum enim est quod per Christi mortem mortua sit lex, Ephes. 2, v. 15, 16, verum quoque est quod nos mortui sumus, consensu, consensu, etc., ut in cap. 6 dictum est.*

Hinc in re parum referebat, quid verbis Apostolus exprimeret. Sive mortua est lex, sive mortui estis legi. Cautè tamen et prudenter Judæorum infirmitati sese accommodans; legem enim plurimè faciebant.

SI AUTEM MORTUUS FUERIT VIR EIUS, SOLUTA EST A LEGE VIRI, scilicet à lege matrimonii, quâ sub viro potestate mulier tenebatur, et à quâ liberatur per viri mortem.

VERS. 5. — Igitur vivente viro vocabitur adultera, si fuerit cum alio viro; id est, si copulata fuerit alii viro. Si autem mortuus fuerit vir eius, liberata est à lege viri, ut non sit adultera, si fuerit cum alio viro, ac proinde non erit adultera, nec ut talis accusabitur, ad judicabitur, etiam si conjuncta fuerit alii viro.

VERS. 4. — Itaque fratres mei, et vos mortificati estis legi per corpus Christi. Lex quae erat quasi maritus noster, jam mortua est, et esse desit per Christum; ergo nos pariter lege liberali, et soluti sumus, nec sub lege, sed sub gratiâ degimus.

Vos mortificati estis, q. d.: Lex quae erat quasi maritus vester, jam per Christum mortificata et mortua est, quia scilicet in vobis mortuum est et esse desit legi illud imperium, quo lex minator, accessat terret, damnat et puniit. Cum Apostolus dicit, nos mortuos esse legi per corpus Christi, intelligo immolationem in cruce, id est, per corporalem Christi passionem et mortem. Per hanc enim mortuam est lex vetus nobis, et nos legi. Vel potius, et textui convenientius, per corpus Christi, id est, per hoc quod sunt incorporati Christo, tanquam conjuncti alteri viro, et cum eo facti, una caro. Nam sequitur:

Ut sitis alterius, qui ex mortuis resurrexit. Sensus: Quo fit ut loco veteris legis jam alium virum habea-

unum dixit, aliud cogitandum reliquit, ait D. Anselmus. Vel secundum D. Chrysostomum, mulierem mortuam aperit dicit; legem vero, maritum, clam significat in propositione, id est, in argumentatione, ut videre est supra.

Mortificati estis per corpus Christi, scilicet crucifixi et pro vobis occisi, Theophyl.; per mortem Domini, D. Chrys. Alii dicunt per corpus Christi, id est, per hoc quod incorporati estis Christo, scilicet per baptismum, et his favere videtur versio Syriaca, supra.

Ut sitis alterius, id est, ut sitis uxor alterius viri, seu ut multo nobilioris contrahatis conjugium, unumque sitis cum Christo, Filio Dei, qui à mortuis surrexit, novusque factus est homo. Christus sponso comparatur, 2 Cor. 11, v. 2; Ecclesia sponse, Ephes. 5, 27.

Ut fructificemus Deo, id est, ut in hoc nostro cum Christo conjugio, et Christi gratiâ, pariamus Deo opera bona et divina, fidei, spei, charitatis, aliarumque virtutum;

VERS. 5. — CUM ENIM ESSEME IN CARNE...; dat rationem ob quam debeant Deo fructificare, simulque ostendit discrimen inter hoc Judæorum cum Christo conjugium, et præcedens eorum cum lege matrimonium.

CUM ENIM ESSEME IN CARNE, id est, cum sub lege viveremus secundum carnalem hominem.

PASSIONES PECCATORUM, id est, motus concupiscentiæ ad peccatum inclinantem, QUAE LEGEM ERANT, id est, quae occasione legis exaltabantur, OPERABANTUR, id est, opus suum peragebant in membris nostris, seu per membra nostra; ET FRUCTIFICABANT MORTUI, id est, ut fructus peccatorum parentem, qui nos ducerent ad mortem, nosque morti pabulum darent. FISIS PECCATI, MORS.

VERS. 6. — NUNC AUTEM SOLUTI SUMUS A LEGE MORTIS, id est, à lege quae erat occasio peccati, et idèò

lis, eorum conjuncti sitis, ejus deinceps arbitrio regimini; scilicet ejus qui à morte resurrexit; ad quos formam etiam vos oportet in novitate vite ambulare, tanquam ex mortuis viventes.

Ut fructificemus Deo, id est, ut Christo tanquam viro nostro qui conjuncti sumus, ex semine gratiæ ejus fructificemus, bonorum operum fructus proferamus.

Ut fructificemus Deo, ut vivas proles ex hoc cum Christo matrimonio pariamus Deo, scilicet opera fidei, spei, caritatis et aliarum virtutum, quae ex semine, id est, gratiâ Christi et Dei, concipiuntur, ut illa Christo et Deo quasi eorum parenti offeramus. Significat à diverso eos qui sub lege erant, non fructificasse Deo.

VERS. 5. — Cum enim essemus in carne, etc. Sensus: Vico, ut fructificemus Deo, qui, quando eramus in carne, in statu veteris et carnalis hominis (conjuncti sumus omnem qui sub lege erant) passiones peccatorum, id est, motus, affectiones ac desideria peccandi, quae sunt et excitantur per legem, exercebantur, et ipso opere complebantur in membris nostris; itaque per ea fructificabamus non Deo, sed morti, id est, fructus edebamus mortiferos, qui sunt ipsa peccata, quia finis et stipendium peccati mors.

VERS. 6. — Nunc autem (per Christi crucem et mortem) soluti sumus à lege (quae erat occasio peccati, et consequenter) mortis in qua delincebamus. Sensus: Apostoli est: Nunc autem per gratiam Christi liberali su-

mortis; in qua detinebamur, id est, ejus vinculo vinciebatur, eramusque captivi: ita ut servianus, id est, ut serviamus Deo in novitate spiritus, id est, novo spiritu, scilicet spiritu charitatis quae diffusa est in cordibus nostris per Spiritum Sanctum, qui datus est nobis; seu ut Deum diligamus, tanquam filii adoptivi, et tanquam unigeniti filii sui sponsi; et non in vetustate litterae, id est, et non sicut sub lege veteri, et tantum litterali, seu spiritu gratiae destituta, tanquam servi, et solo peccatorum metu.

Graeci legunt: *Nunc autem soluti sumus à lege mortis, id est, cum sumus mortui ei, etc.* Alii legunt: *Mortui eo in quo detinebamur.* Alii: *A lege mortua.* Syrus: *Nunc autem cessamus à lege, et mortui sumus ei qui nos detinebat, etc.* Sed nostra lectio, ejus meminit Origenes, quam sequitur Ambrosius, et quam confirmat D. Hieronymus, clarior est.

Ex supra dictis, v. 4, discit quod baptismus illa mors est, et matrimonium sit. Mors quidem, quia per baptismum morimur peccato, veteri homini; cum Christo morimur et sepelimur, ut in cap. 6 sepe dictum est. Matrimonium verò, quia per baptismum animae nostrae unimur Christo, Ecclesiae sponsi, unumque finis cum illo, ut ex ipso et per ipsum opera sancta, et Deo digna pariamus. Ad hoc attende, ó anima mea, et tanto honore nobilitata, Christi sponsi tui zela et amulare gloriam; ama quod amat, omnibus illius subdere voluntatibus; ipsius sis tota. Discit et ex eodem versu, quod hujus matrimonii finis sit fructificare Deo, opera sancta Deo continui parere, tota Deo vivere. Attende, ó anima mea, quomodo lucet Deo in te voluntati responderis. Erubescit, ó anima, in bono sterilis, et in malo fecunda; ruboribusque et doloris plena, recurre ad sponsum tuum, veniam pro praeterito precatur, et pro presenti et futuro Spiritum sanctum petitura.

I. Christe, Filii Dei vivi, omnis autem animae christianae sponsi, miserere animae meae, tunc licet indignissima et infidelissima sponsa; omnes ei condona praeteritas infidelitates, ejusque peccatorum immemor, et tuum da ei, quæso, spiritum, spiritum amoris, ut hoc tuo spiritu, fecunda, edat Deo opera vitae; sine hoc tuo spiritu miser passionum servus ero, et opera mortis semper pariam; at spiritu tuo repletus, Deo subdar, inquit, ex gratia tua, fructus vitae producam.

VERS. 7. — Quid ergo inquit? Lex peccatum minus à jure legis, utpote mortui ipsi legi, in cuius servitute detinebamur. *Soluti sumus, Graece, liberati sumus, id est, enervata in nobis est lex, quia lex vires et nervos suos, scilicet dominium, et jus quasi maritale, quod in nos habebat, amisit.*

Ita ut serviamus (Deo et Christo) in novitate Spiritus, et non in veterale litterae, non in veteri sive in genere, animali et carnali, cuius magistra est legis littera, non gratia. Ita Anselm. Lex enim homini vestustatem suam indicabat quidem et vetabat, sed adeo non auferabat, ut per occasionem etiam eandem auxilium: magis reflicebat enim, irritabat et incitabat reteres concupiscentiae affectus. Novitas vitae vera iustitia est, quae declaratur bonis operibus: vetustas, iniustitia quam ostendunt opera mala.

desideriorum. Lex, seu prohibitio concupiscentiam irritat, sicut aqua caleem vivam.

SINE LEGE INIM (concupiscentiam vetante) peccatum mortuum erat, id est, sopitum. Concupiscentia interior, quia nullà lege humana prohibebatur, erat quasi mortua, sopita, et non reputabatur peccatum: at lege Dei prohibita, exarsit in omnes pravos motus et affectus.

VERS. 9. — EGO AUTEM VIVEBAM SINE LEGE... loquitur in personâ Judaei, ante legem, v. g., in Ægypto. Alii tamen id intelligunt de D. Paulo, cum inciperet adolescere et peccare, legem Mosaicam nondum edoctus. Ita Cornel., Menoch., Tirin.

Ego, Judaeus scilicet, aliquando, v. g., in Ægypto, ante legem Mosaicam, vivebam quasi extel, peccatum non agnosces, non curans, non aestimans; sicque ad illud non multum incitatus. Sed cum venisset mandatum, id est, lex dicens mihi: *Non concupisces*, peccati dans mihi cognitionem, illudque prohibens, peccatum revixit, id est, excitatum est. Concupiscentia mea, quae erat quasi sopita et mortua, per legem excitata revixit.

VERS. 10. — EGO AUTEM MORTUUS SEM... PECCATUM, inquam, revixit; AT EGO PECCATO MORTUUS SUM.

Observa et mirare antithesim inter peccatum et hominem, quibus lex successivè mortis et vitae est occasio. Ante legem, peccatum erat quasi mortuum, homo autem vivebat vivere; post legem, peccatum revixit, homo verò mortuus est, peccato scilicet, quod est mors animae. Ante legem, languebat concupiscentia, et homo non erat prevaricator; post legem, exarsit concupiscentia; ipsi, non obstante lege, obediit homo, factusque est legis prevaricator, et per legis transgressionem, factus est obnoxius morti temporali et aeternae.

ET INVENTUM EST MIHI MANDATUM..., siquæ factum est ut lex quae mihi data erat ad vitam, occasio mihi foret mortis.

Sensus: Concupiscentia vitium in me latens, occasione mandati illius: *Non concupisces*, per illud ipsum excitavit et produxit in me omne genus pravorum desideriorum. Ac si dicat: Multo latius grassari coepit quam ante, tanquam ipsa prohibitione læcessit; quemadmodum de filiis Israel legitur Judicum 2, quod audientes mandata Dei, omnia fecerunt contraria. Nam virtus peccati, lex. Vehementius enim inardescit concupiscentiae flamma dum lege premitur; minime enim in vellum semper.

Sine lege enim peccatum mortuum erat, id est, sopitum erat; per legem enim excitatum revixit. Dicit ergo peccatum sine lege mortuum fuisse, non simpliciter, quasi non esset; sed velut mortuum, quia non cognoscitur nisi per legem; et quia vires suas non exerebat, quemadmodum postea lege superveniente. Conpositum quippe erat donec à lege excitaretur.

VERS. 9. — *Ego autem vivebam sine lege aliquando, nimirum tunc, cum adolescere inciperem et peccare, nec tamen legem Moysi edoctus essem; tunc enim vivebam quasi extel, ac consequenter peccatum non curabam, non agnoscebam, non aestimabam; hinc ad illud non multum incitabar.*

Sed cum venisset mandatum, peccatum revixit. Sensus est: Postquam verò mandatum illud legis: *Non concupisces*, in notitiam meam venisset, revixit in me pec-

VERS. 11. — NAM PECCATUM, OCCASIONE ACCEPTA. Gr., *occasione accipiens*; id est, nam concupiscentia, occasione legis accepta, in suis partes me dolose traxit et occidit me; ad opus velitum inducendo. Vide paraph.

VERS. 12. — ITAQUE LEX QUIDEM SANCTA... Ex supra dictis concludit Apostolus contra objectionem v. 7 factam; quod tantum abest ut lex peccatum sit, quin imò sancta est, et unumquodque ejus mandatum sanctum, docens quomodo Deus sancte colatur; JUSTUM, prescribens ut unicuique suum reddatur; BONUM, prescribens ea quibus quisque bonus sit, si servetur.

Hinc D. Thomas putat dici *sanctum*, propter præcepta caeremonialia; *justum*, propter judicialia; *bonum*, propter moralia.

OBSERVATIO MORALIS.

Ex dictis de lege v. 7 et 8, quae majoris reatus occasio fuit, discit cum D. Augustino frequenter oratur: Da, Domine, quod jubes, et jube quod vis. Qualiscumque sit nostra, sive per legem, sive per rationem, cognitio, ita pravum et corruptum est cor hominis, ut nisi Christi gratia medicinali sanetur, tota hæc nostra notitia majoris peccati futura sit occasio. Legis cognitio bona quidem est, est enim Dei gratia; et gratiaque ex cordis nostri corruptione lethalis et funesta nobis erit, nisi gratia Dei interna cordis nostri corruptionem sanet. *Legis: Sana me, Domine, et sanabor; autem me fac, et salvus ero, Jerem. 47, 14.*

Ex dictis v. 9, 10, discit quam necessaria nobis Dei gratia, ob miserandum et lacrymis eliam sanguine defendendum statum nostrum. Si enim legem ignoret homo, ipsius ignorantia illi causa mortis est. Si legem novit, ipsius notitia, ob cordis sui pravitate, plenamque majoris criminis erit occasio. Sine lege, aut legis cognitione, non novit concupiscentiam, illam putat naturalem, nec peccatum, aut offensam Dei reputat. Hinc peccatum degitit ut aquam. Si novit catum, scilicet per cognitionem ipsius quam lex praeostat, et consequenter per malorum desideriorum exuberantiam, quae occasionem habet ex lege. *Revixit, id est, excitatum est; et, ut Augustinus exponit, apparere coepit.*

VERS. 10. — *Ego autem mortuus sum, vel mortuus fui, id est, manifestè factus obnoxius morti aeternae, propter manifestam, ut dictum est, legis transgressionem.* Nam mortem aeternam intelligit, quae transgressionis est poena.

Et inventum est mihi mandatum, quod erat ad vitam, hoc esse ad mortem. Et sic reipsa comperi legem, seu legis mandatum, quod à Deo datum fuit, et per se ordinatum ut hominem perduceret ad vitam et salutem, hæc ipsum mihi edere ad mortem, quia morti aeternae me peccatum reddidit obnoxium.

VERS. 11. — *Nam peccatum occasione, etc.* Nec mirum si peccatum occidit per mandatum, quando et ipsum mandatum occidere dicitur, quia cum sanare non possit, mortem suam transgressoribus comminatur et irrogat. Ita namque dictum est: *Littera occidit, 2 Cor. 5.*

VERS. 12. — *Itaque lex quidem sancta, etc., q. d.: Hoc mandatum: Non concupisces, et quodvis aliud in se sanctum est, quia facit hominem purum, castum, sanctum; et justum est, quia hominem cohibet, ne iniuste alienam uxorem aut rem concupiscat; et bonum est, quia hominem bonum facit, omnesque animi*

illam, et Dei gratia non praevenitur, non obstante peccati noxia et prohibitione, concupiscentiam sequitur, sicutque ob notitiam magis reus.

Itaque, o lumen! o vis et efficacia gratiae! quam mihi necessaria es! o lux aeterna, illumina me! o sanctitas ipsa, sanctifica me! Christe, salvator mundi, illumina mentem meam! Christe, salvator mundi, salva, purga, sanctifica cor meum. Da mihi cor novum, cor docile, et tuae voluntati semper subditum. Da, Domine, quod jubes; sis revera magister et medicus.

Lex pedagogus, non medicus; Christus magister et medicus.

VERS. 15. — QUOD ERGO BONUM EST, MIHI FACTUM EST MORS. ... Ille secundum obicit sibi incommo- dum, ex dictis sequens; hinc enim saltem sequi videtur quod mandatum in se sanctum, mihi factum sit causa mortis.

Abstulit! Non enim lex, sed legis abusus est causa peccati. Lex tantum occasio; vera autem causa mortis, est transgressio legis, seu peccatum contra legis prohibitionem.

NAM PECCATUR, id est, concupiscentia, que parit peccatum, UT APPAREAT PECCATUM, id est, quantum et quale sit malum; PER BONUM, id est, per legem, OPERATUR EST MIHI MORTEM, id est, peccatum me in mortem, instar lenonis vel leprosi, UT FIAT SUPER MORS PECCATUM. Graeco: *Ut fiat secundum hyperbolen*, id est, plus quam dici potest, peccata, peccatur; id est, magna et exuberans peccatorum et malitiae causa.

Per prosopopoeiam loquitur de peccato, seu de concupiscentia, fomite peccati, quasi de persona quae exciteret voluntatem ad peccandum, et quae major peccator, seu peccatrix sit, quando ad majus peccatum excitat; *ut fiat supra modum*, insigniter et excessive peccator, *quam peccata*, reus, peccator; *o peccatrix*, peccatum, idque per ipsam mandatum.

Vires et motus bene et rite ordinat ne componit. Bonum est lex, si quis ea legitime utatur, 1 Tim. 1.

VERS. 15. — *Quod ergo bonum est, mihi factum est mors?* etc. Sensus: Non vultur mandatum, quod est autem per se bonum, mihi factum est mortiferum, id est, causa mortis? Scilicet ejus quae est peccata transgressio.

Abstulit. Non fuit hunc mortem, vitium et culpa ipsius mandati, sed peccati et hominis mandato obtemperans.

Sed peccatum, ut appareat peccatum (ut robur et vires peccati manifestentur), per bonum (per mandatum, occasionaliter) operatur est mihi mortem. Sed peccatum mihi factum est mors, nimirum (ut appareat quale quantumque sit malum) per bonum operando mihi mortem, id est, per legem.

Ut fiat supra modum peccata peccatum per mandatum. S. Hieron. legit: *Ut fiat peccatum peccatum*. S. Augustinus legit: *Ut fiat supra modum peccatum peccatum*. Loquitur autem Apostolus de peccato velut de persona qualem Sensus: Adeoque illud insit peccatum in me latens occasione mandati, factum est tantum ingens peccatum, dum in me operatur omnem concupiscentiam, et in apertam praevaricationem impellit, insuper et occidit.

VERS. 14. — *Scimus enim quia lex spiritualis est, etc.* Perspicuum est, inquit, non esse culpam legis, dum

Ite quanta cordis nostri perversitas et corruptio! que legis et intellectus lumen corrumpit et inficit; et hae legis et intellectus corruptione, ipsa fit inficit; secleratio et inexcusabilior. Adhuc corrupti quaeramus medicum; humiles, tremebundi, gementes, Christi gratiam imploremus, que sola cordis corruptionem sanat.

VERS. 14. — SCIMUS ENIM QUIA LEX SPIRITUALIS EST...

Syr: *Scimus enim legem spiritus esse; ego vero carnis sum, et venditus sum peccato*. Probat legem sanctam esse, et non causam mortis; simulque rationem reddit ob quam ex lege sequitur a lege non intentum, scilicet peccatum et mors; alia quippe est natura legis, alia hominis, etiam justus et sub gratia constitutus. Lex enim spiritualis est, spiritualia percipiens, et quae spiritualis sunt hominis; virtutem amplecti, vicia fugere.

Ergo autem carnalis sum. Loquitur hic in propria persona, et in statu suo praesenti, ut Cornelius a Lapide colligit ex omnibus Apostoli verbis, que sunt de praesenti, et ut Estius fasus probat.

Ergo autem carnalis sum, id est, vitio naturae corrupte, sequor non que spiritum, sed que carni peccatum; *venditus sum peccato*. Gr. *sub peccatum*. Syr. *et venditus sum peccato*; id est, venditus in servitutem sub iugo peccati, quasi homini. Hoc intelligit; carne, vel secundum carnem servus sum, seu, ut explicat v. 23, *servo legi peccati*. Hincque fit quod lex in me non habet finem suum; sed ego, non ipsa, sum causa peccati et mortis.

Itaque ad clariorem versum sequentium intelligentiam, observa quod Apostolus, facta transitio a praeterito statu legis et peccati, ad statum gratiae, sed adhuc cum concupiscentia luctantis, exponit in sua persona; quae iustus, etiam sub gratia constitutus, contingunt; idque tum ut nos instruat, et ad paginandum excitet; tum ut Judaeis ostendat discrimen quod est inter hunc praesentem sub gratia statum et inter

ea accepta peior quis efficitur. Scimus enim quicumque recte sapimus, legem spirituales esse, quae gratia est quae observata spiritualiter et iustam reddunt hominem. Quia lex, homini, spiritualis est, id est, spiritus praesentis, non carnalis. Dicitur autem tum ut lex quam homo spiritualis, vel a spiritu hominis, id est, mente, est carnis opponit; vel potius a Spiritu sancto, cui passim carnem opponit.

Ergo autem carnalis sum. Augustinus de homine iusto et sub gratia constituto totum hunc locum excipit et exponendum docet; et Apostolum hic et deinceps loqui in sua ipsius persona, et omnium eorum, qui quantumvis sentiant in se legem quantum repugnantem legi mensis sine, id est, concupiscentiae fontem, cuius motibus incitantur ad ea quae divina legi contraria sunt; jam recitat tamen et sub gratia constitutum, mente autem voluntate consequentem in lege Dei. Quod ergo dicit: *Ergo autem carnalis sum*, intellige non in mente, sed carne adhuc concupiscentia contra spiritum. Quod non est absolute carnis esse, sed secundum aliquid; quatenus scilicet homo per gratiam renovatus, adhuc fomitem peccati circumferat, assidue commoventem in ipso peccandi desideria. Qui autem hoc tantum modo carnalis est, si simpliciter est spiritualis, utpote legi, quae spiritualis est, consentiens, et prout Deo, qui legem dedit.

praeteritum statum sub lege; in illo praeterito statu obediebat concupiscentiae et peccabatur; in hoc praesenti gratia statum, concupiscentiae quidem stimulum in malum sentiuntur, at illis resistitur, et non peccatur.

Concupiscentiae quidem quasi tyranno traditi sunt etiam iusti; non autem peccato: instar servi empti cogimur concupiscentiae motu sentire, sed non illis consentire; ingenuisimus sub illius tyrannide, illiusque legi carni servimus, sed mente et affectu servimus legi Dei.

Quod enim operor, non intelligo. Probat se venditum esse peccato; seu, se servum esse concupiscentiae, ex eo quod faciat non qua: facienda sibi videntur, sed quae dominus, nimirum concupiscentia imperat; scilicet, malum concupiscere. Sensus ergo est: Quod operor in parte animalis, non agnosco ut meum, nec approbo; quia, sine ullo voluntatis meae consensu, id agit pars animalis; seu, quod idem est, opera et motus concupiscentiae meae, per rationem et voluntatem non approbo.

Non enim quod volo bonum...; id est, non enim opere perficio bonum quod mente approbo et volo; sed carne operor malum quod mente odi, seu mala carnalis desideria, quae voluntate detestor; in inferiori appetitu sentire cogor. Quasi diceret: Nolle concupiscere, invidios concupisco; vellem bonum alacriter facere, at invalescente concupiscentia, non perficio.

VERS. 16. — SI AUTEM QUOD SOLO, ILLUD FACIO, CONSENSU. SYR: *Suffragium pro legi cum bonum esse*.

SI AUTEM QUOD SOLO...; appetitu superiori, seu vo-

luntate sub peccato. Sensus: Carne adhuc servus sum peccati, quomodo dicit in fine capituli, se carne servire legi peccati. Quo etiam sensu sancta Ecclesia, B. Gregorio auctore, in persona omnium fidelium orat dicens: *Ut nos Unigeniti tui nos per carnem natus liberet, quos sub peccati iugo tunculo servitus tenet*. Quam Ecclesiae orationem opponimus his quibus absurdum videtur in persona iusti hominis dici, quod carnis sit, et venditus sub peccato.

VERS. 15. — *Quod enim operor, non intelligo*, id est, per rationem et voluntatem non approbo, opera et motus concupiscentiae meae. S. August. hunc dat sensum: Probat hic Apostolus se venditum sub peccato, id est, esse servum concupiscentiae, ex eo quod faciat non illa quae sibi facienda videntur, sed illa quae dominus, scilicet concupiscentia, sibi imperat pota concupiscere; id deinde probat verbis consequentibus.

Non enim quod volo bonum, hoc ago; sed quod volo malum, illud facio. Sensus: Non enim perficio id quod mente volo, scilicet bonum; sed carne operor id quod mente odi, scilicet malum, q. d. Paulus: Vellem non concupiscere; et nolle concupiscere, et tamen concupisco.

Nota: *Facio* significat hic actionem hominis imperfectam, id est, actum concupiscentiae appetitus, circa rationis assensum. Unde explicans subdit Apostolus: *Jam non ego operor, illud, sed quod habitum in me peccatum*, q. d.: Hic actus concupiscentiae, non est meus, non est humanus, quia non est liber et deliberatus, sed est actus in habitatis in me peccati; id est, concupiscentiae.

VERS. 16. — *Si autem quod nolo*, etc. Sive, quod bona sit; si, inquit, quod mente non volo sed odi, illud ago, videlicet carne concupiscendo, jam consensu legi, verbi gratia, dicenti: *Non concupiscas*, tantum bona: quia voluntas mea quae nolo quod facio,

luntate; *illud facio*, in appetitu inferiori; id est, si nolo ego concupisco, CONSENSU LEGI, id est, mens et voluntas mea consentit cum lege, adhaeret legi, approbat legem dicentem: *Non concupiscas*. Unde sequitur:

VERS. 17. — *Nunc autem jam non ego*. Graeco: *Nunc autem non amplius ego*, etc. Syr.: *Nunc autem non ego quidem*, etc. Hinc, inquam, sequitur quod nunc, in hoc statu gratiae, non ego, seu mens et voluntas mea, concupisco; sed mea corrupta natura, seu fomies peccati.

VERS. 18. — *Scio enim quia non habitum in me*... Novi enim per experientiam, quod in me, id est, in carne mea per peccatum corrupta, non habitum bonum, id est, inclinatio ad bonum, sed propensio ad malum.

NAM VELLE ADIACET MIHI. SYR: *Ut ut velim bonum, facile quidem mihi est*; at illud exsequor, impotens sum; seu est quidem in me justificatio prompta voluntas faciendi bonum, sed vix illud exsequi possum, quia caro est infirma, et spiritum semper rebellis; vel juxta spiritum est mihi presto velle bonum.

VERS. 19. — *Nos enim quod volo bonum*; superioris est repetitio ad majorem assertionem, v. 15.

VERS. 20. — *Si autem quod nolo, illud facio*. Vide v. 16 et 17.

VERS. 21. — *Invenio igitur legem*, id est, vim, imperium, ditamen concupiscentiae scilicet, legem, inquam, contrariam mihi volenti facere bonum;

QUONIAM MIHI MALEN ADIACET; id est, quia propensio consentanea est, quae vult me hoc nolle. Itaque consensio legi, non solum intellectus iudicantis quod bona sit, verum etiam voluntate meae ei conformans. Quod utique est hominis iusti, ac mente renovati.

VERS. 17. — *Nunc autem jam non ego operor illud*, etc. Graeco: *Nunc autem non amplius ego*. Sensus est: Quomodo renovatus per gratiam, legi consensio; nunc non amplius ego operor malum, sicut faciebam constitutus sub lege; sed peccatum in me habitans illud operatur, id est, concupiscentia mihi insita, et sedem in me fixam habens, pravus motus in me excitat non consentiens.

VERS. 18. — *Scio enim quia non habitum in me*, hoc est in carne mea, bonum. Novi per experientiam in me, quatenus caro sum, id est, carnalis, non habitare bonum, sed malum.

Nam velle, adiacet mihi; perficere autem bonum, non incerto, q. d.: Facultas et bona voluntas videri id quod bonum est, est in me justificatio; sed vix, et non nisi difficulter illud perficere possum. Spiritus enim promptus est, caro autem infirma, imo reluctans spirituali. Ita S. Augustinus, Anselmus, S. Thomas.

VERS. 19. — *Non enim quod volo bonum*, etc. Repetit idem per se verbum quod jam ante dixerat, ad probandum quod dixit: *Perficere bonum non incerto*. Verbum nolo, quo significaret voluntatem aversantem, et in contrarium nitentem. In animi positum res de quo agitur. Unde et prius dixit: *Qui, pro quo postea nolo*.

VERS. 20. — *Si autem quod nolo*, etc. Per hoc enim innuere voluit Apostolus se facere secundum carnem, quod tamen ipse homo mens desiderat avertente; adeoque se hominem rationali ac deliberata actione illud non agere.

VERS. 21. — *Invenio igitur (in me) legem, volenti mihi facere bonum*, etc. Igitur invenio ac deprehendo

VERS. 4. — *Et iustificatio legis impletur in vobis, q. d.:* Ut iustificatio à peccatis quam lex exigebat, impletur in vobis. Hinc patet per solum naturam et legem, sine gratiā Christi, hominem in hac corruptione non posse secundum legem totumque dealegium implere.

Qui non secundum carnem ambulans, sed secundum spiritum. Quid sit (nempe ut legem impleamus, et per hoc damnationi non simus obnoxii) dom non carnis desideria sequimur, sed instinctum Spiritus sancti.

VERS. 5. — *Qui enim secundum carnem sunt, quæ carnis sunt, sapiunt.* Homines carnales sapiunt, curant, cogitant opera carnis, usque adlicitur et stu-

et qui damnatus peccato videbatur, damnavit peccatum; et per mortem suam, nobis vires doli illud interfecit.

VERS. 4. — *UT IUSTIFICATIO LEGIS; SYR.: Ut iustitia legis, etc.* Ideo Christus secundum carnem in cruce mortuus, nos à carnis domino liberos fecit, ut impleamus mandata legis; nos, inquam, qui non vivimus secundum corruptionem carnis, quo legis adimpletionem impediēbat; sed SECUNDUM SPIRITUM CHRISTI, qui nos liberavit et ad implēnda præcepta reborat.

Christiano non sufficit si secundum carnem non ambulat, sed debet præterea secundum Spiritum Christi ambulare; non sufficit quid à malis abstineat, sed et in bono debet florescere, ait D. Chrys.; vitam Deo dignam debet exhibere, seu debet Dei Spiritu agi, ut filius, v. 11. Ad hoc datus est et spiritus adoptionis.

VERS. 5. — *QUI ENIM SECUNDUM CARNEM SUNT, etc.* Probat ad legis impletionem requiri ut non secundum carnem quis vivat, sed secundum Spiritum Christi; idque probat ex discrimine quod est inter carnales et spirituales: QUI ENIM..., id est, nān carnales, et qui carnaliter vivunt, carnalia cogitant, curant, concupiscunt; QUI VERO SECUNDUM SPIRITUM, etc., spirituales autem student spiritualibus. Qualis amor, tale opus; quale cor, talis vita. Hinc collige qualis sis: an ecclēstias, an terrenus, an spiritualis, an animalis.

VERS. 6. — *NON PRUDENTIA CARNIS.* Grec., *σπουδαία*, sicut in versu precedenti, *σπουδαία*, sapiunt. Sensus ergo est: Atqui sapere, curare, concupiscere carnalia, mors est animæ, et peccatum; sicutque iustitia oppositum. PRUDENTIA AUTEM SPIRITUS, etc.: sapere autem et amare spiritualia, vitam et pacem affert; et ideo iustitiam que animæ vitæ, et pacis æternæ semen.

VERS. 7. — *QUONIAM SAPIENTIA CARNIS.* Grec., *πρότερ* quod prudentia carnis, invidiosa in Deum. SYR.:

dent, ac toti sunt in illis. Tale quid animi significat verbum *sopiant*. Rursus ea que carnis sunt, id est, opera carnis, intellige, ad que concupiscit carnis inclinat; id est, peccata cuiuscumque generis. Non omnia spiritui contraria sunt; de quo sequitur: *Qui vero secundum spiritum sunt, quæ sunt spiritus, sciunt.* Homines spirituales curant et intenti sunt in ea opera que consentanea sunt Spiritui sancto, et que fructus spiritus appellantur, Gal. 5.

VERS. 6. — *Non prudentia carnis, mors est, id est, sapere ac vivere secundum carnem, mortem afferit homi corporali, tum animæ, tum presentem, tum æternam æternam.* Hic sensus patet ex textu Grec. ubi est, sapere carnalis. Item ergo hic sunt hæc quatuor, scilicet sapere, sentire, sapientia et prudentia; que non aliud significant quam amorem, affectum, curam et studium carnis, id est, rerum carnalium; vel spiritus; id est, rerum spiritualium. Prudentia autem spiritus, vita et pax; id est, sapere, amare, sectari spiritualia, vitam æternam, pacem, id est, omnium bonorum proventum, et tranquillam possessionem conciliat. Gloria, et honor, et pax omni operanti boni.

VERS. 7. — *Quoniam sapientia carnis (sapere carnalia) inimica est Deo; dat hic causam cur prudentia et sapientia carnis non vitam, sed mortem afferat; quia*

Propterea quod cogitatio carnis inimicitia est adversus Deum.

Rationem assignat ob quam sapientia, prudentia, cura, amor et studium carnis sit mors, seu mortem afferat; quippe inimica est Deo, seu, ut ait Syrus, inimicitia est in Deum; legi Dei repugnat, ipsi rebellis est. Hinc legi Dei subijci non potest; est enim illius repugnancia et oppositum.

VERS. 8. — *QUI AUTEM IN CARNE SUNT...* Grec.: *At in carne existentes, Deo placere non possunt.* Syrus: *Proinde ii qui in carne sunt, etc.* Dat rationem cur sit inimica Deo. Deus quippe est Spiritus purissimus. Hinc impurus carnis affectus odio habet, et carnales odit. *Non permanebit spiritus meus in homine, quia caro est.* Genes. G. 5. Carnis et carnalium amor est Deo contrarius, inimicus, repugnans. Hinc mors animæ, quam à Deo, vitæ, et vitæ fonte, separat.

Hinc lethalem et funestum amorem in corde meo penitus extingue, Deus! est enim animæ mors pressens, et mortis æternæ principium. Hic amor in æternum erit Deo contrarius; et hæc contrarietas et oppositio cum Deo, qui est vitæ ipsa, erit æternæ mortis origo.

VERS. 9. — *VOS AUTEM IN CARNE NON ESTIS...* SI TAMEN, Grec., *si quidem*; SYR., *si verò spiritus*. Hinc tritico dixit, non palea; massa litenti, non stipulae apparent, D. Anselm. Vos, qui baptizati estis, et per Spiritum sanctum renati, non estis carnales; nec carnalia curatis; nec sequimini; sed in spiritu, id est, sed spirituales, spiritualia diligentes, Spiritu sancto sine afflato, ut in spiritu sitis quodam modo conversi.

SI TAMEN SPIRITUS DEI HABITAT IN VOBIS, id est, si non recessit à vobis; si habitat, sedemque fixerit minimum ipsa inimica est Deo, et legi divine. Vita autem nostra animæ maxime beatæ à Deo pendet, et donatur Dei amicitia, non inimicitia; nam inimicos suos Deus æternam morte punit.

Legi enim Dei non est subiecta; nec enim potest, subaudi, subijci legi Dei; veluti si dicas: Vitium virtus esse non potest, nec inclinare ad ea que sunt virtutis; id enim nature ejus omnino contrarium est.

VERS. 8. — *Qui autem in carne sunt (qui carnis affectibus serviunt, eosque explent, qui carnaliter vivunt) Deo placere non possunt.*

VERS. 9. — *Vos autem in carne non estis, sed in spiritu, q. d.:* Vos carnales non estis; carnalia non queritis, non amatis, sed spiritualia; anima enim magis est ubi amat, quam ubi amat. Baptizatos alloquitur; et sensus est: Vos jam baptizati, et per Spiritum sanctum renati, non estis subditi carni, ut sapientia ea que carnis sunt, et secundum carnem ambulatis; sed estis subditi spiritui, ut sapientia ea que spiritus sunt, et secundum spiritum ambulatis.

SI TAMEN SPIRITUS DEI HABITAT IN VOBIS, q. d.: Quando quidem Iam Spiritus Dei in vobis habitat, propterea in spiritu estis. Habitat Spiritus sanctus in homine per fidem vivam et charitatem formatam, et per opera inde procedentia. Spiritus sanctus per spiritum gratie inhabitat in anima nostrā.

SI QUI AUTEM SPIRITUM CHRISTI NON HABET, hic non est ejus, id est: Si quis vestrum non habet inhabitantem Spiritum Christi, aut non agitur Spiritu Christi, videlicet amulando secundum spiritum, et sapiente ea que spiritus sunt; hic ad Christum non pertinet, intellige, tanquam vivum ejus membrum, et palmes

permanentem in vobis, velut templis suis.

SI QUI AUTEM SPIRITUM CHRISTI..., id est, si quis Spiritum sanctum, quem Christus, caput nostrum, illi per baptismum communicavit, amplius non habet; hic non est ejus, id est, non pertinet ad Deum, tanquam membrum vivum. Ergo non sufficit credere et baptizatum esse, ut quis sit verus christianus; sed præterea requiritur ut Spiritus verus habitat.

Attendat hic quisque sibi. Triplicem invenio Spiritum, Christi scilicet, mundi et diaboli; spiritus Christi mihi est, et humilis, et ecclēstias; spiritus mundi vanus, carnalis et terrenus; spiritus diaboli, superbus, arrogans et invidus. Hinc agnosce cuius sis spiritus.

VERS. 10. — *SI AUTEM CHRISTUS IN VOBIS EST* id est, si Spiritus Christi habitat in vobis, corpus quidem mortuum est, corpus quidem vestrum morti obnoxium est, propter peccatum, Adhuc scilicet per quod mors intravit in mundum. Spiritus vero vivit. VERS. 11. — *Quod si Spiritus estis, id est, anima vestra vivit vitæ gratia per iustitiam Christi.* Christianus constat ex corpore mortuo et spiritu vivo; corpus habet morti obnoxium, et ita certo et brevi moriturum, ut jam mortuum dicitur: spiritum habet vitæ gratia vivum, vitæ gloriam brevi victurum. Peccatum et concupiscentia in nobis mortis origo; Spiritus sanctus in nobis vitæ principium; sicut in se vita est essentialis, sic in nobis est fons vitæ spiritualis, habet nobis infundens et communicans. Ex nā parte nobis timendum, quia mors in medio nostræ; ex altera gaudendum, quia vita in nobis. Spiritus sanctus vitæ nostra, vitæ cordis et spiritus nostri.

VERS. 11. — *Quod si Spiritus estis, id est, Dei Patris, qui creavit Jesum; et Pater Christum fructuosus in vitæ; et quia non sic ad Christum pertinet, ideo tandem abscedetur.* Insuper Apostolus Christi divinitatem in eo quod omnium Spiritum modis Dei, modo Christi Spiritum nominat.

VERS. 10. — *Si autem Christus in vobis est, scilicet per Spiritum suum, id est, ut manifestetur sit amicitia cum parte præcedente, si quis Spiritum Christi habet.*

Corpus quidem mortuum est propter peccatum. Mortuum corpus vocat, quod paulo post mortale; sed ideo dicit mortuum, quia non tantum tale est, ut mori possit; sed quod corruptionem in se habeat, quæ perpetuo et inevitabiliter tendat ad mortem. Mortuum ergo est, post peccatum, id est, mortis necessarii fatum est obnoxium, ita brevi et certo, ut quasi jam habeatur, et dicitur mortuum. Ita S. Augustinus.

Spiritus vero vivit propter iustificationem. Sensus est: Si Christus in vobis est, tunc est corpus vestrum mortuum est propter peccatum, spiritus tamen restituitur mens vestra vivit vitæ gratia per iustitiam, quam in hoc efficit Christi spiritus in vobis habitans. Vel hoc sensu: Si Christus in vobis est, igitur spiritus ejus vitæ vestra est, id est, vitam vobis tribuit ac vivere vos facit per iustitiam quam in vobis efficit.

VERS. 11. — *Quod si Spiritus ejus (Spiritus Patris) qui creavit Jesum à mortuis, habitat in vobis, intellige per iustitiam, idque perseveranter.*

Qui creavit Jesum Christum à mortuis (ipse Deus Pater) vivificabit et mortalia corpora vestra. Vivificabit autem Deus mortalia corpora vestra, resuscitando illi eam vitam immortalē et beatam, exemplo Christi capitis et primogeniti mortuorum. Vivificabit, nimiti-

scitavit, et Christus propria virtute resurrexit; et a Spiritu sancto suscitatus est, quia eadem potentia Patris, Filii et Spiritus sancti; HABITAT IN VOBIS: scilicet per justitiam; qui suscitavit, id est, hic Spiritus, qui Christum suscitavit, et vos resuscitabit; non tantum, sed vivificabit et immortalitatem, id est, ad vitam immortalis suscitabit vestra corpora, seu non suscitabit tantum ex mortuis, sed et ex mortalibus reddet immortalia.

PROPTER INHABITANTEM SPIRITUM SANCTUM, id est, propter dignitatem quam corpora vestra habent in eo quod fuerint receptacula Spiritus sancti; ait divus Thomas.

Corporis nostri resurrectio est sequela baptismi: jus adoptionis nostrae, effectus inhabitantis sancti Spiritus in nobis. Spiritus sanctus nobis in justificatione datur, sicut arrhabo seu pars pretii, ut fidelis ipsam vitam pretium; id est, vitam aeternam corporis et animae sceleratorum. Spiritus ergo sanctus vitae fons est in nobis, sicut fuit in Christo fons vitae; sicut ergo Christus a mortuis surrexit, propter inhabitantem Spiritum Dei in illo, ita et nos resurgemus propter eundem Spiritum in nobis habitantem. Sicut autem Christus, quia Spiritus sancti plenitudo habitabat in eo, resurrexit immortalitate et gloria plenissima, ita et nos, quia anima nostra de sancti Spiritus plenitudine receperit, et plus corpus nostrum de Christi gloria participabit.

Quia ergo frequentius et instantius petere debemus? Veni, sancte Spiritus! Spiritus vite! fons salutis! radix immortalitatis! posside cor et corpus meum.

VERS. 12. — ERGO, FRATRES, DEBITORES SUMUS... Conclusio est ex praecedentibus; loquitur autem Apostolus de carne, sicut supra de peccato; id est, ipsi velut personae, dominium et regnum affligit. Non caro, sed spiritus nobis debet dominari: spiritui enim, non carni, debemus quod sumus Christiani; quod anima nostra vivit vitam gratiae, et in aeternum victura sit vitam gloriae; quod et nostra corpora ex mortalibus

rum in resurrectione, hoc est, donabit vobis corpora immortalia et gloriosa, propter inhabitantem Spiritum eius in vobis. Rectius spiritum suum, vel, ut in Graeco, suum spiritum, ut ad Deum Patrem Spiritus referatur; iuxta id quod praecessit: Quod si Spiritus eius, qui suscitavit, etc. Hinc enim potest Spiritum sanctum per spiritum charitatis in nobis inhabitantem esse causam resurrectionis, et vitae gloriosae. Est enim hic Spiritus in se vita, omnia animans, vegetans et vivificans; ac proinde sicut Christi corpus, ita et nostrum vivificabit in resurrectione; si ipse in nobis inhabitet.

VERS. 12. — ERGO, FRATRES, DEBITORES SUMUS NON CARNI, etc. Supple, sed debitores sumus spiritui, ut secundum spiritum vivamus; q. d.: Dixi haec non esse in carne, sed in spiritu, et a Christo translatum esse a carne ad spiritum. Christus enim novam spiritum vitam induxit. Ergo cum in baptismo nos abstraxerimus Christo, quasi parenti et capiti nostro, sequitur pariter nos obstrictos et debitores esse non carni, ut carnaliter, sed spiritui, ut spiritaliter vivamus. Christus enim est, et vivit, non in carne, sed in spiritu.

VERS. 13. — SI ENIM SECUNDUM CARNEM VIVERITIS, morientini, videlicet morte aeterna nequaquam futuri par-

futura sint immortalia; ergo secundum hunc Dei Spiritum vivere debemus, non secundum carnem.

VERS. 13. — SI ENIM SECUNDUM CARNEM VIVERITIS, morientini, morte culpa; in praesenti; morte damnationis aeternae, in futuro, ait D. Thom. SI AUTEM SPIRITU FACTA CARNIS, id est, prava desideria ad peccatum inclinantia, mortificaveritis, vivetis, ut filii Dei, vitam gratiae nunc, vitam gloriae in caelis.

VERS. 14. — QUICUNQUE ENIM SPIRITU DEI AGATUR... Probat quod dixit, vivetis, qui, qui a Spiritu sancto intus inhabitante, per gratiam agatur (Syrus, dicitur, reguntur), et hinc gratiae, seu sancti Spiritus motibus consentientes, seu obediētes, opera carnis mortificant, et spiritualia exercent (seu, ut ait Aëtioptica versio, omnia qui peragunt ea, quae sunt Spiritus Dei). Haec verē sunt filii Dei, et consequenter haec heredes illius, ut dicitur v. 17, et ideo vivunt cum illo. Notat hic D. Chrysostomus, quod non dixerit Apostolus: Quicumque Spiritum acceperit, hi sunt filii Dei, sed: Quicumque Spiritu Dei agatur; dicitur, reguntur, ut ostendat quod non sufficit Spiritum sanctum in baptismo recepisse, sed praeterea requiritur ut a Spiritu sancto regatur, coque doceat et rectorē vitam spirituali et Deiformi vivamus. Ex eodem D. Chrys., non nostro debemus instituto vivere, sed nos, id est, et corpus et animam debemus Spiritui Dei subijcere, ut gubernatori navigii, ut aëri: nostro. Illud autem, agi, regi, gubernari, neque coactionem, neque necessitatem importat, sed motioem, seu passivam nostrae voluntatis inclinationem, quae non excludit libertatem, quia homo ipse agit, et seipsum agit. Agitur et agimus.

Itaque spiritu vivamus, regamur, spiritu malas interficiamus cupiditates, non carnales tantum, sed et superbia, invidiam, propriam voluntatem, etc. Ita vivere spiritu, ita spiritui obedire, vita vere christiana est; vita filiorum Dei est; vita certa ad aeternam corporis et animae vitam, enjus arrhabo et pretium est Spiritus sanctus, v. 11.

tiētes beatae resurrectionis, eo quod Spiritum sanctum non habueritis in vobis habitantem.

SI AUTEM SPIRITU FACTA CARNIS MORTIFICAVERIS, vivetis, Spiritus, id est, per Spiritum sanctum, de quo statim subiungit: Quicumque Spiritu Dei agatur. Inde enim habet, probat Augustinus Spiritum sanctum hic intellexit, non autem spiritum hominis. Porro carnis opera per Spiritum sanctum mortificamus, quando ipso in nobis et nobiscum operante pravis desideriis ad ejusmodi opera incitantibus non consentimus, sed resistimus. Vivetis, vitam aeternam, non solum animarum, sed etiam corporum; ad quam vitam propter inhabitantem Spiritum suum in vobis, Deus ad exemplum Filii sui vos resuscitabit.

VERS. 14. — QUICUNQUE ENIM SPIRITU DEI, etc. Per adoptionem, quibus a Deo promissa atque parata est hereditas vitae aeternae. Unde S. Aug.: Hoc, inquit, nihil aliud est. Ergo agatur, non agimus. — Respondeo, imo et agis, et ageris, et tunc bene agis, si a bono agaris. Spiritus enim Dei, qui te agit, adiutor est agentibus; intelligit si illi sunt, se Spiritu dei agi, ut quod agendum est agatur, et cum operari, illi a quo agatur, gratias agant. Aguntur enim, ut agant, non ut ipsi nihil agant, et ad hoc eis ostenditur quid agere debeant, ut quando id agunt, sicut agendum

VERS. 15. — NOS ENIM ACCEPISSE SPIRITUM SERVITUTIS. Probat eos, qui sic Spiritu Dei aguntur, esse Deo filios, quia hic Spiritus est adoptionis filiorum spiritus, et ad hoc nobis datus, ut eodem spiritu cum Christo Filio Dei, clamemus ad Deum: Pater noster. Vide parva textum ad Galat. 4, v. 6. Non enim accepistis in baptismo spiritum... IN TIMORE; Gr. in timore; Syr., ad timorem, ad timendum, et more servorum, timore poenae obediendum; ITEM, id est, sicut acceperunt Judaei.

Sed, inquit, nunquid iusti in lege veteri erant filii Dei? — Resp. quod erant quidem, sed minores, et quasi servi, sub lege quasi sub pedagogo, et a servis in nihilo dissimiles. Vide Galat., c. 4, v. 5.

SED ACCEPISSE SPIRITUM ADOPTIONIS... filialem, scilicet charitatem, imo et ipsum Spiritum sanctum. Vide c. 5, v. 5. Sicut Verbum divinum Christo homini semetipsum dedit, ut hic homo, qui dicitur Christus, fieret Filius Dei; ita a proportione Spiritus sanctus datur nobis in baptismo, ut simus filii Dei. Vide Cornel. a Lap. hic (infra).

IN QUO CLAMAVIMUS... per quem adoptati Deum invocamus, ut Patrem amantissimum, non timide et submissè, sed libere et alte clamantes: ABBA, PATER.

Nota 1^a quod Apostolus non satis habet dicere quod spiritum libertatis recepimus, sed dicit, spiritum adoptionis, quia ex servis non tantum liberi facti sumus, sed et filii Dei. Nota 2^a quod et non sufficit dicere, in quo dicimus orantes, sed in quo clamamus, seu audacter et publice clamamus: ABBA, PATER. Huic conformis est quod canit Ecclesia: Praeceptis salutaribus moniti, et divina institutione formati, audacter nus dicere: Pater noster, etc. Hoc nos Christus docuit Matth. 6.

Nota denique duarum vocum idem significantium conjunctionem: ABBA, PATER; ABBA Hebraicè, seu Syriacè idem significat ac a $\alpha\beta\beta\alpha$ Graecè, seu pater Latine; quare ergo has duas voces hic simul jungit Apostolus? Ut significet Judaeos et Gentiles pariter vocatos ad filiorum Dei adoptionem: Ita D. Augustinus, lib. de Spiritu et Litera, cap. 32, et lib. de Consensu Evangelic., c. 4. Forè etiam quia ad ipsius Christi orationem in hortu alludit Apostolus, ut nobis est, id est, cum dilectione et delectatione iustitiae, suavitatem quam dedit Dominus, ut terra coram daret fructum suum, accipisse se gaudent.

VERS. 15. — NON ENIM ACCEPISSE SPIRITUM SERVITUTIS ITERNI IN TIMORE, id est, ad timorem; q. d.: Non accepistis spiritum servorum ad timendam ut Judaei, qui metu poenae a peccatis coercerentur; ut timore suppliciorum obsequii sitis ad legem Dei implendum. Spiritus timoris est spiritus servilis, quem acceperunt Judaei, et quasi servi legi obedirent.

Sed accepistis spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus: ABBA, PATER. Spiritum adoptionis, id est, charitatem et gratiam Spiritus sancti, vel potius ipsius Spiritus sancti, per quem adoptati sumus in filios Dei. Nam de Spiritu sancto subdit quod testimonium reddat spiritui nostro quod sumus filii Dei. Unde et hoc loco nota: Filialio et adoptio nostra in eo videtur consistere, quod sicut Deus Christo homini, dedit seipsum, id est, Deitatem et Verbum, ut hinc hominem qui dicitur Christus, faceret Filium Dei: ita

indicit quod licet adoptivi tantum filii, eodem tamen spiritu, et isdem vocabitis, Deum Patrem nostrum alloquamur, ac Christus ipse primogenitus et consubstantialis filius allocutus est: ABBA, PATER, Marc. 14, 36. Forè et ad hoc vocum repetitione fervorem magnumque affectum significet, quo debemus Patrem coelestem orare: ABBA, PATER. Forè et ad filialem fiduciam, quae nos Christiani possumus statim a baptismo Patrem divinum alloqui, etique in orationibus nostris, quasi parvuli infantes, blandula et iteratè voce balbutientes dicere: PATER, PATER. Quidquid sit de verè hujus repetitionis causâ, magnus sanè et maximus honor Christiano concessus, et qui ante Christi adventum non fuit hominibus concessus; etsi enim iusti fuerint etiam tunc filii Dei; etsi Deum, ut Patrem suum agnovissent, nullus tamen ante Christi praecipuum hanc formatum oravit: ABBA, PATER; diserunt se filios ratione creatos, Isai. 64, 8; ratione providentiae, Sap. 14, 3, non ratione adoptionis.

Vide in, ut eodem quo Christus spiritus dicas, filiali scilicet amore; frustra enim clamamus: ABBA, PATER, nisi clamet amor. Vide Epist. ad Gal., cap. 4, v. 6.

VERS. 16. — IPE ENIM SPIRITUS TESTIMONIUM REDDIT... Graecè: *confeturatur*, seu *confestatur*, id est, et *ipsemet spiritus*, in quo et per quem clamamus, hoc affectu filiali, quo nos ad talem clamorem excitat, confestatur, seu simul cum spiritu nostro testatur nos esse filios Dei. Nota 2^a quod et non sufficit dicere, in quo dicimus orantes, sed in quo clamamus, seu audacter et publice clamamus: ABBA, PATER. Huic conformis est quod canit Ecclesia: Praeceptis salutaribus moniti, et divina institutione formati, audacter nus dicere: Pater noster, etc. Hoc nos Christus docuit Matth. 6.

Dici potest quod et ipse Spiritus sanctus nobis a Deo datus, testimonium sit nos esse filios Dei, quia ipse est spiritus filii; et Deus spiritum filii sui non datur nisi eis, quos vult habere filios. Addi possunt alia testimonia interna, quibus Spiritus sanctus spiritui nostro testatur nos esse filios Dei, v. g., horror peccati, amor Dei, promptum ad obediendum ei, et Spiritus sancti motibus obtemperandi, pax interna, et tranquillitas conscientiae nullis saltem malis et gravibus peccatis obnoxia.

nobis dat Spiritum sanctum, ejusque Deitatem, ut nos faciat suos filios, nosque adoptet. Sic enim apud homines pater dicitur, quo naturam suam filio communicat. Cum ergo patri modo Deus dandum nobis Spiritum sanctum, naturam suam divinam nobis communicat, sequitur eum tunc nos facere et adoptare in filios.

In quo, per Spiritum sanctum, clamamus, non voce, sed filiali et filiali affectu. ABBA, id est, PATER, praedilectio et teneritudine amoris, quasi infantes iustis, qui charissimum parentem balbutientes blanditiâ et iteratè a voce compellere solent: PATER, PATER; quia filiorum Dei est Deum Patrem vocare, idque Christi Filii Dei naturalis exemplo, qui toties in Evangelio vel orans vel docens Deum Patrem suum appellat; deinde et Christi praeecepto, qui nos docuit sic orare: Pater noster, qui es in caelis, Matth. 6.

VERS. 16. — IPE ENIM SPIRITUS, etc. Misit enim Deus Spiritum Filii sui in corda nostra clamantem: ABBA, PATER, Gal. 4. Quoniam igitur et spiritus noster clamat: ABBA, PATER, atque illipsum in corde seu spiritu

Cave tamen ne cum hæreticis putes hæc testimonia esse certa certitudine fidei; ita ut per ea certi simus et infallibiliter credamus nos esse filios Dei. Licet enim testimonia illa, quando et quatenus sunt à Spiritu sancto, certa sint et infallibilia, tamen quatenus nobis exhibentur, non sunt nisi conjecturaliter et moraliter certa, quia certi non sumus an à Spiritu sancto procedant, an à spiritu malo se in angelum lucis transfigurante.

Vers. 17. — *Si autem filii, et hæredes...* id est, si Patris celestis sumus filii, ergo et illius hæredes, quia hæreditas patris debetur filiis. Ille tamen per hæreditatem non intelligitur jus succedendi in bona defuncti: Deus enim Pater noster immortalis est; sed intelligitur firma, æterna et inalienabilis possessio ipsius Dei. Ipse Deus hæreditas nostra est: *Dominus pars hæreditatis mee*, Ps. 135; ad illius autem possessionem admittuntur filii adoptivi, per visionem beatitudinem.

Hæredes ergo Dei, id est, Deo fructuri, simul cum eo immortaliter victuri, et feliciter regnaturi. Hæc hæreditas accessio est, non successio, et, ut ait S. Anselmus, non minuitur multitudine filiorum, nec sit angustior numerositate coheredum; sed tanta est nullis quantà pietas; tanta singulis, quanta omnibus. *Hæredes quidem Dei*, Patris nostri; **coheredes autem Christi**, Filii Dei naturalis, tanquam fratres ejus. *Prærogativa in multis fratribus.*

Si tamen compatitur, id est, si tamen constanter adversa patimur, et eo animo quo Christus passus est; et **et congruicentur**, id est, ut etiam ipsius glorie sumus participes.

Nota hic duo: primum, quod sumus hæredes Dei vivi; secundum, quod sumus coheredes Dei hominis mortui; ut hæredes Dei vivi possideamus in celo, debemus secundum Dei spiritum vivere, spiritu facta carnis mortificare, spiritu Dei agi et ipsi obedire, v. 13, 14; ut cohereditatem Dei in cruce mortui capiamus, debemus pro Christo et cum Christo pati et mori in cruce nostrâ. Sine crucis participatione, nulla est glorie participatio; certa autem atque securâ est expectatio promissæ beatitudinis, nisi est participatio Dominicæ Passionis, ait S. Leo, serm. 9 de Quadrâ.

nostro clamat Spiritus sanctus, ideo dicit Apostolus Spiritum sanctum confirmari spiritu nostro, id est, non cum eo testari, illo ipso clamore, quem in spiritu nostro excitat, *quod minus filii Dei*. Quæres, quomodo est hoc testimonium? S. Chrysostomus et Volterrus respondent: testimonium hoc esse clamorem, de quo locutus est Apostolus: *omni enim clamamus illi ad affectu: Abba, Pater*, per Spiritum sanctum, etc.

Vers. 17. — *Si autem filii Dei sumus, ergo et hæredes Dei sumus; nam hæreditas filii debetur, non servis; et ad hoc adoptatur quis in filium, ut sit hæres. Hæreditas ista principaliter Deus ipse est, cui dicitur: Dominus pars hæreditatis mee, Psalm. 135.*

Hæredes quidem Dei, coheredes autem Christi. Filii quidem hæredes tanquam Patris, Christi autem coheredes tanquam Fratris nostri.

Si tamen cum compatitur, ut et congruicentur. Clarior: Si tamen cum eo patimur, ut et cum eo glorificemur.

Vers. 18. — *Existis enim quod non sunt cogitata...* Ne quem terreat præscripta patienti conditio, addit: *Persuasum autem habeo nullam esse paritatem afflictionum temporalium cum futurâ beatitudinis æternæ gloriâ. Quæ proportio momenti ad æternitatem? modicæ pœnæ, ad Deum remuneratorem? nulla est ex naturâ; sed ex gratuito decreto ac promisso Dei.*

Quæ revelabitur is nobis. Nunc quidem Deus in nobis est: at in æternitate gloriæ suam in nobis revelabit, seipsum in nobis manifestabit; **revelabitur**, manifestabitur; velamen auferetur, ut Deus, qui in nobis est, videatur in se, id est, talis qualis est. Ubi nota discrimen inter mundi et cœli gloriâ. Gloriâ mundi tota est externa, in aliis potius quam in nobis; fulgor est transiens, sonus fœmæ; est enim clarâ fama cum laude. Gloriâ Dei erit in nobis, in animâ, in corpore existens, coexistens et superexistens; in nobis, inquam, sed non à nobis aut ex nobis, sed ex Deo et à Deo.

Vers. 19. — *Nam expectatio creature...* Tanta est illa gloriâ filiorum Dei, ut eam omnis creatura expectet anxie et sollicitè. *Prosopopœiam amat dicitur Paulus, ut supra videre est de peccato, de lege, de morte, etc., et hic de naturâ. Prosopopœia igitur fingit mundam, seu creaturam rationis expertem et corruptioni obnoxiam; fingit, inquam, velut personam, quæ magno desiderio expectet gloriâ filiorum Dei: nempe ut unâ cum eis, quasi dominis quibus servit, gloriâ, id est, renovationem et ultimam perfectionem accipiat. Nam expectatio, Græcè, *anxia et sollicita expectatio, expectatio*, attentâ expectatio, qualis est eorum qui capite arrecto aliquid sollicitè observant; sicut, v. g., speculatores seu in speculâ consulti faciunt. *Expectatio expectat*, ut significetur avidissimum desiderium. Itaque universa hæc sensibilis mundi machina attentè et erecto capite, quasi è speculâ prospicit, et expectat hanc patefactionem filiorum Dei, seu tempus illud in quo apparebit qui verè sunt filii Dei. Vila præsens non est tempus patefactionis hujus; multi nunc apparent filii Dei, qui reverâ non sunt; alii sunt quidem, sed non putantur esse. Expectemus, desideremus, sollicitè spectemus illud tempus; interim gemamus, oremus; orantes*

Sicut enim Christus quamvis et Filius esset et Hæres, merito suæ passionis ad gloriâ pervenit, ita etiam, merito suæ, etsi jam illis et sit Hæres, merito patientiæ, quâ Christo compatimur, gloriâ ejus consortium adipiscet.

Vers. 18. — *Existis enim, etc., ad gloriam suo tempore revelandam seu manifestandam ergo vel circa nos, videlicet in adventu Christi ad iudicium; q. d.: Modicâ passione emes gloriâ immensam, quasi si obolo emeris totum orbem. Si quis etiam hostis coronatus non gemas in dorsum tuum conijceret, non doleres, sed gauderes; colligeres ea, et, ut ait S. Augustinus: Talibus lapideis lapidari vellem Parisiis Aurelianæ usque. Hæc gemma, hic lapides preciosi, sunt tribulationes. *Hujus temporis, q. d.: Momentanea passione emes beatam æternitatem.**

Vers. 19. — *Nam expectatio creature, etc.* Tota hæc creatura que hominum vultus observet, attentissimâ

et gementes et bonum operantes, expectemus gloriâ filiorum Dei.

Eheu! cur timeat Christianus, quod omnis creatura vehementissimè desiderat?

Vers. 20. — *Vanitas enim subiecta est, id est, continue mutationi et corruptioni obnoxia est.* Vanum hic idem ac fluxum et mutabile; non volens, id est, non sponte suâ; qualibet enim res naturaliter horret et fugit corrumpi; **sed propter eum**, id est, Deum, qui subiecit eam. *In spe*, id est, non in perpetuum, sed ad tempus, factâ illi certâ spe liberationis, quæ continget in universali resurrectione.

Vers. 21. — *Quia et ipsa creatura liberabitur...* Tunc enim et ipsa creatura liberabitur a servitute, quæ corruptioni et mutabilitati subiecit; tunc enim cessabit generatio, corruptio, motus colorum.

In libertatem gloriæ filiorum Dei, id est, et ab hæc servitute transferetur in libertatem similem libertati filiorum Dei. Novis qualitatibus dotabuntur elementa. Erit cœlum novum, terra nova; sicut nutritrix pueri regis, dum coronatur puer, etiam ipsa propter puerum participat de bonis regis, et sicut servi ad dominorum gloriâ splendidiore veste exornantur. **Ex D. Chrysostomo.**

Vers. 22. — *Scimus enim quod omnis creatura ingemiscit...* Græcè: *Et compatitur usque nunc*, Syr.: *Scimus enim omnes creaturas suspirare et parturientia pati dolores ad hunc usque diem.* Amplificat prædictum omnis creature desiderium, metaphorâ sumptâ à muliere parturiente, quæ genuit in partus dolore expectans ab onere liberari. *Omnis creatura*, id est, omnes mundi partes simul suspirant; *et compatitur*, etc., id est, simul condolent magno dolore, quasi feminæ parturientis, et liberationem suam cum genuit expectant usque adhuc, id est, ab initio mundi usque nunc.

Finit hic illa Apostoli metaphora, quæ sic immensitatem futurorum bonorum nobis declarat, ut et nos pudelicat tanta bonâ nihil desiderantes; quasi diceret: *Cœlum, terra, elementa et creatura congemiscunt et compatiantur ab initio mundi usque nunc.*

observatio tempus illud expectat, quo gloriâ filiorum Dei manifestabitur, id est, quo illi Dei gloriosi apparebunt. *Expectatio*, id est, sollicita, anxia; et quasi erecto exsertoque capite expectatio, scilicet ab origine mundi. Non dicit: *Creatura expectat*, sed: *Expectatio creature expectat*, q. d.: *Creatura ita avidè hanc gloriâ expectant, ut videantur esse ipsæ expectatio.*

Vers. 20. — *Vanitas enim creatura subiecta est.* Vanitas hæc est defectus mutabilitatis, et opera scilicet, libores, passionis et corruptibilitatis, quibus creatura occupatur propter hominem.

Non volens, id est, non sponte suâ, non ex inclinatione sua natura; cum utraque res naturaliter suam appetat perfectionem, corruptionem autem et defectum fingat: sed ex ordinatione, velutque præcepto Dei, qui illam, hominis culpâ sic exigente, subiecit hinc vanitati, non in perpetuum tamen, sed ad tempus, factâ ei spe liberationis.

Sed propter eum (Deum) Deique ordinationem qui (hinc vanitatis) eam subiecit in spe, propter hominem, et scilicet illi serviat in hoc mortali statu sub spe liberationis et commutationis in melius.

vehementissimè desiderantes regnum Dei Creatoris sui, et redemptionem seu libertatem filiorum Dei, quibus ipse servitum. Et nos filii Dei servitum nostram amamus; Liberatores nostri reformidamus alitem; ad ipsius approximationem tropidamus; adventum regni, quod quotidie rogantes petimus, cum metu refugimus.

Ne creaturâ efflicare deterior! neu tu presentibus rebus acquiescas! sed regnum Dei desiderans, ingenitise ob retardationem nostrâ ab hoc orbe profectiois. **D. Chrys. Downse, adauge fides;** ut mihi regnum tum verè desiderare, ut corde sicut et ore dicam quotidie: *Adveniat regnum tuum*, et consequenter mortem aspiciam, non tui destructionem, sed ut nostram ad æterni regni gloriam participationem.

Vers. 25. — *Non solum autem illa...* id est, non solum creatura irrationalis genuit, sed et nos ipsi, sive apostoli, sive fideles, primitias sanctitatis habentes, id est, qui primos Spiritus sancti fractos cum abundantia percipimus; fidem, spem, charitatem, virtutes infusas, dotes et charismata, que tunc abundant in primitiâ Ecclesiâ.

Et ipsi intra nos gemimus, etc.; nos, inquam, his non satiat, sed ad perfectiora nobis promissa allecti, intra nos ipsos gemimus, anhelantes ad plenam et consummatam infortionem, id est, ad æternam felicitatem, ad quam adoptati sumus, redemptionem corporis nostri, id est, quod liberabitur à mortalitate, concupiscentiâ et omnibus hujus vite miseris.

Duplex est adoptio filiorum Dei: una hujus seculi imperfecta, qua filii per gratiam, quæ secundum mentem regenerantur, adoptantur; altera futuri seculi consummata, quæ secundum totum hominem renovamur ad gloriâ; et ad hanc perfectam et consummatam renovationem fideles sancto Spiritu pleni anhelant. Omnia gratiæ dona nunc sunt primitiâ tantum et initiâ plenæ et perfectæ redemptionis; et hæc primitiâ sanctos excitant ad plenam metam desiderandam. *O perfecta resumptio!* o plena et integra adoptio! o consummata satei Spiritus effusio! quando fiet in nobis?

Vers. 21. — *Quia et ipsa creatura, etc.* Creatura liberabitur a servitute corruptionis tunc quando filii Dei suam assequentur perfectam et gloriosam libertatem.

Vers. 22. — *Scimus enim quod omnis creatura, etc., q. d.: Omnes creature inanes anxie, et magno cum dolore finem malorum loquantur.* Apostolus non de omni prorsus creaturâ loquitur, sed de eâ que in ministerium hominum facta est, id est, corporea, ac præcipue de mundo hoc infecto, qui sedes est corruptionum et corrupturarum mutationum. Si habere sensum, generentur quasi parturientes, idque ab exordio mundi et lapsus huiusmodi, usque nunc.

Vers. 25. — *Non solum autem illa, sed et nos ipsi primitiâ Spiritus habentes, et ipsi intra nos gemimus.* Chrysostomus ac ceteri heretici Græci interpretantur dictum in personâ omnium regeneratorum, quos antea primitiâ Spiritus habere, quia principium aliquod gustumque Spiritus sancti, velut pignus acceperunt in donis sibi collatis, interim expectantes et anhelantes ad plenitudinem illam sibi repositam in futuro.

Adoptivum filiorum Dei expectantes, redemptivum

Vers. 24. — *Spe enim salvi facti sumus...* Rationem dat, ob quam fideles anhelant ad perfectam adoptionem, sed ad Dei gloriam: quia scilicet, spe tantum, non dum re salvi facti sumus.

Spe autem quae videtur... id est, spes autem non est de re, quae videtur et possidetur; nam quod videtur quis, etc., id est, quod quis videt, tenet et possidet, cur speret illud, cum jam habeat?

Vers. 25. — *Si autem quod non videmus...* cum spes sit rerum non praesentium, sed futurarum et expectandarum per patientiam; sine ingenitumque; donec possideamus. Haec vita vera fidelibus est expectationis, gemitus, et patientiae vita. *Inspici ducant vitam in bonis et in gaudio; moriantur autem in gemitibus.* Vere fideles gemit in vita, letantur in exitu: *Letatus sum in his quae dicebantur mihi; in domum Domini ibimus.*

Vers. 26. — *Similiter autem et Spiritus adiuvat...* Graec. : *Sicut recipit infirmitates nostras.* Syr. : *opitulatur.* Item et Spiritus sanctus simul suscipit, seu consuevit infirmitates nostras, id est, eas quasi manu supposita, nobiscum sustentat, ne deficiamus et laboremur.

Nam quod oramus, sicut oportet, nescimus... Tanta est infirmitas nostra, ut nequidem sciamus quid aut qualiter oramus, sicut oportet, ut exaudiamur.

Seu ipse Spiritus, scilicet habitans in nobis, nostrae curam gerens singulare; postulat pro suis, et loco nostri apud Deum; interpellat quasi advocatus. Postulat autem, non ipse solus, sed una nobiscum et

corporis nostri. Nota: In primo instanti justificationis infunditur homini charitas et gratia, per quam homo participat ad divina naturae, et consequenter accipit ad gloriam; et haeres Dei, ideoque hoc ipso fit filius Dei adoptivus, scilicet Christus est Filius Dei naturalis. Itaque adoptio nostra, qua adoptamur in filios et haeres Dei, contingit nobis in ipsa justificatione. Quod ergo hic Apostolus ait, in coelis deum dandam esse hanc adoptionem, intellige consummatam, quae est ipsa possessio juris et hereditatis, ad quam adoptati sumus, videlicet redemptio corporis nostri, quae partem erit liberatio a mortalitate et concupiscentia, partem gloria corporis ex anime gloria dimissas. Ita SS. Chrysostomus et Ambrosius. Adoptio ergo inchoata hic, sed perfecta erit in caelo.

Vers. 24. — *Spe enim salvi facti sumus, q. d.:* Speramus salutem, quam hic per gratiam inchoavimus, complectendam fore in nobis per gloriam in caelo. Dat causam cur dixerit nos expectare hanc adoptionem filiorum in coelis, quia scilicet necdum re, sed tantum spe salvi facti sumus; per spem enim tendimus ad salutem, quam speramus nos adepturos in caelo; et ideo adhuc gemitus expectantes corporum nostrorum redemptionem, et cum ea perfectum beatitudinis status.

Spe autem quae videtur, non est spes. Sensus: Nulla est spes rei praesentis, quam jam habetur et possidetur; sed spes tantum est rei future, id est, non dum acceptae; sicut fides, rei non vise.

Nam quod videt quis, quid sperat? id est, cur adhuc sperat? ac si dicat: he, quae sperabatur, obtenta, nulla jam restat causa sperandi. Videre enim licet non pro novis sentire, cognoscere, frui, possidere. Loquitur enim Apostolus non de visione Dei, sed de gloria corporis possidendae. Haec enim est redemptio corporis nostri, ut dicit.

Vers. 25. — *Si autem quod non videmus, etc. Si,*

per nos, dum mentem et cor nostrum, quasi sua membra, movet, illuminat, accendit et excitat ad orandum, et aliquando tanto ardore, tantaque vehementia ut nec capere, nec enarrare possimus; ideo GERITIBUS MEMBRABILIBUS.

Hunc sancti Spiritus effectum ut plenius intelligamus, advertite 1^o hominis miseriam. Ad eam miseriam, ut omnibus indigeamus. Ad eam infirmam, ut petere non valeamus. Ad eam ignari, ut nec sciamus quid petere debeamus. Adverte 2^o sancti Spiritus auxilium. Spiritus sanctus per charitatem cordibus nostris infusam, facit primo ut sentiamus quod sumus, scilicet miseri; praeterea adjuvat infirmitatem, ut orare possimus; facit tandem ut sciamus, desideremus et petamus quod esse debemus; et ob id gemitus ineffabiliter, id est, facit ut oreum tantum vi, tantoque fervore, ut etiam expertissimi capere non possint, tantum abest ut effari liceat. Hinc oratori, ait Theodoretus, date vos ipsos ei, qui clavum tenet universi.

Vers. 27. — *Qui autem scrutatur corda...* Graec. : *At scrutans corda, scit quid proderit, et sperat, quia secundum Deum interpellat pro sanctis.* Syr. : *Qui verbis scrutatur corda, id novit quae sit intentio Spiritus, qui iuxta placitum Dei deprecatur pro sanctis.* Arab. : *Quae sit voluntas Spiritus; et enim orat pro sanctis, in his quae spectant ad Deum.* Sensus est: Nobis quidem inenarrabiles sunt hi gemitus; at Deus cordium nostrorum scrutator, optime novit affectum, et Spiritus sancti gementis in nobis; id est, desideria et gemitus quos excitat in nobis; et ita novit ut approbet

nos, speramus salutem, spes autem eorum est quae nondum habentur, ergo cum patientia servituti ac miserie praesentis expectare debemus adjuvante ac libertatem gloriae filiorum Dei.

Vers. 26. — *Similiter autem et Spiritus adiuvat in firmitatem nostram.* Tanquam dicat: Sicut Spiritus contestatur spiritui nostro, quod sumus filii Dei, sic etiam nos infirmos idem Spiritus coadiuvat; ut quae non videmus, per patientiam expectemus; q. d.: Spiritus sanctus praeter gemitum, spem et patientiam, quae in nobis operatur, insuper adjuvat etiam in hoc gemitu infirmitatem nostram, ut scilicet magna alacritate et fortitudine toleremus infirmitates animae et corporis, vite, quae huius corruptibiles, propter quam gemitus et suspiramus ad caelum, utque eas constanter expectemus, maxime per orationem.

Nam quod oramus sicut oportet, nescimus; oratio enim proprium remedium est infirmitati nostram ad eas superandas. S. Thon. : *Scire qui sit petendum difficillimum est, cum sit difficillimum scire qui sit desiderandum.*

Sed ipse Spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Spiritus sanctus postulare seu intercedere pro nobis dicitur, eo quod edicere sua in nobis operatione nos orantes ac postulantes faciat; hic enim est qui adjuvat infirmitatem nostram, quique docet nos quid orare debeamus, cum ipsi hoc sepe nesciamus. Dicuntur autem gemitus inenarrabiles, sive ineffabiles, vel quia procedunt a desiderio rei ineffabilis, id est, caelestis gloriae; vel quoniam ipsi motus cordis, ut proficere ut in Spiritu sancto, satis enarrari non possunt.

Vers. 27. — *Qui autem scrutatur corda, scit quid desideret spiritus.* Graec. : *Novit quid sit sensus spiritus.* Quoniam, inquit Apostolus, Spiritus sancti in nobis gemitus sunt nobis ineffabiles. Deus tamen eorum scrutator optime novit sensum, affectum, desideria

et exaudiat, quia secundum Dei voluntatem facit sanctos postulare, id est, Deo grata, sanctorum salutis utilia.

Sed, inquit, sanctos tantum Spiritus sanctus facit postulare? nonne et peccatores movet, eorumque oratio est impetratoria? Ita et Spiritus sanctus peccatores, licet nondum inhabitans, per suam tamen gratiam movet ad orandum; et eorum oratio erit impetratoria, si petant necessaria ad salutem, si pie petant et perseveranter.

Ex dictis v. 26 et 27, apostolicam disce praxim orandi. Oraturus tu te Spiritui sancto committe; dic illi: *Postulat cor meum, Deus Domine, quid me vis facere? Vias tuas, Domine, demonstra mihi.* Hic agnosce tuam miseriam; omnibus indiges, omnis omnino boni vacuus. Agnosce et infirmitatem tuam, non tantum ad agendum et ad patiendum, sed et ad desideranda et ad petenda quae tibi sunt necessaria. Agnosce et ignorantiam; necis quid expediat tibi; necis quomodo illud oportet postulare. Triplicem hanc impotentiam tuam agnosces, gemit, ad Spiritum sanctum recurre; tu te illius bonitati committe; postula ut adjuvet, dando sensum, quo tuam percipias miseriam; dando lumen et robur, quo discernas et desideres quae tibi necessaria; dando gratiam, qua secundum Dei voluntatem ores: te ergo committens Spiritui sancto, roga ut ipse postulet in te, pro te, tecum, per te, quae secundum Deum.

Vers. 28. — *Scimus autem gentium diligentes, etc.* Hoc valde apposite addit Apostolus, tum ut modis omnibus fideles excitet ad patientiam; de hac enim agit v. 17 et 18, tum ut afflictos soletur, cum eorum orationes videntur non exaudiri; de hoc enim spectatum in posterioribus versibus.

Nescras quoniam oramus; scit autem Spiritus sanctus, ideo ipsis curae nos committere debemus. Unum tamen nos certo scimus, scilicet quod omnia, quantumvis adversa, concurrent, conspiciant, et pariter cedunt in bonum iis qui Deum diligunt. Hinc una nostra cura sit de Deo diligendo et illi obediendo. De adversis proprie loquitur hic Apostolus; non male tamen ab aliquibus extenditur ad prospera et ad adversa; imo et ad ipsa peccata, quae cedunt in bonum praesens et futurum iis qui, etc., in praesentem quidem, quia humiliores, loquiores et cautores resurgunt; in futuro autem, id est, in gloria, sicut beatae conferunt ad gloriam militis, qui finaliter in bello triumphavit, ait Lyranus.

Iis qui secundum propositum, etc. Graec. : *Secundum Spiritus sui sancti gementis in nobis; et ita novit, ut etiam approbet, et exaudiat.*

Quia secundum Deum postulat pro sanctis: quia mirum illis postulat ea quae sunt secundum Deum, Deique mecum et voluntatem, quaeque Deo grata, sancta et accepta sunt. Haec autem nobis salutaria sunt. Ita Chrysostomus, Theodoretus, Ambrosius.

Vers. 28. — *Scimus autem gentium diligentes Deum omnia cooperantur in bonum; q. d.:* Multa, ut dixi, sancti patiuntur in hac vita; veritatemque iis omnia cooperantur in bonum; animosus ergo et laeto animo omnia ista perferant. Omnia ergo, id est, om-

nia propositum vocata existentibus; in Graeco non est *sancti*, nec etiam in Syriaco. Hoc propositum aliqui vocant clavum totius mysterii divinae predestinationis, quasi ex huius propositi intelligentia pendeat apertio illius absconditi mysterii. Constat equidem, quod diversa huius propositi intelligentia respondent diversis divinae predestinationis explanationibus; an vero ex propositi intelligentia nascatur opinio de predestinatione; an ex opinione de predestinatione nascatur explicatio diversa propositi, incertum. Quidquid sit, hic simpliciter communiore aliorum explanationes refero, humiliter tandem et cum tremore aperturus quid sentio de re quam ineffabilem puto.

Propositum, Graeco: *επιθετος* in Scripturis et in divo Paulo, significat aliquando voluntatem hominum, v. g., Act. 11, 25, Act. 27, 15, 2 ad Tim. 5, 10, etc.; aliquando significat voluntatem Dei, Rom. 9, 11.

Hinc natum est dubium de quo propositum hic loquitur Apostolus, an hominum, an Dei? an Dei et hominum? Patres Graeci intelligunt propositum vocatum, seu praeviam bonam voluntatem eorum qui a Deo vocantur. *Propositum* dicit, ut ne totum vocatum tribuatur, etc.; nam si vocatio solum sufficeret, qua tandem causam non omnes salvi facti sunt? propterea, ait, non vocatum tantum, sed et ipsam propositum vocatum, salutem effecisse; namque enim coacta aut volenter facta est vocatio. Omnes igitur sunt vocati, at non omnes obediunt. Divus Joannes Chrysostomus. Valde apposite vocatum propositum adiunxit; non enim vocat simpliciter, sed eos qui habent propositum. Theodoretus. Vocatus est autem homo secundum propositum, hoc est, secundum propriam voluntatem, Theophyl. Idem tribuit Origeni.

Inter Latinos, Ambrosius ita explicat: Hi autem secundum propositum vocantur, quos credentes credenscit Deus futuros sibi idoneos, ut antiquam crederent, scirentur. Idem et D. Hieronymo tribuitur. Circa quam explanationem, si intelligatur quod bonum hominum propositum sit causa et ratio cur vocentur; hoc explicatio plane sapient errorum Pelagianum contra quem D. August. in lib. de Predestinatione. Si vero intelligatur quod D. Chrysostomus intellexisse videtur: nimirum quod hoc propositum non sit quidem ratio cur vocentur, sed sit conditio et determinatio quorundam qui vocati sunt, ita ut sit sensus: *Omnia cooperantur in bonum, non omnibus quidem vocatis, sed iis qui suo propositio. Dei vocati consentiunt, seu qui Deo vocati obediunt; tunc nullus est error; ex parte enim Dei stat gratuita vocatio;*

nes tribulationes, inquit Ambrosius; S. August. addit, *omnia*, etiam peccata sanctis cooperari in bonum. Nam praedestinati, ait, ex casu humiliores, cautores et ferventiores resurgunt. Ita etiam explicat Anselm. et Thom.

Ita qui secundum propositum vocati sunt sancti, id est, iis qui vocati sunt ad sanctitatem. Verus et certus sensus est, quo propositum Dei, non hominum, intelligitur; Dei, inquam, propositum, id est, voluntas praevia, praedestinato, ac decretum aeternum. August. Anselm. et alii per propositum hoc accipiunt aeternum Dei beneplacitum, liberale decretum, volun-

decretum de gloria quibusdam gratuito danda, etc. an vero, juxta secundam, intelligentiam de eternum Dei decretum de gratia ex mera bonitate danda, sine ullo hominum merito? — Respondeo quod utraque interpretatio sit probabilis, utraque catholica, utraque habens sua fundamenta, tum in Scriptura, tum in traditione; et ideo potest omnis Catholicus quamlibet voluerit, amplecti.

Sed, inquit, quae probabilior et apostolice menti conformior, et ideo graverenda? — Ille mihi disputandi non est animus, multo minus judicandi de abditissima questione, quam sancta mater Ecclesia sinit à filiis suis in utramque partem agitari; sed mentem meam simpliciter aperio, idque, ut reor, juxta D. Pauli doctrinam, cui adhaerere volo. Itaque quia et ex hujus Epistolae scopo, et ex toto illius contextu persuasus sum quod in ea sanctus Apostolus agit de gratia, non de gloria, vide corollarium doctrinale in fine cap. 9: at maxime quia mihi clarissime patet in Apostoli nostri doctrina, quod Deus sincere et serio vult omnes homines salvos fieri, et ad cognoscendum veritatis venire, vide reflectionem in v. 4, 5 et 6, cap. 2 Epist. 4 ad Tim., ubi videbis, omnes distinctiones hujus propositionis restrictivas, non esse ad mentem D. Pauli. Et quia aliunde decretum quoddam ad gloriam eligendi ante praevisa merita, ceteris in massa perditis relicto, cum hinc sincere et serio Dei voluntate de salvandis omnibus hominibus, difficile potest conciliari, decretum vero de danda gratuita gratia multo facilis cum hinc Dei voluntate conciliatur, hinc apostolice menti potius conformiorem esse eorum explanationem, qui per propositionem, intelligunt gratuitum Dei decretum de danda gratia, sine ullo hominum merito, sed ex pura bonitate et benevolentia.

VERS. 4. — Qui sunt Israelitæ. Nomen Israelitarum honorificum erat, videlicet patronymicum ab Israel, nomine divinitus imposito patriarchæ israhel Jacob.

Quorum adoptio est filiorum, quos Deus adoptavit in

ducere; QUI SUNT COGNATI MEI... id est, qui per generationem carnalem nati sunt ab eodem patre Israël, sicut ego.

Ut incensum et inflammatum hoc Paulini pectoris votum melius intelligas, adverte quid sit *anathema*; separatio, alienatio est, ait Theophyl.; hinc et quod Deo sacrum est *anathema* dicitur; et quod ab eo alienum est, eadem habet appellationem, ait Theodoretus post D. Chrysostomum.

Res Deo sacra, Deo in templis appensa, dicitur *anathema*, quia ab usibus profanis separata, et quam honoris gratiâ, nemo audeat attingere. Res à Deo aliena, v. g., homo ab Ecclesiâ abscessus, dicitur *anathema*, quia abominabilis, à cuius aspectu et commercio abhorret alii; et hoc sensu, *anathema* hic sumit Apostolus, sicut et 1 Cor., c. 16.

Heroico itaque charitatis excessu, optat hic divus Paulus, quod oravit Moyses Exodi 32: *Aut dimitte eis hanc noxam, aut dele me...*

Hæc optatio ex parte objecti, nec fuit, nec potuit esse absoluta et efficaci, quia sciebat Apostolus hoc esse contra divinam ordinationem; ex parte tamen affectus Paulini, fuit pia, sancta et efficaci; quia verè et effectivè ita sentiebat heroico suæ charitatis excessu, verèque optabat, si Deus vellet, à Christi presentia, seu à gloriâ æternâ separari, idque ut tota gens Judaica salvaretur, quod est majus bonum, majorique Dei gloria, quàm unius tantum hominis salutem, ideoque potest per charitatem optari. Vide Cornel. à Lapide.

Hoc votum sic exprimit Theophyl.: Opto pro gloriâ Dei excidere à gloriâ Christi; hoc autem non est excidere, sed potius assepi, ait idem Theophylactus. Huius voti principium charitas letens, seu, ut ait h. Chrys., amoris flamma immensa; omni pelago latior, omni flammâ vehementior. Hinc idem S. Chrys. Paulini interrogat: Qui sit ut preceris anathema esse et alienationem querat? etc. Quoniam, inquit Paulus, etiam atque etiam illum vehementer amo, D. Chrys., homil. 50, 16. Idem Pater addit: Sed quoniam procul ab hoc amore absumus, ne animi quidem cogitatione, cum sibi quoque cultui eos addixit, Exod. 4, dicens: *Filius meus primogenitus Israel.*

Et gloria; quoniam est gloria, scilicet præ ceteris gentibus. Non enim fecit talem omni nationi, Ps. 147, idque sive legem spes à Deo datam; sive admiranda Dei opera per Moysen et alios in illo populo exhibita; sive prophetias, sive promissiones, sive protectionem singularem. Hinc igitur omnia populum illum inter omnes gentes reddiderunt valde gloriosum et celeberrim.

Et testamentum. Græcè et Syriacè: *testamentum*, plurali numero, intelligit pacta familiaria cum patribus eorum facta, et sub generali nomine veteris Testamenti comprehensa: velut de terrâ promissionis, ac terrarum presertim, et adversus hostes veteriâ, de sacerdotio, de regno. Quæ omnia græco vocabulo ab interpretibus Septuag. usurpat, *testamentum* vocantur.

Et legislatio, hoc est, quibus lex à Deo lata fuit. Gravid enim et singularis est prerogativa, legem habere non ab homine, sed à Deo latam, et per hoc Deum ipsam habere legislatorem.

Et obsequium, id est, cultus sacer ac divinus lege cæremotiâ prescriptus.

Itaque Deum amemus, animarum salutem zelamus, concipiemus quomodo D. Paulus, quem nec colimus, nec infernus possunt à Christo separare, optat tamen à Christi fructione separari, ut Judæi credant in Christum, amant Christum, Christoque fruantur.

VERS. 4. — QUI SUNT ISRAELITÆ... Octo Israelitarum enumerat privilegia, seu elogia, quibus suam pergit in eos propensionem aperire, et omnibus illi suspicionem procul avertit. Primum, *quorum adoptio...* id est, quos Deus in filios adoptavit, juxta illud Exodi 4, 22: *Filius meus primogenitus Israel.* Secundum, *et gloria*, id est, quorum gloria præ ceteris gentibus maxima, ob miracula propter eos facta, in transitu maris Rubri, in deserto; et propter inobedientiam Dei inter illos, in columnâ nubis, in arcâ, in templo. Tertium, *et testamentum*, id est, quoniam Deus ininit fœdus, Græcè, *testamenta*, seu quia in duobus tabulis scripta sunt fœderis illius verba, ut voluit aliqui; sive vetus, et novum intelligantur testamenta: unum in litterâ illis datum, alterum in spiritu, ut D. Hieronymus loquitur. Quartum, *et legislatio*, id est, quorum Deus legislator per Moysen. Quintum, *et obsequium*, id est, cultus veri Dei, veræ religio. Sextum, *et promissio cælitus facta*, de Messia, de justitiâ, et salute per Christum præstantiâ. Alii intelligunt promissionem terræ; unde terra promissionis.

VERS. 5. — Quorum Patres. Septimum, quorum progenitores sunt Abraham, Isaac et Jacob, alique patriarchæ. Octavum, et quod omnino maximum est: *Ex quibus Israelitis progenitus est Christus.*

SECUNDUM CARNEM, Græcè. *Quod secundum carnem*, indicans quod aliam naturam quam Christus habet ex Judæis non progenuit; quod et formaliter significat addens:

QUI EST SUPER OMNIA DEUS BENEDICTUS IN SECULA, AMEN: et textus Græcus et omnes omnino versiones in Polyglotta, habent nomen DEUS, et eodem modo punctuant hunc versum, ac nostra versio. Hinc non audiendi illi, qui, ut hanc divinitatem Christi probationem minuunt: vel tollunt nomen DEUS, vel ponunt

Et promissa, q. d.: Benedictio Abrahamæ promissa, omnesque alie promissiones Dei. Harum autem promissionum maxima est ipse Messias, sive Christus, puta redemptio, justitiâ, ac salus præstata per Christum.

VERS. 5. — Quorum patres, subaudi, sunt: id est, qui progenitores habent sanctos patriarchas Abraham, Isaac et Jacob.

Et ex quibus est Christus secundum carnem; sentit populum Judæorum præter alia jam commemorata, sic à Deo fuisse honoratum, ut ex eo Messiam, id est, Christum, promissum incarnari et nasci voluerit. Quâ ratione et Simoni ille iustus Christum vocat gloriam plebis sue Israel, Luc. 2. Huius porro beneficii magnitudinem augeat in immensum personæ Christi dignitas, de qua sequitur:

Qui (Christus) est super omnia Deus benedictus in secula. Amen; sive intelligatur Deus super omnia, sive benedictus super omnia. Quid utrumque in eandem sententiam redit. Nam solus ille qui est super omnia Deus, super omnia benedictus est, in secula id est, laudibus celebrandus in omnem æternitatem

punctum, post omnia, sic: Qui Christus est super omnia. Benedictus sit Deus (Pater) in secula. Erasmus has quidem lectiones refert in notis; Christum tamen Deum ibi profiteretur, et in sua paraphrasi. Sensus ergo est: Qui Christus est super omnia benedictus, benedicendus et laudandus Deus in secula, Amen.

REFLECTIO MORALIS
in v. 4, 5.

Magna quidem hæc Israelitarum privilegia: at privilegiorum Christianis concessorum figuræ tantum; filii Dei adoptivi, et quidem majores, facti sumus per baptismum; in nobis Christus et plenitudo totius divinitatis habitat corporaliter per SS. Eucharistiam; nobiscum Deus inquit fœdus et quidem æternum; nobis datus est in corde Spiritus Dei vivificans et vivificans, non littera occidens in tabulis lapideis; nobis datus est Dei cultus interior et spiritualis, non exterior tantum et ceremonialis, nobis promissa hæreditas æterna, Dei ipsius, omnis boni, fructus; Deus denique Pater noster, Christus frater noster. Hinc hæredes Dei sumus, coheredes Christi, Deum, ob tot et tanta tibi collata beneficia, benedicere, amare, laudare in secula. Vitam hæc Deo dignam, cui tot viculis unites es. Cave ne in mortis hora, hæc sint majoris tux damnationis occasio.

VERS. 6. — NON AUTEM QUOD EXCIDERIT VERBUM DEI... Græc.: Non fieri potest autem quod exciderit, etc. Syr.: Neque enim proavis excidit sermo Dei. Prævenit Apostolus objectionem quæ contra ipsius dolorem, ob Judæorum à salute repulsam fieri potest: nimirum Deus promisi Abraham: quod illius semen multiplicaret sicut stellas cœli, et quod fœdus cum illo contractum esset æternum: quomodo itaque doles, ut ais, ob nostrum à Dei gratiæ casum, et nostram à salute repulsam? An ergo putas quod exciderit Dei verbum, et irritæ factæ sint illius promissiones? Hinc ergo objectioni respondet Apostolus: Licet dolerem et magnopere disruderem ob Judæorum à justitiæ casum, non idcirco sentio quod irritæ sint Dei promissiones Abraham factæ, quia scilicet illæ Dei promissiones non pertinent ad omnes qui ex Israele nati sunt; sed ad illos qui fidem Israelis imitantes, veri fiunt Israelitæ.

VERS. 6. — Non autem quod exciderit verbum Dei. Non hæc eodem tenore à me, quod sentiam excidisse verbum Dei, id est, irritas factas esse Dei promissiones et pacta. Non tamen hæc respicit ad promissiones et pacta de quibus superior, pertinentia ad carnalem Israel: sed promissiones significant omni Testamento implendas in Israele spirituali, et spirituali semine Abraham, per Isaac promissionis filium pæligurato.

Non enim omnes qui ex Israel nati (qui ex Jacob patriarcha prognati sunt) in sunt Israelitæ; veri scilicet secundum mentem Scripturæ, ad quos pertinet divina promissio spiritualis Abraham, et Israeli facta.

VERS. 7. — Neque qui semen sunt Abraham, omnes filii; nec idcirco, quia secundum carnem nati sunt ex Abraham, censendi sunt omnes ejus filii secundum mentem Scripturæ loquentis de filio Abraham, ubi de promissionibus agitur.

Sed in Isaac vocabitur tibi semen, subaudi, dictum est ad Abraham, scilicet Gen. 21, q. d.: Isaac erit et

Nota quod Deus Abraham filius duplices promiserit benedictiones, temporales, scilicet, et spirituales; temporales quidem, de terrâ, v. g., promissis possidendâ, Deus in carnalibus etiam Abraham filius adimplevit; spirituales verò de gratiâ, nimirum, in solis spiritualibus, id est, credentibus adimplet.

Esto itaque quod in plerisque carnalibus Abraham filius exciderit verbum Dei, de spiritualibus benedictionibus, sed non excidit in spiritualibus Abraham filius, id est, fidelibus.

NON ENIM OMNES QUI EX ISRAELE NATI SUNT, VERI SUNT ISRAELITÆ, ad quos scilicet spectat divina promissio; ad solos enim spirituales Abraham et Israeli filios pertinet benedictio et hæreditas promissa.

VERS. 7. — NEQUE QUI SEMEN SUNT ABRAHÆ... Græc.: Neque quia, etc.; Syr.: Neque etiam qui, etc., id est, neque omnes qui ex semine sunt Abraham, id est, censentur filii promissionis, ad quos spectat hæreditas Abraham; alias Isaac et Cethuræ filii, et Esau promissionum essent participes, quod Judæi non admittunt.

Sed in Isaac... sed dictum est Abraham, Genes. 21, 12: In Isaac, seu per Isaac, qui promissione Dei natus est tibi semine et Sara sterili, posteritas tua censebitur.

VERS. 8. — ID EST, NON QUI FIAT CARNIS... explicat latentem hæc in re figuram, quasi diceret: hoc significat illos à Deo reputari filios, non qui ex carne, sed qui ex promissione; seu, quod idem est, hi veri sunt Israelitæ, non quos caro genuit, sed quos gratia et virtus supernaturalis generavit, ut Isaac. Licet ergo omnes Judæi sint ex carne Abraham, non idcirco omnes promissionis filii; licet autem gentes non sint ex carne, non idcirco excluduntur à filiorum numero, quia promissi sunt Abraham, cum dictum est ei: Benedicentur in te omnes gentes. Christiani itaque, quos gratia per fidem in Baptismo regeneravit, veri sunt Abraham filii.

VERS. 9. — PROMISSIONIS ENIM VERBUM HOEC EST... id est, de hæc enim promissione sic scriptum est Genes. 18, 10: Anno proximo, hoc ipso tempore, venimus rurens ad te, et Sara conjugis tua sterilis et vetula filium pariet. Sicut autem ille filius à Deo promissus, vocabitur tum semen, id est, verus et genuinus tuis filius; ac consequenter tux benedictionis hæres, non autem Isaac. Simpliciter: In Isaac, id est, in posteris Isaac, q. d.: Posteritas tua, 6 Abraham, censebitur per Isaac, qui Dei promissione et virtute supernaturalitate est tibi semine et sterili Saræ: non per Isaac, qui filius est carnis, id est, solâ naturali virtute generatus.

VERS. 8. — Id est, non qui filii carnis, etc. id est, qui regenerati sunt secundum spiritum per gratiam fidei, idcirco iuxta promissionem divinam Abraham factam, quia dictum est: Benedicentur in semine tuo omnes gentes. Gen. 22. In semine, id est, ascendantur semen, sive filii, et hæredes Abraham, et consequenter ipsius Dei, divinæque promissionis Abraham factæ.

VERS. 9. — Promissionis enim verbum hoc est: etc., Genes. 18. Verba sunt angeli in personâ Dei loquentis ad Abraham, promittentis ei filium Isaac ex Sarâ conjugis suâ, quantum sterili et vetulâ.

et virtute divinâ genitus, fuit præ Ismaele et cæteris filius Abraham et hæres, sic illi veri sunt Israelitæ, quos Dei promissio et gratia divina pariunt, et in illis adimpletur quod Abraham promissum est: Benedicentur, etc.

OBSERVATIO MORALIS.

Isaac itaque promissus, et virtute divinâ genitus ex patre decrepito et matre sterili, figura fuit Christianorum, spiritualium Abraham filiorum, qui cœlestis ipsi promissi sunt, cum dictum est: Benedicentur in te omnes gentes; et qui per supernaturalem Dei virtutem verbo Dei generantur in aquâ frigidi et sterili. D. Chrysost. aquam frigidam baptismalem comparat cum Sarâ sene et sterili. Sicut promissio, inquit, seu verbum Dei Isaac effluxit et genuit, sic et nos generamur per verba Dei in aquarum lavacro; in Patris enim nomen, et Filii, et Spiritus sancti baptizati, generamur, ait D. Chrysostomus. Idem post eum dixit Theophyl.: Verbum Dei finxit Isaac et genuit, consimili nam ratione super nos filios Dei: in lavacro baptismatis, velati in matricibus, verba divina pronuntiantur, eaque nos refingunt; siquidem in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti baptizati, regeneramur.

Itaque, sicut Isaac verus Abraham filius à Deo reputatus est, non quia ex Abraham semine, sed quia ex promissione, et quia fidei Abraham imitator, sic et nunc hi veri sunt Abraham filii, imò et omnipotentis Dei filii, non qui ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, sed qui ex Deo per gratiam regenerati, fidem sectantur Abraham, credunt, et obediunt Deo.

Domine Deus, qui per infinitam misericordiam tuam, me filium tuum in Baptismo regenerasti, da mihi fidem et obedientiam, ut verè et in vitâ et in mortè à te reputer ut filius; vivam ergo obediens ut filius, moriar obediens ut filius, in æternum te diligam ut filius.

VERS. 10. — NON SOLUM AUTEM ILLA... Alludavit Apostolus, v. 7, 8, non ad omnes carnales Abraham filios, sed ad spirituales pertinere promissiones à Deo factas Abraham; idcirco v. 9 probavit ex ipsis promissionis verbis, quæ spectant ad Isaac tantum, non ad Ismaelem.

Quia autem ad hoc Judæi respondere poterant, Ismaelem rejectum fuisse, quia ex concubina natus erat, Isaac autem electum fuisse, quia ex Sarâ liberâ,

VERS. 10. — Non solum autem illa (Sara), sed et Rebecca, etc., scilicet ipsam experta est, filios nimirum à Deo censeri non carnaliter genitos, sed eos qui divinitus promittuntur, eliguntur et adoptantur. Nam Jacob filius ejus (Rebecca), licet junior, quia promissus, et electus à Deo, præfatus fuit Esau seniori, factusque est successor et hæres Isaac patris sui.

VERS. 11. — Cum enim nondum nati fuissent (ex Rebecca Jacob et Esau), aut aliquid boni egissent, ut nulli, cum nondum essent in hunc edui, licet jam in utero concepti, nec prorsus quidquam boni malive egissent, adeoque nec per statum agere potuissent, ejus boni vel mali merito alter eligeretur, ut heredi dominus fratris sui, alter reprobareretur, ut fratri serviro.

Ut secundum electionem propositam Dei maneret;

et totius familiæ dominâ dominâ precreatus erat, hinc divus Paulus aliud adducit exemplum, nimirum Jacob et Esau, ex eodem patre, ex eadem matre, eodem tempore genitos; quorum tamen junior electus fuit, senior vero rejectus; 2^o se non ex Ismaele, sed ex Isaac esse progenitos, et consequenter promissionis filios; hinc Apostolus hoc exemplo Jacob et Esau ostendit non omnes qui ex Isaac, esse promissionis filios, cum Esau, primogenitus Isaac, non sit promissionis filius, id est, non sit hæres promissionum factarum Abraham et Isaac, Genes. 22, 16, et 26, 5, et 28, 15, unde colligendum relinquit, quod, licet Judæi sint ex Isaac, non idcirco promissionis filii, quia Deus illos rejicere potest, sicut rejecit Esau, primogenitum Isaac; sed veri filii sunt, quos Deus ipse per suam misericordiam vocat et eligit ad Christianissimum, institutum secundum Dei propositum. Unde et rectè concluditur quod asseruit et probat Apostolus: Non omnes qui ex Isaac sunt... v. 6; neque qui semen sunt Abraham, hi filii... v. 7; sed hi sunt veri Abraham filii, qui, ut Isaac, sunt ex virtute supernaturali; quales qui gratia Dei regenerantur in Baptismo; et qui ut Jacob eliguntur, sed ex eorum merito, sed ex merâ Dei bonitate. Quod hæc sit directâ mens Apostoli, patet omni cordato textum sine preoccupazione legenti.

His prænotatis, clarus erit hunc versum sensus. NON SOLUM ILLA, id est, non solum Sara, seu Saræ historia nos id quod diximus edocet; scilicet, filios à Deo censeri, non carnaliter genitos, sed eos, vel qui promittuntur, vel qui eliguntur à Deo.

Sed et Rebecca, id est, sed et etiam nos docet historia Rebecca, quæ gemellos ex Isaac patre nostro concepit, quorum junior Jacob electus fuit à Deo, et præfatus Esau fratri suo seniori, factusque successor et hæres Isaac patris sui.

VERS. 11. — CUM ENIM NONDUM NATI FUISSENT... quippe cum adhuc in utero matris essent inclusi (hic jungi potest quod in v. 15 dicitur, scilicet: Quia major), UT SECUNDUM ELECTIONES... et hoc idem tunc dictum est, ut hoc argumento pateret et probaretur firmum et stabile Dei propositum, seu libera Dei voluntas, quâ ab æterno decreverat Jacobum et posterus ejus præferre et honorare præ Esau et posteris ejus.

VERS. 12. — NON EX OPERIBUS... id est, non ob meritâ sui opera, sed ex gratiâ Dei electione et vocatione, factum est à Deo per angelum, Rebecca.

exponitur autem hæc pars bifariam: uno modo, ut propositum, quo secundum electionem gratuitam, et non ex meritâ deus constituitur Jacob honorare, subiciendo fratrem ipsius servituti, maneret, hoc est, firmum ac stabile esset. Altero modo, ut mysticè significaretur Dei propositum, quo credentes in Christum prædestinavit ad justitiam, et consequenter ad vitam æternam, solâ et gratiâ ipsius electione, absque nullo meritorum respectu, firmum esse atque immutabile.

VERS. 12. — Non ex operibus, etc., patet. Esau Jacobo servitit, non in sua persona, sed in suis posteris. Quasi diceret: Idcirco Deus injustissimum responsum dare voluit matri, cum ipsi nondum nati essent, ut per hoc significaret electionem alterius præ altero non esse ex operibus, sed ex vocante.

VERS. 15. — QUA MAJON, ESÀU scilicet, SERVIVET MINORI, Jacobo; non in personis propriis, sed in posteris suis. Israelitae enim, seu Jacobaei, possederunt terram promissam; et illis natus est Messias, etc. Idumaei autem, posteri Esàu, servierunt Israelitis, à Davide subjugati, vide 2 Reg. 8, 14; servierunt usque ad Joram, filium Josaphat, vide 4 Reg. 8, 22; numerantur servituti eorum anni circiter 150.

SICUT SCRIPTUM EST, Malach. 1, 2, id est, de quo longe postquam completum est, scribens Malachias dixit in personam Dei: JACOB dilexi, id est, Jacobo in sua posteritate majora contulit beneficia: ESÀU autem non habui, id est, neglexi, nolui tanta conferre beneficia posteris ejus: Sic Lia, Genes. 29, 31, dicitur odio habita à Jacobo, id est, neglecta praerachete. Sic Lucae 14, 26, jubemur parentes odio habere, id est, minus diligere, quam Christum.

MAJON V. 10, 11, 12, 15, ELLECIVATIO.

Ad majorem horum textuum intelligentiam, observa quod haec omnia, quae hic ab Apostolo referuntur, juxta sensum litteralem, spectant ad bona temporalia. *Major serviet minori*, scilicet in temporalibus, et eo quo dictum est modo, seu in sua posteritate, Vide v. 15. Quando enim angelus, Genes. 25, v. 23, dicit Rebecca: *Duxi tui gentes in utero tuo et duo populi...*, *major serviet minori*, tunc praedictum est quod inter gemellos illos fratres, et in eis duos populos ex illis oriundos, eventorum erat: scilicet quod unus frater alterum erat supplentarius; unus populus alterum superantur; quod postea evenit, non ex operibus illorum, sed juxta Dei praesidium. In illis ergo Genesibus continetur praedictio de re temporali futura, scilicet de minus praedictio, et alterius postpositio in temporalibus.

De horum autem fratrum, aut populorum ex illis oriendorum, praedestinatione ad gloriam aeternam, aut de reprobatione, nullo modo agitur.

Longè postquam haec praedictio completa est, Malachias, quem citat Apostolus, minus praedictionem vocat amorem Dei, alterius postpositionem vocat odium Dei: *Jacob dilexi, Esàu odio habui*.

Quia quod notandum est tempus quo haec dictum est à Malachia non enim de fratribus illis in utero adhuc inclusis, dictum est: *Jacob dilexi, Esàu...*, uterque erat tunc in peccato originali, siquae naturae filii irae; sed post eventum rei praedictae, multaque post secula, Jacobo, et Jacobeorum praedio vocatur amor; Esàu et Idumaeorum humilitatio vocatur odium.

Notandum effectus illius amoris aut odii: ob hoc autem consulendus est Malachias, quem idem citat

VERS. 15. — *Sicut scriptum est*: etc., Malachiam 1, q. d.: Etsi fratres essent gemini, coque nomine pares, nisi quod Esàu ratione primogeniturae praeponebatur videretur: ego tamen *Jacob dilexi*, id est, volui ei in sua posteritate benefacere: *Esàu autem odio habui*, id est, posthabui ac rejecti, nolens singularia in eius posteritate beneficia conferre. Hoc sensus est literalis verborum prophetae. Jam haec colli-

D. Paulus. Ex Malachia autem amoris illius effectus est, terras habere fertiles, reduci à captivitate Babilonica, etc.; effectus vero odii, ingratis habere terram, in captivitate relinqui, eorum montes et terram in solitudinem poni.

In sensu itaque literali, etiam juxta Malachiam, minus amari, seu praedio super alterum, est in donis et commodis temporalibus; alterius odium, seu postpositio, est in donis et commodis temporalibus; in hoc ergo etiam textu, nihil de praedestinatione, aut de reprobatione.

Restat ergo examinanda mens Apostoli, quid intendat in horum textuum citatione, et quis sit illorum sensus allegoricus, ab Apostolo intentus.

Q. U. MENS APOSTOLI IN HIS VERBIS.

Melius agnosci non potest quam ex ipso ejus contextu, et ex scopo sibi in hac Epistola proposita.

Ex contextu, ut jam indicavi, et ut legenti patet, probat exemplo Esàu, non omnes qui ex Isaac, esse promissionis filios; sed Judaeos, sicut et Esàu posse à Deo rejici; gentiles vero posse à Deo eligi et praeferi Judaeis, sicut Jacob praedictus est Esàu, siquae fieri spirituales Abrahae filii.

Ut hanc D. Pauli mentem, in ipso textu potentem, plenius percipias, et clarius intelligas de qua praedictione aut postpositione intendat loqui, seu in quo gentiles Judaeis praefati sunt ex mera Dei misericordia, recordare finis ab Apostolo in hac Epistola intenti: de praedestinatione aut reprobatione non disputabatur à Romanis, seu Judaeis, seu gentilibus; sed de quadam in Christianismo praedictione erat apud eos altercatio: qui praeferebant aut praefati? an Judaei? an gentiles? ob quid praefati? an ob merita Judaeorum legem Mosaicam observantium? an ob merita gentilibus legem naturalem custodientium? D. Paulus utroque in tota hac Epistola confudit et humiliat; quod et hic praesare satagens, ostendit gentiles quidem, licet posteriores, esse praefatos Judaeis, non ob merita sua, sed ob puram Dei bonitatem et misericordiam. Gentilibus praedio est Judaeorum confusio; at gentilibus sine meritis praedio, est gentilibus humilitatio.

Hoc autem utroque et gentilibus praedictionem et Judaeorum rejectionem probat exemplo Jacob et Esàu. Sicut Esàu, licet patris sui proceptum servaverit, non tamen benedictionem habuit, sed Jacob, licet junior; sic Judaei, licet antiquiores, et legem observaverunt, exclusi sunt à benedictionibus in Christo; gentiles vero, qui benedictionem non quaerebant, benedictionem receperunt; et sicut Jacob fratrem suum supplavit, ita gentiles Judaeos supplaverunt; et sicut Jacob elegit Deus, non ob merita, sed ut *Dei propositum man-*

gendum relinquit Apostolus, argumento à figurà ad rem in figurà ac mysterio significatam, nimirum Jacob, id est, credentes, justitiae; Esàu, id est, volentes credere, reperi à justitia, Odissae accipitur pro eo, quod est posthabere, negligere, non curare, per alio contemere. Notandum non constare, an Esàu sit reprobatus ea reprobatione de qua disserit Apostolus; atque adeo non videri improbabile, quod post deposi-

ret, sic et gentiles elegit, non ob merita, sed ex mera misericordia.

Mens igitur Apostoli fuit dare nobis figuram hujus quod futurum erat inter Judaeos et gentiles in Christianismo; et argumentum à figurà ad rem significatam, nobis colligendum relinquere, quod, sicut Deus Jacobem, posteris natum, praedixit Esàu prius nato, non habita ratione ad eorum merita, quo nulla adhuc erant, ita praedixit credentes non credentibus, ut credentes regerentur in Baptismo, non habita ratione ad opera legalia Judaeorum, nec ad idololatriam, aut alia crimina gentilibus.

Justificatio enim per fidem est gratuita, ut c. 4, v. 4 et 5, probavit Apostolus. Et sicut Deus hac praedictionem Jacobum dilexit, Esàu autem neglexit, sic Christianos, qui sunt promissionis filii, quasi filios dilexit, non ex eorum merito praedio, sed ex libera sua bonitate; Judaeos autem, non credentes, neglexit et rejecti.

Notè quod hic quidem excluduntur opera legis et opera naturae, ad quae Deus in justificatione nullam rationem habet; non vero opera ex fide et gratia, nec ipsam opus quo fidelis fidem et gratiam acceptat, seu quo credit, sperat et ponit, ut ad justitiam se praeparat, in eo vero hoc requiritur ut quis adoptetur et fiat promissionis filius.

CONCLUSIO MORALIS.

Ergo nec militi, nec parentibus meis, nec ulli creaturae debeo, quod sim christianus, adoptivus Dei filius; sicut Jacobo nec illi, nec parentibus debuit quod praeferebatur; ergo soli Deo me totum debeo, soli Dei misericordiae debeo gratiam adoptionis in Christianismo. Hanc Dei misericordiam et in tempore et in tota aeternitate exalto.

VERS. 14. — Quid ergo dicemus? Nemoque inquietas... Occurrit objectioni quae contra Dei justitiam, ob hanc sine merito electionem, fieri potest; quasi dixerit: Si, quemadmodum Deus Jacobum fratri suo praedixit in temporalibus, ita nunc gentiles credentes Judaeis praefert in spiritualibus, in gratia scilicet et benedictionibus filii Abrahae promissis, et per Christum obtentis, numquid propterea dici potest quod sit aliquid in Deo injustitia, maxime cum id sit aliunde eorum meritis?

Ansui respondet, aversis rem Dei naturae planè repugnatem.

tum fraternum odium, de quo Genes. 25, in verà religione à parentibus accepta detulimus, salutem adeptus si.

VERS. 14. — *Quid ergo dicemus?* etc. Apostolus hic occurrit tacite objectioni: Si Deus sine merito Jacob dilexit, Esàu vero illi aequalem odio habuit, ergo injustus videtur; hoc autem dicere, est injuriam. Respondit Apostolus: Abiit, et rationem reddens, atque objectionem solvens, subdit:

VERS. 15. — *Non enim dixi*. Electionem, inquit, planè gratuitam et indelictam ostendunt verba Dei ad Moysen Exod. 33: *Miserere, cuius miserere*, id est, cuius volueris misereri; et *miserere illi praedico*, cuius miserere; significat enim Deum misereri quibuscumque voluerit, eligendo eos ad salutem ex solo

VERS. 15. — *Moti enim dicit*: *Miserere...*, Graecè: *Et miserere quemcumque miseratus sum*. Hoc textu utitur ad probandum nullam in Deo injustitiam esse, s Christianos adoptet, Judaeisque praedictos, sicut Jacobum praedixit Esàu: quia scilicet opus utrumque, opus est misericordiae; Deus autem miseretur cui vult. Quasi diceret: Deus donorum suorum dominus est, nemini quidquam debet, sua gratis cui vult dicit; nisi misericordiam faciens, nulli facit injuriam; juxta illud quod ipse dixit Moysi, Exod. 35, 19: *Miserere...*; haec autem gentilibus praedio, sicut et Jacobo praedio, opus est misericordiae; in neutro ergo facit injuriam.

Miserere cuius miserere... Haec verba dicta sunt Moysi Exod. 35, 19, postquam omnes circa rituum aeternum peccaverant, quorum tamen aliqui tantum supplicio sunt affecti, alii eorum supplicio sunt correcti. Videtur etiam quod possum ad litteram intelligi, vel de beneficio ipsi Moysi singulariter promisso, vide v. 19: *Ego ostendam omne bonum tibi...* et *miserere cui volueris...*; vel de protectione temporali, qua factus populus Dei erat coram aliis populis glorificandus, vide v. 16.

Hic autem Apostolus haec verba refert ad probandum quod nulla sit in Deo injustitia, si gentiles credentes adoptet, praeferebatque Judaeis non credentibus; sicut nulla fuit in Deo injustitia, cum Jacobum praedixit Esàu, quia hoc utrumque opus est misericordiae; Deus autem donorum suae misericordiae dominus est.

Inaque haec verba, neque in sensu literali spectant ad aeternam praedestinationem; nec in sensu allegorico, ea de tali praedestinatione D. Paulus intelligit, sed de misericordia Christianis praer Judaeis facta, nimirum de verà justitia Christianis collata.

Quot Judaei, de quibus dictum est: *Miserere...*, damnati tamen fuerunt? quot et Christiani, quibus à D. Paulo haec Dei verba applicantur, et damnati sunt, et damnabuntur? De gratia ergo intelligenda sunt juxta D. Pauli mentem.

VERS. 16. — *Litter nos volentis...*, id est, hoc ergo, de quo hic agimus, hoc justificationis negotium, seu haec paternae Dei in Christianos benedictio, non est in hominis arbitrio; sicut paternae Isaac benedictio non fuit in Esàu, eam desiderantem, et propter eam habendam currentem, potestate; sed opus est meriti Dei misericordiae.

benepaetio suae voluntatis, q. d.: Praedestatio haec et electio Jacobi praer Esau, et allegorice figuram fidei Abrahae, id est, Christianorum, praer illis carnalis, id est, Judaeis, non est emptum delata, nec operum justitiae, sed misericordiae, ac consequenter nihil laborum et gratulium, nunquam ergo iniquum; q. d.: Ergo nulla est in carnalium Judaeorum reprobata, et credentium acceptatione ad justitiam, gratiam et salutem, quae sunt benedictio Abrahae et semini; electio promissa, iniquitate; quia acceptatio haec nulli est delata, sed plane est in Dei arbitrio, ut eam dei gratis et gratuito cui voluerit; non ergo Judaeis facti injuriam, cum gentilibus fieri misericordiam.

VERS. 16. — *Igitur non volentis...*, etc., q. d. Paulus: *Benedictio Abrahae et Isaac* non fuit Esàu vo-

CONCLUSIO MORALIS ET DOGMATICA.

Ergo in se solâ fundatur Dei misericordia: donorum quippe suorum dominus est Deus. Sicut Ismaele relicto, Cethurroque filiis, elegit Isaac; sicut Jacobum praprosui. E-am, licet uterque in eodem utero, eodemque tempore formati fuerint; sicut ex quâ plurimis, qui vitulum adoraverunt in deserto, alii supplicio sunt affecti, alii eorum supplicio correcti, sapientiores evaserunt; hæcque omnia, quia voluit, quia Dominus, quia gratia sue dominus; ita nunc paucos ex Judæis, qui crediderunt, suscepit, cæteros repulit; gentiles quâ plurimos adoptavit, benedixit, non ob eorum desideria, aut bona opera, sed propter Dei misericordiam, cui placuit in fide christianâ, non in operibus legis, benedictionem Abrahamæ promissam collocare.

VERS. 17. — **Dicit enim Scriptura Pharaoni...** SYR.: *Aut enim in Scripturis Pharaoni, id est, Deus in Scripturis dicit Pharaoni. Magnâ sapientia, ne invidiosam orationem reddat, supplicii argumentum ac probationem à barbaro profert, ne illos iræ vasa cogatur appellare, aut D. Chrysostomus. Hoc textu utitur Apostolus ad probandum nullam in Deo esse injustitiam, si dùm Christianorum miseretur, Judæos incredulos insuâ reliquit obstinatione; sicut justissime Pharaonem in suâ reliquit obduratione propriâ, et quam suâ sibi militiâ procuraverat, illiisque tandem cum suo exercitu submersit, dùm Moysen et populum Judaicum salvaret. Quasi diceret: Non est etiam iniquitas in Deo, si Judæos incredulos et obstinatos derelinquat; sicut olim eorum miseretur, Pharaonem in suâ obduratione derelinquit, cum quod de eo dicit in Scripturis:*

IN HOC IPSUM EXCITAVI TE. Ambros., *te servavi; alii codices, inquit, habent, excitavi, sed addit: Sive servavi, sive suscitavi habebant, idem est sensus. Igitur te suscitavi, sen constitui regem; vel te servavi, et contumacem non destruxi. Poterat Deus Pharaonem contumacem illicq; prosternere, vivum servavit; ut ostenderem in te...* ut plura potentie mee signa circa te facerem, que magnam homini tuo gloriam parent.

Nota quod duplex fuerit intentio Dei circa Pharaonem: prima Dei intentio Pharaonem ad thronum lentis, et currentis in campum ad venandum; ut cum ex sua venatione comeditis pater, benediceret ei; sed fuit Jacobi, cupis Deus miseretur est, ut in eum caderet, non in Esau, licet is senior esset et primogenitus: ita Anastasius. Ut sit sensus: quod quis sit electus à Deo, non ex merito bonæ voluntatis, utpote ex merito boni operis seu conversationis præcedentis aut prævisæ, sed ex solo ac libero beneficio est Dei miseretur.

VERS. 17. — **Dicit enim Scriptura Pharaoni, etc.** Probativè Apostolus non esse iniquum quod Deus gratiâ electione et voluntate Jacob dilexerit, ejusque miseretur sit, sine illius operibus et meritis. Ille probat secundam antithesin sue partem, scilicet, quod Esau odio habuerit, et noluerit ejus misereri, id, non ex demeritis Esau, præ Jacob, accidisse, sed ex Dei voluntate, qui nullo ejus misereri. Est enim hæc Deo liberum, ut patet in Pharaone, quem, qui obduratus erat in suis peccatis, sibi suoque peccatis permisit, et dimisit, ac tandem punivit mergendo

eventus, erat ut justè regnaret, Deo obediret, populum justè regeret; secundaria (ex hypothesei quod impiè regnaret, Deoque contumaciter resisteret), militiam Pharaonis ordinavit ad suam gloriam, et ad ostensionem potentie suæ; et in hoc maxima elucet Dei sapientia; et nulla in Deo ob hoc injustitia.

ET UT ANNUTIETUR...; reverâ Dei nomen in toto terrarum orbe eo gloriosius precebat, quò major erat Pharaonis potentia, illiusque pertinaciter obstinatio, et major Judæorum oppressio. Hinc innuitur quod Deus verus esset Deus, et quod populus Judaicus ejus esset populus. Vide Josue 2, v. 9, 10, 11. Duplicem pariter excipie intentionem Dei circa Judæos obduratos, omnesque alios peccatores obduratos. Illos conservat et sustinet Deus, ut sese corrigant et salventur; cum autem videt eos magis ac magis indurari, eos tandem punit, ut suam in illis potentiam manifestet, aliisque rebellibus metum salutarem incutiat. Et in hoc nullâ injustitiam, quâ nunquam ponit, nisi suâ culpâ et obduratione proteritas.

VERS. 18. — **ERGO CÆCIS VULT MISERERUR...** Recta conclusio, cum sit gratia sue dominus, ut v. 15 dictum est, et ut ostendit in Jacobo, in Israelitis, Ægypti incolis, denique in Christianis.

ET QUEN VULT INDURAT, ut ostendit in Pharaone, in Judæis incredulis, quos in peccatorum suorum punitionem, in suâ dicitur derelict.

Nota quod et homo se indurat, et quod Deus hominem indurat, induravit, sen induravit se cor Pharaonis; Exodi 7, v. 2, 19, 52; cap. 9, v. 55, et Deus cor Pharaonis induravit, Exod. 10, 1, v. 20, 27, etc. cum hoc discrimine maximo, quod homo sese propriè et positivè indurat suâ malitiâ et obstinatione; Deus autem indurat permissivè, negativè, non dando specialem gratiam, illam suæ malitiæ descendendo, et sinendo fieri duriorum: illum in patientiâ sustinendo, et leniter tractando.

Sic Dei misericordia Pharaonem indurabat; cum enim eum flagellabat Deus, videbatur quod populum Dei dimissurus erat; cum verò Deus auferbat flagella, Pharaô fiebat ex eo contumacior; et ita de Judæis et de omnibus obduratis intellige.

Pharao Dei patientiam existimavit imbecillitatem, eum in mari Rubro; cum tamen miseretur sit Nabuchodonosor, et aliorum, qui aquè ut Pharaon mali et obdurati fuerunt.

VERS. 18. — **Ergo cæcis vult, etc.** Apostolus hic ex illo testimonio: *Miseretur, cupis miseretur*, scilicet Jacobi, et allegoricè populi fidelis, sive christiani, quem dilexit, infer: *Ergo cæcis vult miseretur.* Ex illo vero: *In hoc ipsum excitavi te, ut ostendam in te, virtutem meam, infer et colligit: Ergo quem vult, indurat, scilicet Pharaonem; et per consequens, non ex operibus, sed quia vult, odio habet Esau, et allegoricè carnales Judæos, quos repellit à benedictione Abrahamæ. Hoc enim est, quod toto hoc capite probare contendit: scilicet Dei voluntate credentes adscendit, et Judæos repulsi esse à benedictione Abrahamæ. Quod enim Pharaon non à Deo, sed à seipso, suaque malitiâ propriè et directè sit obduratus demonstratur, ex eo quod Deus misso Moysse Pharaoni decies præcepit obduratum populi Judaici; ergo voluit ut missum faceret populum, non ergo enim obdurare voluit, etc.*

et ejus causâ suam auxit contumaciam. Theodoretus. CONCLUSIO.

Ex supradictis concluditur quod Deus donorum suorum dominus est, supremus et liberrimus gratiarum sanctorum dispensator; gratiam, cui vult imperit; cur miseretur, gratulâ et liberaliter miseretur; cum quæpiam tandem sibi ipsi deserit, nulli facti injuriam, sed justum exercet judicium; misericordie suæ exempla dedit in Jacobo et posteris ejus; dat et in credentibus, sen Judæis, seu gentilibus; justitiæ exempla dedit in Pharaone et obduratis Judæis.

Hanc veritatem edocuit, ama Deum misericordem, time justum; die et repete semper: *Miserere mei, Deus, secundum magnam et miram misericordiam tuam.*

VERS. 19. — **Dicit itaque mihi: Quid adhuc queritur...** Objecto à Judæo facta ob præcedentem conclusionem: Si, ut dicit, *Deus cæcis vult, miseretur, et quem vult indurat*, cur ergo de peccatoribus conqueritur? cur eos accusat et punit? voluntate enim Dei? tales sunt; *Dei autem voluntati quis resistit?* Hinc blasphemie interrogationi duplici modo respondet Apostolus: 1^o Retundit blasphemorum superbiam toti objectu propriè ipsorum vilitatis, tum objecta absolutè et supremè domini quod Deus habet in omnia opera sua; 2^o respondet categoricè, v. 22, 25, etc. Poterat igitur Apostolus statim respondere Deum de peccatoribus justè conqueri, quia ipsi propriâ suâ malitiâ, contra Dei voluntatem sese obdurant. Vide v. 18, 21 et 22. Poterat negare Dei voluntate tales, seu obduratos et imponentes esse. Poterat addere, voluntati quidem Dei non resisti in his, que vult absolutè et sine conditione; hic autem allam esse rem, ut patet ex dictis v. 17, de primâ Dei intentione Pharaonem ad thronum eventus; et v. 18, de modo quo Pharaonem rebellem obduravit, improprie scilicet et indirectè, et ex dictis v. 22 et 25. Denique dicere potuisset quod locum forsitan aliquem haberet hæc objectio, si Deus Pharaonem justum, sanctum, Deo obedientem, deseruisset, ad peccatum impulisset, propriè et directè obdurasset. Idem intellige de Judæis obduratis; at longe aliter se res habet. Tantum abest ut sic obduret, imò cum multâ patientiâ talem sustinet obdurationem fieri.

VERS. 19. — **Dicit itaque mihi, Græcè, et Syriacè dices.** Adversarium facit objicientem sibi hoc quod sequitur: *Quid adhuc queritur, id est, conqueritur, queratur. Sensus est: At dices mihi: Si Deus quos vult eligit, et quos vult reprobat; cur non contentus facere pro filio que vult, etiam conqueritur de hominibus apud prophetas; et irascensis more gravia comminatur, quod ad ipsum non convertantur ut salvi fiant?* *Voluntati enim ejus quis resistit?* id est, resistere potest? Dicunt ergo ipsi: Si Deus quos vult miseretur, et quem vult indurat, quid mirum est nos esse miseris et induratos? Voluntate enim Dei tales sumus: voluntati autem ejus quis resistit? Hanc causam auferit et elidit Apostolus dicens, voluntatis divine, utpote sapientissimæ, optimæ et eminentissimæ; à creaturâ non esse quærendam rationem; neminem enim de eâ queri, vel illi obtemperare debere, sed illam omnes silentio venerari, illique summâ humili-

Alia non deerrant Apostolo responsiones, quas in fine cap. afferret et in sequentibus. Sed ante omnia blasphemorum ferociam voluit edomare, dicens:

VERS. 20. — **O homo! tu quis es, qui respondes Deo?** *O homo!* id est, ô tu, qui de humo i quis, quantulus es tu, qui auderes respondere Deo! seu, ut habet D. Chrysostomus et Theophylactus, *qui ex adverso respondet Deo*, hoc est, qui contradicis, qui resistis Deo, et contra Deum disputas.

Quia superbia hujus questionis est causa, hinc Apostolus blasphemum retundit, 1^o propriæ suæ vilitatis objecto.

NUMQUID DICIT FIGMENTUM EI QUI SE FINIIT? quasi diceret: Hominem te cogita, illum cogita Deum; te creaturam et figmentum cogita, illum vero Creatorem et figulum tuum; et hæc cogitas, tu vas fictile, cum Deo Creatore et figulo tuo desines disputare. Numquid enim vas fictile dicit figulo, etc.?

Hinc docemur Deo nec respondendum, nec ab eo querenda ratio; sed Dei dictis parendum, licet illo rationem ignoremus; dominus est, et hoc Apostolus intendit, hæc loquelâ et similitudine.

VERS. 21. — **AN NON HABET POTESTATEM FIGULUS LUTI...?** 2^o Retundit et blasphemum objectu supremi domini quod Deus habet in omnia creata, et quod licet Deus exerceat absolutè et pro libito, nulli faceret injuriam, qui Dominus omnipotens et absolutus. Numquid figulus vas plenum et potestatem superbum non habet in lutum suum, ut ex eadem massâ faciat vasa que velit?

ALIUD QUODEN IN HONOREM, id est, in usibus honorificis; ALIUD VERO IN CONTUMELIAM, id est, in vile et abjectum ministerium.

Hæc figuli et luti similitudine usus est Isaias, cap. 29, 16, et cap. 45, 9, ut ostendat non debere homines vasa lutea Dei officijs sui facta reprehendere, ipsique contradicere. Vide loca citata.

Hæc eadem similitudine usus est et Jeremias, cap. 18, v. 6, sed, quod notandum, ipse Jeremias, v. 8 et 10, ostendit quod hæc comparatio non respondet in omnibus: quandoquidem Deus ibi semetipsum vasis suis, id est, hominibus accomodat; itaque consilia, hominum, qui sunt vasa libera, consiliis attemperat;

tate et reverentiâ se submittere debere. Ait ergo: **VERS. 20. — O homo! tu quis es, qui respondes Deo?** ac si dicit: tu quis es, qui disputas cum Deo? Hominem te cogita; illum, Deum; ita desines cum illo velle in disputationem venire, et ejus judicia discutere: *Puletris S. Greg. inquit: Respondere Deo non posse convincitur qui homo nominatur; qui per hoc quod de humo sumptus est, judicium superna discutere dignus non est.*

NUMQUID DICIT FIGMENTUM EI, qui se finivit, id est, figulo; Quid me fecisti sic, cur me tale finivisti? Numquid, ait Apostolus, vas fictile jure poterit expostulare cum figulo, cur ipsum tale aut tale fecerit? ac si dicat: Minime. Hoc propriè ad reprobos accomodat; nam electi non habent quod querantur aut expostulent, sed unde gratias agant.

VERS. 21. — **Annon habet potestatem figulus luti, etc.** Sicut figulus potest ex eodem luto facere vas unum in honorem, aliud id contumeliam: ita Deus ex eadem massâ hominum, quos vult misere-

agitare penitentiam de bono aut malo quod circa illos cogitavit iuxta quod homines bonam aut malam agunt penitentiam. Vide Jerem., c. 18, v. 8 et 10.

Hinc prudenter D. Chrys. admonet quod hæc comparatio figuli et vasorum luteorum non debeat in omnibus verificari; sed tantum valet ad hoc quod homo non debeat contradicere Deo, sed ejus incomprehensibili sapientie cedere, subditi, obediere, tacere; similem esse rei inanimæ, quæ figuli manus subsequitur; hæc multo fuisse D. Chrysostomus.

Quidquid ergo circa nos faciat Deus, optinet nos, honoret, puniat; debemus adorare, sedere, iustum imitari; et sicut iustum figuli manus sequitur, sic et voluntati omnis gubernantis cedere. Et hoc nos docet hæc comparatio ex propheta desumpta, et in sensu literali intellecta.

Cave autem ne ad officii rationem existimes hæc à Paulo dicta fuisse, ait D. Chrys.; alias hæc multa sequuntur absurda, etc.; et D. Paulus qui ubique ipsam voluntatem coram, secum ipse pugnet. Idem D. Chrysostomus.

Hoc etenim discrimen est inter homines et vasa lutea, quod homines vasa sint libera, et consequenter ipsimet per peccatum, seu per suam libertatem alium, sese faciunt vasa in contumeliam, sese proprie et positivè indurant, cum possent, si vellet, adjuvante Dei gratia, se à suis sordibus emundare, et ex vasa contumelie, fieri vasa in honorem. Vide D. Paulum 2 ad Timoth. 2, 20 et 21.

Sed quid ex hac comparatione nobis inferendum relinquat Apostolus? Hoc ex dictis in toto contextu intelligendum, scilicet si figulus jus et potestatem habet ex eadem massa faciendi vasa quocumque voluerit, quantum potiori jure Deus ex eadem massa illorum Abraham, aliquos, scilicet Israelitas, potest bonis et honoribus camellare? alios, Ismaelitas et Iudæos talibus privare? Imò Israelitarum servituti addicere? Quanto potiori jure Deus potest ex eadem massa hominum Ægypti incolam, aliquos, scilicet Ægyptios, et Pharaonem rebellem plagis affligere, se denique in profundum maris submergere? Israelitas verò e captivitate liberare, et in terram fluentem hic et illic inducere? Quid aliter in sensu saltem allegorico nobis intelligendum relinquat Apostolus? Quanto potiori jure Deus et ratione dominii et ratione justitiæ, ex eadem hominum massa, sed diversarum disposita, Christianos credentes, potest facere vasa in honorem, id est (ut D. Paulus explicat 2 ad Tim. 2, v. 20, 21), vasa sanctificata, et tulla Donulo, ad omne opus bonum parata; Iudæos verò incredulos et volentes per fidem à sordibus suis emundari, vasa in contumeliam, seu profana, inutilia Deo, malis dedita! Cum hoc tamen discrimine, quod, sicut Deus proprie, positivè et directè miseretur, sic et proprie, positivè et directè

indurat, et quem vult indurat. Cujus ergo miseretur, id est, quem peccato liberat et justificat, ut Christianos credentes, hos facit vasa in honorem: quem verò indurat, ut Pharaonem et Iudæos incredulos, hos facit vasa in contumeliam: sed sicut Deus positivè

facit vasa in honorem. Sicut autem non nisi improprie, indirecte, negativè, permissivè indurat, ita non nisi improprie et indirectè facit vasa contumelie; ipsi autem peccatores directè et proprie sese tallificiunt, sicut sese proprie et positivè indurant.

Quid est ergo, ex ipso D. Paulo, vas in honorem? Est vas sanctificatum, utile Domino, ad omne bonum opus paratum? id est, omnis et quilibet christianus, seu justificatus. Quid est autem vas contumelie? omnis non christianus, non justificatus. Omnes quidem et christianus, seu justificatus, et non christianus, seu non justificatus, sunt ex eadem massa, seu genere hominum. Unde ergo habet justificatus quod sit vas sanctificatum? à Dei misericordia, quæ ipsam prævinit, et eam conansit, seu, ut dicitur v. 52, quæ credidit in Christum. Unde habet non justificatus, quod sit vas in contumeliam? à sua duritia, quæ Dei misericordiam repulit, seu quia in Christum credere noluit, ut v. 52.

Hoc ut clarius intelligas, et ob id Deo dignus possis agere gratias, concipe Christum ut contrarium honoris.

OBSERVATIO MORALIS.

Christus est centrum honoris et divini benedictionis; in ipso, ob ipsam, et per respectum ad ipsam, honoratur apud Deum, et benedicitur à Deo, quicumque honorati ac benedicti fuerunt, sunt et erunt. Per respectum ad Christum, benedicti fuerunt Abraham, Isaac, Jacob, omnes quicumque fideles: Deus benedixit nos in omni benedictione spirituali in caelestibus, in Christo, D. Paul., Ephes. 1. In loca, que honoris et benedictionis centro quærendus honor, quærenda benedictio; fide, charitate, etc. Quicumque huic centro fide unitur, fit vas honoris et benedictionis; et eò majoris, quò majori fide et charitate illi unitur. Hinc omnis verè fidelis, vas est honoris et omnis spiritualis benedictionis. Hinc omnis incredulus vas est contumelie et dedecoris. Hinc discite Christo, benedictionis centro uniti, non habitu tantum fidei, sed et frequentibus actibus fidei, spei, charitatis, ut in dies et in momenta fias vas majoris ac majoris honoris atque benedictionis.

In hoc centro perire, quiesce.

ALTERA OBSERVATIO ET PRÆXIS.

Sicut Christus centrum est in quo benedicimur à Deo, sic et centrum est in quo Deum benedicimus benedictæ; sicut in ipso, et propter ipsum, omnia nobis donantur à Deo, sic in ipso et per ipsum de omnibus debemus gratias agere Deo. Sicut mediator est, per quem recipimus, ita et per quem reddimus; sicut alique Christo, nihil à Deo sperandum, ita sine Christo, nihil Deo gratum.

Itaque Christo nobis continue adhaerendum, ut petamus, ut reddamus, ut benedictionem divinam recipiamus, ut dignas Deo gratias agamus.

et directè miseretur; sic positivè et directè facit vasa in honorem. Et sicut permissivè et indirectè tantum indurat, sic permissivè et indirectè tantum facit vasa in contumeliam.

VERS. 22. — Quod si Deus volens ostendere iram et notas facere potentiam suam, sustinuit in multa patientia, vasa iræ, apta in interitum... Grec., adaptate. Syr., consummata ad exitum. Repressa blasphemorum superbiâ, incipit Apostolus objectioni factæ v. 19, categoricè et directè respondere: Si quem vult indurat, cur Deus queritur, et punit induratos? Respondet Apostolus, quia homines ipsi sese suâ propria malitiâ positivè indurant, et se suâ duritie aptant ad perditionem; Deus autem illos patienter sustinet, et peccare permittit, et punire differt; sicque suâ patientiâ dicitur illos obdurare. Quod si, supple: Quid tim, si; vel: Quid ad te, si; vel: Quid est iniqui in Deo, si; vel: Tu quis es qui respondeas Deo, si sustinuit in multa longanimitate, nec statim punivit, sed ad respicientiam invitavit; vasa iræ, id est, homines suâ malitiâ dignissimos, in quos Deus gravissima ederet justitiæ exempla; apta, seu aptati, suâ scilicet obstinatione et impenitentia, ad perditionem, id est, qui suâ obstinâtâ malitiâ exitum meruerunt.

Volens ostendere..., id est, si, inquam, postquam tales peccatores diu, cum patientiâ sustinuit Deus, expectans eorum conversionem; si tandem in illos ostendit iram suam, notamque facit suam in puniendo potentiam, sicut in Pharaonem, quid inde contra Deum dici potest?

Et Sosthenes frater, de quo Act. 18, ex archisynagogo, seu synagoga Corinthiacae princeps, factus fuerat D. Pauli comes. Potest Estius hanc Epistolam, à Paulo dictantem, fuisse à Sosthene scriptam; hincque Sosthenem ab Apostolo socium in salutatione adhibuit. Quidquid sit, hæc in re modestiam nos docet Apostolus, dum hominem sibi longe inferioriorem associat; et suam simul indicat profectum, cum Corinthios corrigere volens, Corinthiaco archisynagoga, sibi socium adiungit in salutatione; ut sciat Corinthios id quod in Epistola continetur, non à Paulo tantum, sed et à Sosthene proficisci.

VERS. 2. — **Ecclesia Dei, quæ est Corinthi,** id est, congregationi fidelium, seu fidelibus Corinthi congregatis à Deo, et ad Dei cultum.

Ecclesia Dei, quia à Deo, et ad Deum, et in Deo. A Deo vocata; ad Deum volentium congregata; in Deo consistens; et à Dei Spiritu gubernata. *Ubi tres in vocatæ meo, sicut in media sententia.*

SANCTIFICATIUS IN CHRISTO JESU. Explicat que sit illa Ecclesia fuit; fidelibus scilicet, à Jesu Christo per Baptismum à peccato allatis, et gratiæ Dei donatis.

VOCATI SANCTI, quasi diceret: Hinc merito sancti vocantur, quia reverè jam sanctificati sunt, et vocatione divina sunt ad sanctitatem vocati.

QUI CONVOCATI SÛT INVOCATI... quasi diceret: Non Corinthios tantum, sed et omnibus Christianis, ubiqueque sint illi et nos. Supple scribit, vel solum

VERS. 1. — **Pavles vocatus apostolus Jesu Christi,** vocatum apostolum se confirmat per hoc quod sequitur, *per voluntatem Dei*, hoc est, jussu, decreto ac beneplacito Dei.

Et Sosthenes frater. Erat hic princeps synagoga Corinthi; confertus ad Christum à Paulo, pro fide coram Gallio proconsule scribit verberatus, Act. 18, ac post mortem relictus inter sanctos, 28 Novemb.

VERS. 2. — **Ecclesia Dei, quæ est Corinthi, sanctificatus in Christo Jesu, vocatis sancti,** id est, ad sanctitatem vocatis à Deo, cum omnibus, etc., id est, cum omnibus christianis ubiqueque consistant; sive memem hoc in loco nostro, sive in alio quolibet suo loco. Ita Clerus.

VERS. 3. — **Gratiæ vobis et pax, etc.,** subaudi, multumque.

VERS. 4. — **Gratiæ ego Deo meo semper pro vobis**

dici. Ex Apostoli mente Epistola hæc circularis, seu ad omnes Christianos, specialiter tamen ad Corinthios.

Omnes ergo Christianos salutat in quocumque loco moreretur et nostrum, seu nos et illi simas. Hoc unitatem insinuat: licet enim Christiani sint loco separati, unum quid sunt omnes, una ecclesia, unum Christi corpus; hinc omnis illorum locus et nostrum est.

VERS. 5. — **GRATIÆ VOBIS ET PAX,** scilicet multiplicetur. **A DEO PATRE...** à quo omne bonum, Jacobi 1, **ET DOMINO JESU CHRISTO...** per quem omnia, seu per quem *maxima et pretiosa donantur*, 2 Petr. 1. Tacetur Spiritus sanctus, quia in donis intelligitur, ait D. Thomas, *gratiæ et pax, quæ per Spiritum sanctum donantur*.

VERS. 4. — **GRATIÆ AGO DEO MEO...** IN GRATIÆ DEI, id est, ob gratiam Dei, que data est vobis per Jesum Christum, seu ob dona vobis cœlestia collata, que v. 5 explicat. In omni ferè Epistola gratias agit Deo, ut nos doceat esse gratos. Omnia bona sunt à Deo: ad Deum ergo per gratiarum actionem sunt remittenda, ut uberius refluant ad nos; sicut aquæ ad mare recurrit, ut iterum fluant. Omnia per Christum et propter Christum nobis donantur; ergo per Christum nostra gratiarum actio referenda.

VERS. 5. — **QVOD IN OMNIBUS DIVITES FACTI ESTIS;** Græcè, *divitiis estis*, id est, gratias, inquam, ago, quod abundantia, seu cumulatis estis omnibus divitiis spiritualibus.

IN NULO, id est, in Christo, et per Christum, seu in Ecclesia Christi, et per Christi merita.

IN OMNI VERBO, ET IN OMNI SCIENTIA, id est, in omni dogmate linguarum, et in omni cognitione rerum divinarum; seu quod emulati estis omnibus divitiis spiritualibus scientiæ et eloquentiæ diviniæ.

Corinthii divites erant ob commercium; ad hoc alludens, ait, et spiritualiter facti estis divites; Deus vobis amplam facultatem dedit omnia fidei mysteria intelligendi et eloquendi. Hoc intellige de perfectioribus, quos hic laudat, imperfectiores postea correcturus. Vide v. 10.

VERS. 6. — **SICUT TESTIMONIUM CHRISTI...** Sicut; secundum quod, pro, per quæ, id est, per que dona, intelligentiæ scilicet et eloquentiæ, Evangelium Christi

in gratiæ Dei, etc., id est, per Christum Jesum. Nul- lum enim bonum salutare datur à Deo hominibus, nisi per meritum Jesu Christi; *in gratiæ*, id est, propter gratiam Dei. Nomen *gratiæ* complectitur omne donum gratuitum ordinatum ad salutem, vel propriam habentis vel communem fidelium.

VERS. 5. — **QVOD IN DONATIONIBUS DIVITES FACTI ESTIS IN NULO** (per illum Christum) *in omni verbo* (predicationis Evangelii) *et scientiæ*, id est, spiritualis ejus intelligentiæ. Q. d. : Gratiæ ago Deo, quod vobis copiosum per me et Apollo exhibuerit predicationem et doctrinam Evangelii, ejusque sensum et intelligentiam. **ET IN OMNI SCIENTIÆ.** Significat Apostolos Corinthios ditatos utroque dono, et cognoscendi divini, et eodem apte eloquendi. In quibus conjunctis consistit sermo scientiæ.

VERS. 6. — **Sicut testimonium Christi, etc.,** id est,

sili, quod predicavi vobis, confirmatum est. Sen, ut ait Theophylactus, per quæ stabilita est in vobis predicatio Christi. Fortè simpliciter, quæ dona testimonium sunt, Evangelium Christi confirmans in vobis. Vide secundam ad Cor., 13, v. 12.

Hic versus per parenthesis legendus.

VERS. 7. — **ITA ET SIMIL. VOBIS DEST...** Græcè, *in nullo gratuito dono*, id est, ita ut nullum vobis desit donum gratuitum.

EXPECTANTIBUS REVELATIONEM... Syr.: *Sed expectatis, etc.*, id est, donec fiat revelatio, seu manifestatio gloriæ Domini nostri Jesu Christi, quam expectatis. Hæc revelatio fiet in secundo adventu, in quo omnia gratiarum dona consummabuntur. Laudat resurrectionem expectantes, et oblique ferit dubitantes, seu non credentes, de quibus infra, cap. 15.

VERS. 8. — **QUI ET CONFIRMABIT VOS SINE CRIMINE...** Græcè, *inculpatus*. Verba sunt bonæ fidei, sicut ad Philipp. 1: *Confidens hoc ipsum, quod qui cepit in vobis opus bonum, perficiet usque in diem Christi...*; quasi diceret: Spero quod Deus (enim scilicet gratias ago) confirmabit vos, sed debet gratiam perseverandi usque in finem; ut inculpatus, *sine crimine*, id est, sine gravi peccato, sed justus et sanctus appareatis in DIE ADVENTUS DOMINI NOSTRI JESU CHRISTI. Precatur firmitatem et perseverantiam, et ut sint sine crimine; per quod ostendit nonnulli concessos, et eos criminibus obstrictos, ait Theophylactus. Idem dixerat Theodoretus.

FIDELIS DEUS, PER QUEM VOCATI ESTIS IN SOCIETATEM...; id autem spero, quia Deus, qui vos ad societatem Filii sui, et consequenter ad sanctitatis illius imitationem vocavit; verax, fidelis et constantis est in promissis suis; dabit ergo auxilia ad sanctè perseverandum necessaria, que jam dare cepit, et deinceps daturum se promissit.

IN SOCIETATEM; Græcè, *in communionem*; Syr., *in consortium*. Societatem Filii, adoptionem vocavit, Theodoretus.

Nota moralis.

Hic cum D. Chrysostomo nota et mirare Christiani dignitatem. Pope: quantum donationis magnitudinem!

quibus modis aut rebus, nempe sermone et scientiâ, quibus diuti estis. Et sensus est: Hujusmodi donis, velut certo firmoque testimonio, cognoscitur vos esse fideles ac servos Christi, ejusque spiritum accepisse.

VERS. 7. — **ITA UT NULUM VOBIS DESIT IN NULO GRATIÆ.** Notandum, Paulum non dicere eos in omnibus esse perfectos, et nullum eis desisse perfectionem gratiæ; sed, in omnibus divites esse, et nullam eis gratiam desisse. Nam etisi numero donorum divites erant et abundabant; tamen in eis nondum erant perfecti, ne quidem æ perfectionem quam multi assequuntur in hac vitâ; sed ut ad eam paulatim proficerent, exhortandi erant.

Expectantibus revelationem Domini nostri Jesu Christi, in secundo illius adventu, quando omnium gratiarum copiam et consummationem in gloria cœlesti à Christo accipientis.

VERS. 8. — **Qui et confirmabit vos usque in finem sine crimine,** quantum est ex parte sua, id est, gratiam dabit, que vos confirmare possit, et ita confirmabit etiam recipere, cæ usi, et vos confirmare in Christi

D. Chrys. Christi Filii Dei socius, consors, cum eo quid unum, quasi Christus alter est. Quia per Baptismum factus sum Christi membrum, Christi corpus, quid unum cum Christo, quasi Christus ipse. Hinc in illo sum Filius Dei, hæres Dei, coheres, consors, socius Christi. Baptismus itaque vocatio est ad societatem, consortium, communicationem filiationis divini, hereditatis æternæ, omnium Dei honorum fructuum æternæ cum Christo.

Sed quid secum importat hæc vocatio, et ad quid astringit? Et sicut sum Christi membrum, Christi corpus; sic et de Spiritu Christi vivam; Spiritu Christi in meis actionibus et passionibus animer; Christi mores, vitam et exempla imiter, socius sim et consors sanctitatis Christi; sancti estote, ô Christiani, consortes mei, quia ego sanctus sum; quod plus sancti, eò plus et consortes mei.

Omnes baptizati de societate quidem sum Filii Dei, sed plus aut minus, juxta majorem aut minorem Spiritus et gratiæ Christi participationem, et juxta majorem aut minorem vitæ Christi internæ et externæ imitationem. Hæc itaque Spiritus Christi interna participatio, hæc Christi vitæ imitatio, totum debet esse studium meum, desiderium meum, votum meum.

O Deus misericors, Deus clemens, qui me immeritum ad societatem Filii tui vocasti, da mihi, licet indigno, ejusdem Filii tui Spiritu animari, et in omnibus vivere, ut me Spiritu Christi animatum et viventem, Christoque indutum, agnoscas pro filio, et in simo tuo, ut Filium, recipias in æternum. Amen.

VERS. 10. — **OBSECO AUTEM VOS, FRATRES,** hincque profatus est Apostolus et quidem honorificè, quia totam Ecclesiam Corinthiaco, in quâ spirituales et perfecti plures, allocutus est. Ob hoc ergo perfectiores, totam laudavi Ecclesiam, de parte, quasi de toto, loquens, ait D. Augustinus. Sicut et postea malos ejusdem Ecclesie ita reprehendit, quasi omnes essent culpabiles, ut idem D. Augustinus annotavit, epist. 19, q. 6.

Postquam ergo bonis et benignis verbis acres Corinthiorum preparavit, nunc accusationem incipit; non eam tamen nudam indecens, sed observationem

fidei et claritatis relictis. Confirmabit, inquam, ad hoc, ut sitis et persistatis usque in finem vitæ, sine crimine, id est; inculpatis, quos nemo culpare aut criminari possit, quasi crimen aliquod contra fidem et charitatem Christi commiseritis.

In die adventus Domini nostri Jesu Christi; hic enim ultimus nosser et rerum omnium certus finis. Nam confirmatio fidelium usque in finem vitæ sine crimine, preparatio bonorum est ad diem quo venturus est Dominus ad judicium.

VERS. 9. — **Fidelis Deus, etc. Societatem filii** hic vocat Paulus communionem fidel. gratiæ, et gloriæ Christi, que habetur in Ecclesia Christi; sive ipsum christianismum, in quo habemus societatem filiationis, hereditatis, Sacramentorum, et omnium honorum Christi; q. d. : Vocati estis, ut sitis filii Dei, socii, membra, fratres et coheredes Christi. Ita Anselm., Amb., Theophyl., Chrys.

VERS. 10. — **Obsecro autem vos, fratres, per nomen Domini nostri Jesu Christi,** in corpus unum eandemque Ecclesiam, familiam, domum et Ecclesiam vo-

et admonitionem præmittens: *Obsecro, Theodoretus.*

PER SOMNEM DOMINI NOSTRI JESU CHRISTI. Obsecrationi rectè adijungit nomen Domini nostri Jesu Christi, ut idem Theodoretus; id enim erat quod ab ipsis spernebatur, quia cum oporteret eos ab ipso appellari, à suis presidentibus denominationes assumebant.

UT INAVSEM DICATIS OMNES, id est, idem dicatis. SYR.: *Ut sit unus sermo vobis omnibus et non sint inter vos dissidia, sed ut sitis perfecti unâ mente, unâque sententiâ.* Intellegitur ergo perfectio unitatis: sitis compacti in eadem mente et in eadem sententiâ; Theophyl., quasi diceret: Omnium vestrum sit idem animus, idem sententiâ, idemque dicatis. Unum estis omnes in Christo, iuxta v. 9: ergo et inter vos unum in Christo estote. Unum mysterium Christi, corpus estis omnes; ergo et omnium vestrum unus sit animus; unanimes estote; idem valis sit intellegere, velle, dicere.

Duo Christianos omnes ad perfectam invitavit unionem, scilicet, unitas corporis Christi, quod sumus omnes; unitas Spiritus Christi, quo vivere debemus omnes. Hoc omnium nostrum debet esse mens una, cor unum, idem sermo, idem sensus.

VERS. 11. — SIGNIFICATIO EST ENIM IN ME VOBIS, FRATRES MEI, AB HIS QUI SUNT CHLOES; SYR., à domesticis Chloes; Arab., familiares Chloes; ita et D. Chrys. Chloes itaque Lemica fuit christiana inter Corinthios illustris. Quasi diceret: Non sine causâ vos, fratres, hortor ad unionem; iudici enim à domesticis Chloes, sororis nostræ, quod sint inter vos dissidia.

VERS. 12. — HOC ALTEM DICO QUOD UNSQUISQUE...; repeto quod, ut mihi relatum est, unusquisque vestrum dicit: Ego sum Paulus. Vide paraphr., intellige: Ego sum discipulus, sectator, filius spiritualis Pauli. Ego APOLLO...; DEO ALTEM CHRISTE. Non reprehendit quod dicant: Ego sum Christi, sed quod non omnes hoc dicunt quod illi relatum fuit à domesticis Chloes; debent ergo verè et litteraliter intellegi de Paulo, de Apollo, de Cepha. Non est ergo verum, ut putant aliqui, quod hæc nomina usurpet Apostolos ad significandas personas, seu philosophorum, seu pseudo-apostolorum, à quibus Corinthiorum factiones sua nomina traherant. Non debito tamen quia Apostolus bonus hic doctores nominans, sub eorum specie, falsos percutiat apostolos; si enim in eis qui boni sunt gloriantur sumus omnes, quicumque fideles et Christiani sumus.

Ut idipsum dicatis omnes, scilicet, quasi fratres germani, verbis et voce consentiant, dicatis omnes simul: Ego sum Christi; non autem hic dicit: Ego sum Pauli; ille: Ego sum Apollo. Rursum non tantum voce, sed et mente consentiant.

Et non sint in vobis schismata: sitis autem perfecti in eodem sermone, et in eadem sententiâ; ut idem sententiâ, et inter vos consentiant in Christo, ut vobis invicem aptè coherere in unâ mente et sensu in Christo.

VERS. 11. — Significatio est enim mihi de vobis, fratres mei, ab his qui sunt Chloes. Putant aliqui Chloes esse nomen loci, ut oppidat aut vici; sed hic locus alibi nusquam legitur. Unde veritas Chrysostr. et Sy-

dum negat, quanto magis in malis doctoribus, quorum doctrina falsa et vita corrupta? Hoc cap. 4, v. 6, declarat Apostolos dicens: *Hæc in me et Apollo propter vos transfigurari.* Vide locum. Litteratur ergo textus intelligendus de Paulo et Apollo, ob quos primario principaliter exortum fuit hoc Corinthiorum schisma, ut colligi potest ex cap. 3, v. 4, 5, etc.

Sed quomodo à bonis et optimis doctoribus schisma? Hæc videtur schismatis origo fuisse. D. Paulus omnium primus Christum Corinthi prædicavit, Corinthiosque ad fidem convertit; vide Act. 18, 11. Hinc Corinthiorum verè pater et apostolus. Post Paulum Apollo, vir eloquens et potens in Scripturis; magno spiritus fervore Corinthi Christum docuit et explicavit; vide Act. 18, v. 24, 25. Hinc verosimiliter factum ut quibusdam Paulus, huic Apollo comparatus, frigideret et minus eloquens visus fuerit. Et hinc schisma, dum alius se Pauli, tantæ famæ viri, discipulum esse jactat; alius verò se Apollo, hominis tam discreti discipulum esse gloriatur; tertius, sive, quia Rome, Antiochie aut alibi, à D. Petro eductus et baptizatus; sive, quod putat Baronius, quia vult hoc schisma ob Paulum et Apollo exortum, declinare, se Petri omnium apostolorum principis discipulum et filium gloriatur. Quarus denique aliis assurgens, et sapienter sentiens et loquens dicit: *Ego sum Christi,* cuius ministri tantum sunt omnes apostoli; ego sum Christianus.

Hoc Corinthiorum schisma non videtur magni fuisse momenti: omnes enim in Christum credebant, omnes se Christianos esse gloriabantur; et D. Paulus Christi Domini verè et unice amator, ferre non potest quod suum, vel cujuslibet hominis nomen cum glorioso Christi Jesu nomine miscetur; Paulus, inquam, unitatis Ecclesie perfectus amator, omnem horret mystici corporis Christi scissionem; ne minimam quidem illius divisionem pati poterit. Ne igitur Ecclesia Christi in varias dividatur sectas, sicut apud paganos Corinthi et alibi philosophorum sectæ, hæc primam fideliū divisionem totis hic impugnat viribus.

Insimilans ergo et arguens Corinthios, quod non omnes se Christianos esse et dici gloriatur, sed aliqui se Paulianos, alii Petrianos, alii Apollonianos dici velint, obsecrat eos; et quidem per nomen Domini nostri Jesu Christi, quod addit, ut indicet quod non sit aliud nomen sub celo datum, in quo oportet nos putare hoc esse nomen familie vel femine. Quasi dicit: Ex familia Chloes audivi.

Quia contentiones sunt inter vos; contentiones sunt veriorum concertationes, ubi quisque vult superare. VERS. 12. — Hoc autem dico, quod unusquisque vestrum dicit: Ego quidem sum Pauli; Ego autem Apollo; Ego verò Cepha. Sermo superfluous hoc aut simili modo: Ego sum Pauli discipulus, sectator, tanquam mellioris magistri; et sic de aliis. Alii vero magistrum suum Apollo præterant, eloquentiam hominis excellentes, idè quæ ejus comparatione Paulum deprimentes. Verosimile est Judæos fuisse qui dicebant: Ego Cepha, videlicet Petro studentes tanquam apostolo circumcissionis. Atque hinc factum ut acriter inter se contenderent, dum quique studiosi suum magistrum præferant.

Ego autem Christi, Constans est interpretum tam

nos solos fieri, aut gloriari. Per hoc ergo sanctum et adorabile nomen Domini Jesu, obsecrat ut idem dicant, se licet: Ego sum Jesu Christi, ego sum Christianus, Deo et Christo totus addictus. Et ut non sint deinceps inter eos schismata, circa homines Christi ministros; sed sicut omnes in Christum credunt, sic et omnes sese Christianos dicant; siquæ perfecti sint unâ mente, unâque sententiâ; sicut omnium una fides, ita et unum nomen. Ut autem aliter loquentibus horrorem incutiat, in sequentibus versibus ostendit illorum loquelæ absurditatem, quasi blasphemam; quia supponere videtur Christi multipliciter, quod sanè blasphemum.

VERS. 13. — DIVINUS EST CRISTUS? (interrogative); SYR.: *Nunquid divinus est Christus?* Quasi diceret: An apud vos Christus divinus et multiplicatus est? seu an plures apud vos sunt Christi? an Paulus Christus? an Apollo? an Petrus Christus? seu, ut ait Theodoretus, nunquid domini et potestatis socios habet Christus, et propterea divinus est?

NEGOTIO PAULUS CRUCIFIXUS EST PRO VOBIS? scilicet, quasi Christus; an non solus Christus pro vobis mortuus est? Theodoretus. Idem intellige de Petro, de Apollo: nunquid Petrus, ut Christus, crucifixus pro vobis? Proprium nomen adducit, ne videatur livore ductus, aliorum nomina recordari. D. Athanasius.

ACT IN SOMNEM PAULI BAPTIZATI ESTIS? scilicet, quasi Christi; idem intellige de Petro et Apollo. His absurdis et blasphemis interrogative enuntiat, ostendit absurditatem quasi blasphemam Corinthiorum dicentium: *Ego Pauli, ego Petri,* etc., quia videntur supponere multos Christos. Illisque Corinthiis concludendum relinquit quod sicut unus Christus est, qui pro nobis crucifixus fuit, et in cujus nomine baptizati sumus, sic et unus tantum magister et doctor, in quo et de quo gloriamur nobis est, et à quo nomen nobis duccendum. Ceteri magistri et doctores, homines tantummodo sunt, Christi humiles servi sunt; propter Christum, illum et nostrum Dominum, honorant quidem sunt; sed nec in eis gloriari nos oportet, nec ab eis nomen sumere licet.

Hæc doctrinâ hocque facto Paulus omnes in Ecclesiâ sectas et factiones simul jugulat; vult omnes in Græcorum quàm Latinorum sententiâ, Paulum hæc auduisse velut bonè et christiane dictum, se doluisse quod non omnes hoc idem dicerent. Erat enim hæc vox unitatis, non schismatis.

Ego autem Christi, non male, sed rectè loquentium est, si ab eis contentio, et contentio apostolorum et vivarum Christi; quæ enim doceret dicere: *Nos omnes Christi, patris Christiani.* Ita Ambrosius, Theophyl., D. Thomas, et hinc sensum eundem est quo scribitur cap. 3: *Vos autem Christi, Christus autem Dei.*

VERS. 15. — DIVINUS EST CRISTUS? Sensus est: Num Christi corpus dissectum est in partes? Ac si dicit, ut solit, abbat.

Nunquid Paulus crucifixus est pro vobis? Q. d.: Nunquid Paulus sua passione vos redemit? Minime; solus enim hoc Christi est, qui solus noster est redemptor.

Aut in nomine Pauli baptizati estis? Q. d.: Unus est Christus, in cujus nomine equè omnes baptizati

Christum credentes in Christo et de Christo gloriantur, à Christo nomen sumere et gloriari; sicut ipse solus pro nobis mortuus est, ita in ipso solo nobis gloriamus.

Obsecratio moralis.

Hinc ergo dicitur omnis doctor, animarumque minister, animas ad Christum adducere, uni Deo et Christo devovere. Caveat ne eas sibi devotas alliciat, ut faciat suas; totis suis viribus impediatur ne de suo nomine aut personâ gloriatur. Meminerit se ministrum, non Dominum; se canalem, non fontem; ad Dominum et ad fontem esse docere oculos attollere, Dominoque et fontis gratas esse.

Hinc et dicitur omnis anima christiana Christi ministros doctoresque suos revereri, hoc Christum et in Christo; reverentiam illis debent et honorem: sed caveant ne quasi Christos reputent, ne illis superstitione adherent; aliis illis merito dicitur: *Divinus est Christus?* an doctor vester Christus? an pro vobis doctor vester crucifixus? Meminerit quod sicut unus Christus est, sic et unus magister, unusque doctor, in quo nobis est gloriamus. Ideo pro nobis crucifixus est Christus, idè in sanguine illius baptizati sumus, ut illi simus toti devoti et addicti: *Enipit estis pro magno, glorificate Beldemphorem,* et propter Beldemphorem, honorate redemptionis ministros, doctores, baptistas, confessorios, etc.

VERS. 11. — GRATIAS AGO DEO, QUOD NEMINEM... id est, neminem ferè, seu perpaucos manibus meis baptizaverim; id enim divina providentiâ factum agnosco, ne huic blasphemæ absurditati ulinò emulata, occasionem darem. Per hoc arguit et emulata et baptizatos, qui ad injuriam Salvatoris, baptismatis ejus gratiam hominibus deputant; illis dissimulantibus gloriæ causâ, Ambros., seu Hilarius Diaconus, ut volunt.

NEMINEM VESTRUM BAPTIZAVI, NISI CRISPUM. Fuit Corinthi archisynagogus, sicut et Sosthenes, sive uterque simul archisynagogi fuerint in duabus synagogis, erant enim plures aliquando in eadem urbe; sive alteri alteri successerit in eadem synagoga; ET CAUSAM, hospitem, scilicet, meum.

VERS. 13. — NE QUIS DICAT QUOD NOMINE ME...; estis: ergo frustra pro nobis, baptismi ministris de præcellenti contendentis. Hinc D. Thom. et alii, adeoque Græcorum historia docet, Græcos accepisse hæc suam baptismi formam, ut non dicant: Ego te baptizo; sed: *Baptizatur servus Christi in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti:* ne quis dicat: *Ego sum Pauli, ego sum Apollo.*

VERS. 14. — GRATIAS AGO DEO, QUOD NEMINEM VESTRUM BAPTIZAVI. Et quidem Deo gratias agit, quos providentiâ factum sit, ut hoc, quod est Paulum, non baptizasse Corinthios, cessarit ad eorum bonum, id est, ad evitacionem peccati, quo factarent se in Pauli nomine baptizatos esse; aut tanquam per baptismum in ejus nomine ascripti dicerent: *Ego sum Pauli.*

Nisi Crispum et Gaium. Crispus apud Corinthios Judæorum archisynagogus fuerat: in quem Paulo predicante credidisse Dominum cum omni domo sua scribit Lucas, Act. 18. Porro Gaius hospes erat Pauli, ut ipse testatur Rom. ult.

VERS. 15. — Ne quis dicat, etc.; Græcè, quod in no-

Gr., quid in nomen meum baptizari; ne quis calumnietur dicens quod in nomine meo vos baptizaverim, voluerimque vos nominari Paulianos.

VERS. 16. — BAPTIZATI AUTEM ET STEPHANE DOMUM, cuius elogium vide cap. ultimo hujus Epistolae, v. 15. NESCIO NUM ALIQUIS ALIUM E CORINTHIIS BAPTIZAVIT. D. Thomas arbitratur hinc Graecos hanc formam baptizare: Baptizator servus Christi, etc., non verò: Ego te baptizo, etc., ne cui daretur occasio dicendi: Ego sum Pauli, ego Cepha...

VERS. 17. — NON ENIM MISIT ME CHRISTUS BAPTIZARE... non enim me primario et principaliter misit Christus ut baptizarem, sed ut praedicarem. Praedicatione primarium est apostolorum munus. Hinc episcopi a conc. Trid. praescriptum.

NON IN SAPIENTIA VERBI; à schismatis reprehensione transit latenter ad schismatis originem; et quia ex immoedo eloquentia studio et affectu exortum fuerat, ideo hic et tribus sequentibus capitulis sapientiam secularem deprimit; crucis verò virtutem et humilitatem ubique commendat. Misit, inquam, Christus me praedicare, non sermonibus multà eruditione et eloquentia ornatis. Reprehendit ergo Corinthios sapientie et eloquentiae nimium addictos.

UT NON EVACUETUR CRUX CHRISTI...; SYR.: Ne inanis reddatur crux Christi, in hominum scilicet opinione, dum putarent se ad fidem per eloquentiam vim adductos, non per virtutem crucis et crucifixi gratiam. Ubi major apparatus eloquentiae, ibi minor virtus apparet in cruce, quia tunc fides Evangelio data, artificiosis hominum verbis potest ascribi, non soli crucis virtuti.

UT NON EVACUETUR..., ut hanc vocem bene intelligas, supponendum est quod crux, ob Christum in ea crucifixum, sit salutifera virtute plena; arbor est vitae, lignum salutis, fons gratiae; et quod hoc vita, haec salus, haec gratia è cruce et è Crucifixi corde per fidem fluit in animas credentium; fides autem ex auditu, auditus verò per verbum. Hinc sicut fides est simplex, et sicut crux nuda fuit, ita verbum fidei sit simplex; ita praedicatione crucis nuda, non ornata, non

men meum baptizari. Ne quis me calumnietur, et dicat, quod vos baptizandi transcripserim in nomen meum, ac de me Paulianos vocari voluerim, tanquam meo Baptismo sanctificatos.

VERS. 16. — Baptizati autem et Stephanus domum, Stephanus, ait Theoph., vir erat Corinthi celebris, quem proinde à fide et charitate laudat Paulus, cap. 16.

Letterarum nescio si quem alium baptizaverim, ex verbis, id est, Corinthiis. De his enim ad quos scribit, proprie homini videtur.

VERS. 17. — Non enim misit me Christus baptizare, sed evangelizare. Sic intellige: Non principaliter ad hoc me misit, ea non est primaria pars legislationis meae. Fecit ergo utrumque, sed alterum per alios, à quibus id facile fieri poterat: ipse in eo, quod magis ac difficilior erat, totus occupatus.

Non in sapientia verbi, id est, cum eloquentia et sermonis ornatu non evangelizo. Hoc est quod repetit initio proximi capituli, se venisse, non in sublimitate sermonis aut sapientie. Utumque enim à se renovet, et sermonis apparatus, et sapientiae secularis ostensionem.

compta. Quò simplicius verbum, eò clarior apparet et crucis virtus et gratia Crucifixi; quò plus similitudinis in sermone, eò minus virtutis apparet in cruce; per sermōnis apparatus extenuatur, evacuat virtus crucis, crux et Crucifixus defraudatur suae virtutis et potentiae laude. Caveat ergo curiosior divini verbi praeco, ne Christus in iudicio sibi impropriet, quòd nimio sermonis ornata, et variâ eruditionis ostensione, virtutem crucis evacuaverit, seu cruceam suâ laude defraudaverit. Caveat et Crucifixi praeco, sed suæ potius quàm Crucifixi gloriae studiosus, ne sibi impropriet, quòd cruceam evacuaverit, Crucifixum suâ gloria spoliavit, ut eam faceret sibi propriam.

VERS. 18. — VERBUM ENIM CRUCIS... Dixi: Ne evacuatur virtus crucis, et non siue causâ dixi: nam simplex praedicatione crucis et Crucifixi, seu potius de Christo pro nobis in cruce mortuo, licet incredulis, salutis viam per fidem ingredi nolentibus, et id eò PRESENTES, stultitia videatur; nobis tamen creditibus et in salutis viâ per fidem constitutis Dei virtus est, et potentia. Quid stultius, inquit infideles, quàm salutem ab homine crucifixio sperare? Scipsum non salvavit, quomodo salvabit alios? Haec quidem blasphemant impij, quia crucis virtutem et Crucifixi potentiam ignorant; at nos fideles novimus quòd, et si ex infirmitate carnis crucifixus est, virtute tamen divinitatis est potentissimus: scimus quòd ipsius mors vita nostra sit; et quia id scimus per fidem. Hinc Christi mors nobis Dei virtus est; hinc simplex iujus mortis praedicatione medium et instrumentum est, quò Dei potentia salutem nostram operatur.

VERS. 19. — SCRIPTUM EST ENIM..., quòd simplex crucis verbum, non verò sapientia et eloquentia humana, sit Dei virtutis medium et instrumentum, per quò salutem hominum operaturus esset Deus. Probat ex Isai. 29, 14, juxta Septuaginta praedicente quòd Deus sapientiam humanam esset reprobaturus et eâ ad opus salutis nostrae non usurus.

PENDAM, id est, ostendam perditione dignam, rejiciam SAPIENTIAM mundi, sive secularem, ET PRUDENTIAM PRUDENTIUM REPROBAM; SYR.: Et prudentiam

Ut non evacuatur crux Christi, id est, inanis reddatur, dum putant homines se salutem assecutos, et sibi fidem persuasam esse vi humana eloquentiae, non vi passionis Christi. Haec fuit origo schismatis dicentium: Ego sum Pauli, ego Apollo, quòd scilicet Apollo eloquentiae placeret novumque Corinthiis delicatis, et eloquentia studiosis; aliis verò spiritum magis quàm verba querentibus, placeret Paulus imperius quidem sermone, sed non scientiâ. Unde Paulus, hic, et per tria sequentia capita, multis eloquentiam et sapientiam secularem insectatur et deprimit.

VERS. 18. — Verbum enim crucis, praesentibus quidem stultitia est; q. d.: Sermo de cruce salvatrice, sive quòd per cruceam et passionem Christi redempti sumus, incredulis ac perversis hominibus, ideoque peritris stultitia apparet.

Ita autem qui salvi sunt, id est, nobis, Dei virtus est, id est, potentia, robor, fortitudo. Loquitur in persona electorum. Nec enim alii sunt qui salvi sunt, quam electi: ut nec alii qui pererunt, quam reprobi.

VERS. 19. — Scriptum est enim, Isai. 29, ubi sic ait: Peribit sapientia à sapientibus ejus, et intellectus praedicationum ejus abscondetur, passivè. Sed Septuag., quos

mente prius; abscondam, efficiam ne luceat; ostendam nulli eam esse usui ad homines docendos ad Christum.

VERS. 20. — UBI SAPIENS... Altero Isaiæ loco, 55, 18, id factum esse probat, quærens: Ubi sapiens? id est, gentilis philosophus. Ubi scriba? Judaeorum doctor. Ubi conquisitor veteris seculi? seu curiosus rerum naturae indagator, physicus; Syr., disputator, quia res physicae disputationi maxime subsunt. MUNDUM TRADIDIT DISPUTATIONI EORUM; quasi diceret: Quem eorum Deus assumpsit in Evangelii sui ministerium? Supponens quòd responderetur quia nullum, concludit: NONNE STULTIAM FECIT DEUS SAPIENTIAM...; quasi diceret: Nonne hoc suo contempta Deus ostendit stultitiam esse hujus mundi sapientiam? Nonne infatigabilis Deus sapientiam mundi, ait Tertullianus. Palam ostendit esse fatuam, inanem, inotilem, nullius momenti, quam Deus suis rebus adhibere noluisset.

Quam fatua, quam vana, inanis et contemptibilis illa sapientia, qua nec potuit veritatem invenire, nec alios ad veritatem adducere! Quam sapiens, et docta, et veneranda crucis stultitia quae coelestem Evangelii veritatem et docuit homines, et in mundo stabilivit, invitavit omnibus mundi sapientibus et potentatibus! Haec est Dei virtus; haec gloria Christi; haec sapientiae mundanae confusio. Ubi nunc sapientes? confusi sunt, depressi sunt, annihilati per piscatorum praedicationem.

VERS. 21. — NAM QUIA IN DEI SAPIENTIA...; Graec.: Postquam enim in Dei, etc.; hujus rei rationem reddit Apostolus, illicque justum ostendit.

NAM QUIA MUNDUS, seu mundi doctores et sapientes, EX DEI SAPIENTIA, id est, ex rebus à Deo sapienter fa-

sequitur Paulus virtutem acivè: Perditam sapientiam sapientiam, et prudentiam prudentiam abscondam. Pro quo Paulus habet reprobandum; et, ut Tertull. verit. irritum faciam; estque idem sensus. Peribit enim sapientia, quia Deus eam perdet et abijcet. Nota Paulum referre ad universum genus sapientiae secularis id quòd prophetae proprie de Judaeorum sapientia, quae Pharisaeica erat, dixit. Est enim par quòd hoc utriusque, inò omnis sapientiae secularis, ratio. Q. d.: Faciam ut sapientia seculari homines ad salutem uti nollint, sed Evangelio, et cruce Christi.

VERS. 20. — Ubi sapiens, id est, philosophus gentium. Ubi scriba? id est, doctor Iudaeorum. Citat Paulus Isaiæ 55. Ubi, inquit, est filiaritas? Ubi lego verba ponderamus (id est, scribam)? Ubi doctor peritiorum? qui reipsum esse conquisitor seculi? physicus, qui naturae et mundi aereana curiosè scrutatur. Q. d.: Abijcet sunt philosophi et scribae, omnesque mundi sapientes depressi et confusi sunt, per praedicationem apostolorum et gloriam Evangelii. Ita Christus omnes.

Nonne stultitiam fecit Deus sapientiam hujus mundi? Stultitiam fecit, id est, stultitiam ostendit; ponitur verbum reale pro mentali vel verbali. Stultum, inquam, in cruce et Christi ac salutis cognitione; ad hanc enim fide opus est, non acuminè. Ita S. Chrysost. Scientia piscatorum, inquit S. Ambrosius, stultum fecit scientium philosophorum, cum scilicet suos et naturae terminos egressa est.

VERS. 21. — Nam quia in Dei sapientia non cognovimus mundum, per sapientiam Deum. In Dei sapientia, quam scilicet ostendit in sapientissima et tam stupendis mundi fabricis, et gubernatione, ait D. Thom., Dei

etis, seu creaturis, in quibus elucet mira Dei sapientia; Deum mundi opilecem, per suam sapientiam et solertiam non cognovit, non reverit esse, nec glorificavit. Graeci, seu gentiles, doctorem habebant sapientiam Dei, nempe illam quae in creaturis cernitur; Deum tamen non agnovit. Theophylactus.

PLACUIT DEO...; ideo reprobatâ hanc sapientiam, placuit, bene visum est Deo, per praedicationem crucis (quae videtur mundi sapientibus stultitia) SALVOS FACERE, non sublimia speculantes, aut disserentes, sed simpliciter credentes. Mutata est itaque per peccata hominum via salutis. Deus Creator noster sapientiam suam in hujus mundi opilecio, tam sapienter condidit, visibiliter hominibus exposuerat; ut ex operis admiratione raperetur in opilecis cognitionem, admirationem, amorem et cultum. Hoc non cessit feliciter; evacuaverunt homines in cogitationibus suis... Deumque non glorificaverunt; hinc placuit Deo per cruceam specie contemptibilem, sed virtute mirabilem, vanam essigere sapientiam, hominesque non speculantes, aut disputantes salvare, sed credentes. Fides ita salutis medium necessarium, ut sine fide illa, vana sit et inutilis scientia.

VERS. 22. — QUONIAM ET JUDEI SIGNA PETUNT...; explicat praedicationem, scilicet, placuit Deo per stultitiam...; quasi diceret: Mirum sanè Deo placuit! quoniam et Graeci, et Syr., quoniam quidem et, Judaei miracula assueti, signa quaerunt, quibus ad credendum moveantur. Graeci, seu gentiles, rationationibus dediti, sapientiam quaerunt, argumentis et syllogismis volunt suaderi.

VERS. 23. — NOS AUTEM, DEI JUSSU, PREDICAVIMUS

sapientiam intelligenti saltem in opilecio mundi; melonymice tamen acceptam pro ipso mundi opilecio, omnibus ad contemplandam expositis.

Placuit Deo per stultitiam praedicationis salvos facere credentes. Hinc Deus per rem, qua mundo videtur stulta, scilicet per cruceam, mundo se et salutem veram revelavit, ut stultis se accommodaret, et cum eis quasi stultesceret uti praecceptor cum pueris repueras et balbutit. Sic Christus, qui non intelligebatur ut Deus, hominibus se revelavit, ut homo, et passibilis. Hoc autem ingens est espicium. Ita h. Thom., Anselm. et alii.

VERS. 22. — Quoniam et Judaei signa petunt. Commendat Apostolus virtutem evangelicæ praedicationis tam Judaeis quam gentilibus despecta. Significat, inquit, et Judaei signis olim assueti; signa, id est, miracula, exigunt; quibus velut divinis testimoniis adducuntur ad credendum.

Et Graeci sapientiam quaerunt. Et Graeci, inquit, solam sectantes rationem naturalem, requirunt humanam sapientiam, id est, philosophicis rationibus docet et disertè propositis persuaderi volunt: et si quid ratione assequi non possunt, quale est mysterium crucis, non recipiunt, sed explodunt atque irrident. Quenam modum Paulo contigit Christum praedicationem apud Athenienses philosophos. Act. 17, unde et à Festo praeside auditus: Inanis, Paulè, Aethorum 26.

VERS. 23. — Nos autem praedicavimus Christum crucifixum. In captivitate redigentes omnem intellectum in obsequium Christi. Opponit enim Apostolus praedicationem Christi crucifixi sapientiae seculari.

Judaei quidem scandalum; quia crucis opprobrium eos iuraviat, et injuriat.

CHRISTUM CRUCIFIXUM, JUDÆIS QUIDEM SCANDALUM, quia crucifixus; expectabant enim Messiam summam cum potentiam et majestate venturum. Hec infirmitas et crucifixio Judæis est lapis offensionis et petra scandali.

GENITES AUTEM STULTIUM: quid enim stultum quam ab homine crucifixo solum sperare?

VERS. 24. — IESUS AUTEM VOCATUS JUDÆIS ET GRÆCIS. Obijci poterat: Ad quid ergo predicatis Crucifixum, apostole, qui scandalum et stultitia est, sicque Judæos et Græcos offendit? Cui respondet: Iudei Crucifixum prædico, quia Crucifixus meus et firmitas est et potentia, et stultitia et sapientia; non credentibus quidem stultitia et imbecillitas, iis autem qui divinam gratiam ad fidem vocati, credunt, sive gentiles sint, sive Judæi, iis, inquam, hic Crucifixus Dei vietus fides et SAPIENTIA, sicut sol cæcis tendere, videntibus vero lumen. Theodoretus.

VERS. 25. — QUIA QUOD STULTUM EST DEI... Probat hanc ultimam propositionem, quod vocatis Crucifixus sit Dei virtus et sapientia; quia quod stultum Græco videtur in Deo crucifixo, hoc ipsum omni sapientia humana sapientius est: quod infirmum Judæis videtur in Messia crucifixo, hoc omni potentia humana fortius. Hoc enim stultum et infirmum Dei fecit quod nec omnis humana sapientia, nec tot prodigia fecerunt; sive in gentilibus, sive in Judæis; scilicet homines convertit, salutem operatum est. Hoc stultum Dei omni sapientia humana sapientius est, quia omnem tandem philosophiam devicit, sibi que subiecit; omnem intellectum capitavit in obsequium Christi. Hoc infirmum Dei omni humana potentia fortius, quia omnem

Gentibus autem stultitiam; mera stultitia erat hominem crucifixum aut predicare, aut credere mundi salvatorem.

VERS. 24. — IESUS AUTEM VOCATUS JUDÆIS UTQUE GRÆCIS, iis vero qui divinam predestinationem vocati sunt ad fidem; sive Judæi illi sint, sive Græci, id est, gentiles.

Christum Dei virtutem, et Dei sapientiam, virtus quidem, id est, potentia, quæ eripuit eos a potestate diaboli, qui in Evangelio vocatur fortis armatus, Luc. 11. Sapientia vero, quam ostendit in eo quod per humilitatem et crucem et mortem Christi Filius sui elegit redempt.

VERS. 25. — QUIS QUOD STULTUM EST DEI, etc. id est, stultitia et infirmitas Dei, id scilicet quod in Deo et Christo nato et passo putant stultum et infirmum; scilicet Dei humanitas, mortalitas, passio, crux, fuit id, quo sapientissime et fortissime Christus quasi vicit homines, Satanam, et totum orbem, aiant SS. Ambrosius et Anselmus. Quasi dicat: In eo patet mira Dei sapientia et virtus, quod per rem stultam etque infirmam, scilicet crucem, sapientiam omnium et fortitudinem vicerit. In cruce redemti hominem, non per potentiam deitatis, sed per justitiam et humilitatem passionis, ut ait S. Augustinus.

VERS. 26. — VIDETE ENIM VOCATIONEM VESTRAM, FRATRES. Vocacionem dicit vocatos, sicut alibi circumcionem, circumcisos. Videte, inquit, et considerate vocatos ad fidem, id est, fideles, qui et quales sint, etiam illi qui inter eos præcipui sunt, ut apostoli Christi.

QUI NON MULTI SAPIENTES SECUNDUM CARNEM, id est, quod non multi humana sapientia præditi; supplementum vel ex eo quod præcedit, vocati sunt, vel ex sequentibus, electi sunt; utique ad fidem, vel etiam ad

sibi contradicentem potentiam superavit; Crucifixus, merito quasi victus, omnem vicit, sibi que subieci mundum.

Hic ergo repeti potest, quod dictum supra: Ubi sapiens? ubi scriba? ubi consiliator...? adde ultra nobilitatem ubi potens?

VERS. 26. — VIDETE ENIM VOCATIONEM VESTRAM...; quasi diceret: Hoc omne quod dico vobis, scilicet et quod per stultitiam prædicationem... v. 20; et quia Christus Dei sit virtus et sapientia, 24; et quod stultum Dei...; 25; hoc, inquam, patet in vocacione vestra. Attendite enim ad vocacionis vestre rationem et modum, sive Dei ministros, qui vos vocarunt, specieis; sive vosmetipsos, qui vocati estis; certe non multos reperietis aut inter illos, aut inter vos, qui humana et carnali sapientia, potentia et nobilitate sint præditi. Hic non multos: erant enim aliqui, v. g., Dionysius Areopagita, Paulus proconsul, Nicodemus, ipse Paulus, Apollo.

VIDETE VOCATIONEM VESTRAM, id est, et vocantes et vocatos; scilicet, videte quales sint.

VERS. 27. — SED QUÆ STULTA SUNT MUNDI... Sed Deus eos elegit quos, ob simplicitatem et ignorantiam, quasi stultos reputat mundos; UT CONFUNDAT SAPIENTES, et eos qui nullus sunt in mundo poterat, plebeos, ut confundat, Græcè, confundat, Syt., pudore afficiat, fontia, hujus seculi potentes.

VERS. 28. — ET IGNORABILIA MUNDI... et ignobiles et despectos, et pro nihilo habitos in mundo Deus elegit et despectos eos qui in magno habentur pretio, scilicet nobiles, potentes, sapientes, eosque quasi nihil esse ostenderet.

Evangelii prædicationem.

NON MULTI POTENTES. Potentes secundum seculum intellige.

NON MULTI NOBILES, id est, claro genere nati. Non dicit Apostolus: Nemo sapiens secundum carnem, nemo potens, nemo nobilis. Nam hujusmodi etiam nonnulli primis illis temporibus ad fidem accesserunt, ut Nicodemus princeps Judæorum, Joseph ab Arimathea, nobilis deenit, Dionysius Areopagita, etc.; verum hi comparatione multitudinis evocantium paucissimi erant. Ceterum inter duodecim Christi apostolos, à quibus primis omnium erus Christi prædicata fuit mundo, nullus omnino secundum seculum sapiens, potens, nobilis: Hinc Ambrosius, lib. 5 in Lucan, ad illud esp. 6: Elegit ex ipso: Adverte, inquit, velleste consilium: non sapientes aliquos, non divites, non nobiles, sed piscatores, et publicanos, etc.; vauum ergo videtur, quod de nobilitate et purpura S. Bartholomæi laboratur nonnulli.

SED QUÆ STULTA SUNT MUNDI ELEGIT DEUS, ut confundat sapientes, id est, ut pudore afficiat sapientes: (omni qui essent, sed qui esse viderentur, ait S. Augustinus, serm. 65, vel sapientes non simplices, sed secundum carnem. Pudentem enim hujusmodi sapientes, dum per suam sapientiam prestare non possunt, id est, homines ad æternam salutem adducere et vobis facere, quod sine eis præstant indocti.)

ET INFIRMA MUNDI ELEGIT DEUS, id est, infirma secundum mundum, dicit homines nulli seculi potentiam præditos, sed plebeios et inopes.

UT CONFUNDAT FORTE, id est, ut illorum comparatione veluti podesfaciat omnem hujus mundi potentiam: dum per illos facit, quod potentes seculi non possunt.

VERS. 28. — ET IGNORABILIA MUNDI ET CONTEMPHIBILA

EA QUÆ NOS SUNT, id est, quæ nihil esse reputantur; EA QUÆ SUNT, id est, quæ magis estimantur. Tria mundus æstimat et miratur: sapientiam, potentiam, nobilitatem; hæc tria Deus sprexit in hominum vocacione ad salutem; è contra, insipientiam, impotentiam et ignoditatem ad salvandos homines elegit. Qui ex nihilo fecerat omnia, ex privationibus reparavit omnia. Per insipientes docuit mundi sapientes, et per infirmos et impotentes superavit reges, omnes seculi potestates; per ignobiles omnem humiliavit nobilitatem et excellentiam mundanam.

VERS. 29. — UT NOX CLORIBET OMNIS CARO... homo à parte suo vilior caro dicitur ad majorem humiliacionem: quasi diceret, mortalis: ut nulli mortalium occasio datur faciendi se vocatum, sive ad Christianismum, sive ad munus apostolicum, vel ob scientiam, vel ob natalium nobilitatem, vel ob potentiam, vel ob alia præclara merita; sed ex merâ Dei gratiâ. Hinc in omnium mortalium cordibus annihilatio eorum Deo; sive in nobilibus, potentibus, sapientibus, quia propter arrogantiam suam à Deo contempti, neglecti, repudiati. Ut enim bene notat Theophylactus, id non ex primario Dei consilio factum est; sed propter arrogantiam suam, indigni facti sunt prædicatione Evangelii, ejusque susceptione, sive in plebeis, ignobilibus, indoctis, quia ex micro Dei beneficio assumpti. Solum ergo Deo gratias referant nobilitatem et grati.

Hinc et discite, quisquis sis, omnem seculi pompam et celebritudinem spernere, si velis salvari. Omnia quoque plurimum estimantur à mundo, Deus habet pro nihilo; ergo et tu habe pro nihilo, si velis à Deo æstimari, diligere. Cor tuum coram domino conforma; sperne quod spernit Deus; æstima quod Deus considerat.

ELEGIT DEUS; et eos qui secundum seculum ignobiles erant et obscuri, ideoque despecti, reliquoque pro nihilo habiti, elegit Deus.

EA QUÆ NOS SUNT, id est, abjecta, quæ pro nihilo habentur; quasi dicit homines nullis nominis aut numeri. Deus elegit apostolos abjectos qui pro nihilo habebantur.

UT EA QUÆ SUNT DESTRUERET, id est, ea quæ habentur in pretio, puta sapientes et potentes mundi, destrueret et quasi annihilaret; ut eos qui magis sunt hominum æstimacione, contemptibiles et obscuros redderet, ac velut ad nihilum redigeret: quod est destruere juxta versumque nostrum.

VERS. 29. — UT NOX GLORIBET, etc., non omnia, id est, nullus, Rursus caro, id est, homo. Quasi dicit: Ideo Deus elegit et vocavit ad Christum non sapientes, nobiles, et potentes; sed rudes, ignobiles, et impotentes, ut nullus homo gloriaretur se vocatum ad Christianismum ob suam sapientiam, opes, nobilitatem, fortitudinem, et merita; sed sciat se vocatum ex merâ Dei gratiâ. Ita S. Anselmus.

VERS. 30. — EX IPSO AUTEM NOS ESTIS IN CHRISTO IESU; ex ipso scilicet Deo, et non ex vobis; etiam vos estis quidquid estis coram Deo; et ab eo habetis quidquid boni quod ad pietatem pertinet, habetis; idque per Christum Iesum. Aliter: Vos estis ex Deo, id est, illi Dei, homines Dei estis, vel estis ex Deo nati, idque per Christum. Tertius sensus: Ex Deo vos estis in Christo, id est, per Dei gratiam estis Christiani, Christo incorporati, et beneficiorum ejus participes.

QUI (CHRISTUS) FACTUS EST NOBIS SAPIENTIA ET DEO, et justitia, et sanctificatio, et redemptio, nempe causalis, quod Christi merito justitiam, sanctificationem et re-

Cor tuum ô Deus, imprime cordi meo! pone te ut signaculum super cor meum!

VERS. 30. — EX IPSE AUTEM NOS ESTIS... Ex ipso et per ipsum, id est, ex ipsius dono, et per illius gratiam, et vos, ô Corinthii, estis NOVA IN CUNCTO CREATURA, Christiani, Christo inserti, incorporati.

QUI FACTUS EST NOBIS SAPIENTIA A DEO qui Christus à Deo nobis datus est, ut auctor sapientia, justitia, sanctificationis et redemptionis; seu, per quem Christum, Dei beneficio, accepistis veram sapientiam, justitiam, etc. Pro nobis moriens, nos à peccati servitute redemit; per baptismum nos in suo sanguine lavans, fecit justos et sanctos; in eodem sanguine nos regenerans, ex ignobilibus fecit nobiles; ex filiis iræ, Dei filios; ex peccatoribus justos et sanctos; ex stultis sapientes, divinam scilicet sapientiam. Hæc omnia nobis Christus per suam passionem promeruit, et per suam gratiam et Sacramenta produxit in nobis. Per Christum Deus nobis omnia dedit et veram sapientiam, et justitiam, et sanctificationem; et aliquando à morte et à miserâ redimemur, ut in Domino solo glorie mur. Omnia supernaturalia per ipsum, tota religio in ipso.

Per redemptionem potest intelligi perfecta redemptio à morte scilicet et miseris, per resurrectionem. Potest et dici quod Christus Evangelio suo sit nostra sapientia; sua gratia, nostra justitia; sacrificio suo, nostra justificatio; sua resurrectione, nostra redemptio à miseris.

VERS. 31. — UT QUOMODUM SCRIPTUM EST... Jerem. 9, 25, 24, non isdem verbis, sed sensu, hinc censâ sumpto. Ex Dei dono Christus omnia nobis factus est, ut nemo nostrum, nec in seipso, nec in alio quodamplationem à Deo acceperimus. Christus factus est nobis auctor et causa vera et christiana sapientia, redemptionis, sanctitatis, et justitiæ; primo, satisfactoris et meritorie; idque maxime hic specialitè apostolus; quia Christus pro debito humano, justissimo sanguinis sui pretio satisfecit, et meruit nobis justitiam, sapientiam et sanctitatem, adeoque factus est nobis justitia; quia justitia, id est, satisfactio Christi nostra est: perinde ac si nos Deo satisfecissemus. Unde, ut theologi docent, in justificatione per Sacramenta, quasi prius natura Christi satisfactio nobis applicatur; ut deinde posterius natura propter eam recitantur peccata et gratia indolentur.

VERS. 31. — Ut quomodum scriptum est (apud Jeremiam, cap. 9, non veritas tantum isdem, sed sensu) qui gloriatur, etc. Apud prophetam sic legitur: Non gloriatur sapiens in sapientia sua, et non gloriatur fortis in fortitudine sua, et non gloriatur dives in divitiis suis; sed in hoc gloriatur qui gloriatur, scire et nosse me. Sensus igitur Apostoli ex propheta est iustusmodi: Qui gaudet et gloriatur se habere aliquid unde placeat Deo, non id suæ sapientie aut potentie aut aliorum circumquæ homo nature ascribit, sed soli gratiæ Dei acceptum ferat. Quamquam illud in Domino potest de Christo accipi, de quo proxime sermo fuerat, ut sensus sit, in nulla alia re gloriamur esse, quam in eâ quam per Christum habemus, qui nobis omnia factus est. Non ergo, ô Corinthii, in vobis, non in Paulo, vel Apolo præceptoribus vestris, sed in Domino gloriamur. Ille (ait S. Anselmus) in solo Domino gloriatur, qui cognoscit non suam, sed illius esse, non suum ut sit, sed etiam ut non nisi ab illo bene sit aibi, à quo habet et ut sit.

piam homine gloriatur; sed in Domino, seu in Dei bonitate; quasi diceret: Quis ergo vos, ô Corinthii, gloriamini, sive in vobis ipsis, sive in aliis hominibus, ob sapientiam, etc.? Gloriamini autem in eo, qui in

Corollarium pietatis, seu in hoc capite primo ad pietatem maxime notanda, et in proximam redigenda.

In hoc primo capite tria ad suam adificationem notet omnis, et quilibet christianus. Primum, quantum facere debeat Christianismi gratiam. Secundum, quantum horrere debeat cinem in Christianismo divisionem. Tertium, quantum spernere debeat quæ mundus quidem æstimat, Deus autem spernit, sapientiam humanam, potentiam, nobilitatem.

Ministri eius cui credidistis; Gr., per quos creditistis; Syr. idem; id est, ministri sunt, quorum opera externà usus est Deus ad vobis praedandum verbum, per quod fides vobis est data.

Et exacergete sicut Dominus dedit, id est, et sicut unicuique dedit Dominus. Sed unusquisque illorum ministrat et secundum talentum à Domino acceptum, et secundum ministerii officia illis à Domino distributa. Concludendum relinquit: Ergo vobis in Domino gloriamdum, cuius summi ministri; in illo, inquam, à quo et fides vestra, et à quo omnis ministrorum excellentia. Hinc dicitur quo loco doctor sit habendus: minister est, non domus; canalis est, non fons; à Deo habet quidquid est et quidquid habet; et ministerium, et talentum, et sapientiam. Deus itaque in illo considerandus, audiendus, reverendus. Vide dicta in cap. 1, v. 15. Idem de libro sapientie dicendum; ita legendus est, ut per eum, quasi per canalem, ad sapientiae fontem ascendamus. Fons sapientiae verbum in excelsis; hinc omnis sapientia creata fuit. Ad hunc itaque fontem recurre, attende, quotiescumque verborum aliquum sapientiae rivulum. Biba de rivulo, gratias age fonti; lauda Deum omnis sapientiae fontem; ama, cole, revere verbum aeternum, ipsam Sapientiam; ipsi omni honor et gloria.

Vers. 6. — *Ego plantavi, Apollo irrigavit.* Similitudine rem illustrat. Ecclesia vestra agricultura est, Deus agricola, apostoli vestri sunt agricolae servi, quorum unusquisque diversum officium accepit à Domino, et talentum ad illud optum. Ego Paulus, Dei minister, apostolus juxta Dei voluntatem, Dei jussu, Ecclesiam vestram plantari per fidem, quam vobis praedicaui primus; seu vos, ó Corinthis, in Ecclesia agro plantavi, prima Christiane religionis elementa docens. Apollo, alter Dei minister, superveniens, vos quasi plantam novellam fovit, excoluit, rigavit, uberiori et ampliori doctrina Christum et christianam religionem vos docuit.

Sed Deus incrementum dedit; et Deus solus, agricola primarius, vobis à me plantatis, et ab Apollo rigatis, vitam gratiae, et incrementum fidei et virtutum dedit. Ipse solus per suam gratiam internam fecit ut vos, plantati, rigati, viveretis, germinaretis, cre-sceratis et fructificaretis.

Vers. 7. — *Itaque neque qui plantat est aliquid, etc., quia licet foris exhalant suum ministerium, non tamen actione sua intereorem attingunt effectum vel vegetations in naturalibus, vel sanctificationis in divinis. Sed illam quidem efficit natura Deo auctore. Ista vero sibi soli Deus reservat.*

Vers. 8. — *Qui intem plantat, et qui rigat, unum sunt.* Unum sunt, id est, ambo non aliud quam ministri, et quidem unius Domini ministri. Ergo omnes eadem charitate et unione complexi debetis, non autem propter eos facere schismata.

Vers. 9. — *Qui intem plantat, et qui rigat, unum sunt.* Unum sunt, id est, ambo non aliud quam ministri, et quidem unius Domini ministri. Ergo omnes eadem charitate et unione complexi debetis, non autem propter eos facere schismata.

Vers. 10. — *Qui intem plantat, et qui rigat, unum sunt.* Unum sunt, id est, ambo non aliud quam ministri, et quidem unius Domini ministri. Ergo omnes eadem charitate et unione complexi debetis, non autem propter eos facere schismata.

tum dedit. Ipse solus per suam gratiam internam fecit ut vos, plantati, rigati, viveretis, germinaretis, cre-sceratis et fructificaretis.

Vers. 7. — *Itaque neque qui plantat...* itaque nec plantator, nec rigator debent à vobis, ut aliquid, considerari, sed Deus solus; à quo vestra gratiae vita et incrementum fidei. Illi quidem extrinsecum suum dederunt vobis ministerium, secundum quod illis à Domino datum et praecipuum est; at actione sua non attingunt intereorem effectum conversionis et sanctificationis vestrae; sed illam solus Deus, ut auctor gratiae efficit; sicut Deus solus, ut auctor naturae, vegetationem dat plantis naturalibus, non autem illarum plantator et rigator.

Itaque plantator et rigator, si ad Deum comparentur, non sunt aliquid, nihil sunt, 1^o quia à se non sunt, non nihil sunt; 2^o quia quod sunt et quod habent, seu quod plantant et rigant, hoc habent à Deo; 3^o quia per suam operam externam non attingunt intereorem effectum, non sunt auctores, aut conversionis ad fidem, aut majoris sanctificationis per incrementum fidei, spei et charitatis.

Concludendum relinquit: Ut quid ergo gloriamini in hominibus, qui nihil sunt, nihil habent, nihil possunt? Deo soli gratias agite, qui vobis per suos ministros vitam gratiae dedit; in Deo solo gloriamini, à quo et vita vestra, et omnis ministrorum suorum opera et excellentia.

Hoc sciat et ad hoc attendat omnis anima fidelis. Arbor seu planta sua in Ecclesia agro per Baptismi ministrum plantata; rigata per verbi divini et Sacramentorum ministros; à Deo solo pendit spiritualis et divina animae meae vita; ipse solus dat gratiam, et incrementum gratiae. Hinc sub Dei manu omnipotentem frequenter et assidue humilietur: in manibus suis sors et aeterna vita mea: sic humiliata, annihilata oriet, insiet, gemat, speret. Et de hoc persuasus sit omnis operans in agro Dei laborans: nihil sum, nihil possum, à Deo solo salus; Domini est movere, tangere, convertere, incrementum dare. De hoc persuasus labore, omnes expectans à Deo, et laboris sui fructum et mercedem.

Vers. 8. — *Qui autem plantat et rigat, unum sunt;* id est, aequè sunt ministri unius et ejusdem Domini, à quo quisque illorum propriam mercedem recipiet secundum laborem suum. Quasi diceret: Aut nihil sunt, aut idem sunt; nihil in se et à se; utique

Sed Deus incrementum dedit, id est, interior dedit vitam et vigorem gratiae ad cresendum, et adulescendum in fide, virtute et christianismo. Hoc enim solus est Dei. Vide August. tract. 5 in Joannem.

Vers. 7. — *Itaque neque qui plantat est aliquid, etc., quia licet foris exhalant suum ministerium, non tamen actione sua intereorem attingunt effectum vel vegetations in naturalibus, vel sanctificationis in divinis. Sed illam quidem efficit natura Deo auctore. Ista vero sibi soli Deus reservat.*

Vers. 8. — *Qui intem plantat, et qui rigat, unum sunt.* Unum sunt, id est, ambo non aliud quam ministri, et quidem unius Domini ministri. Ergo omnes eadem charitate et unione complexi debetis, non autem propter eos facere schismata.

Et hoc quidem potest litteraliter intelligi: bene tamen et in sensu Apostoli, si non primario, saltem secundario, hoc de fidelibus omnibus intelligere potest, fidei fundamentum proprias suas actiones supererecturibus; vel bonas, per aurum, argentum et lapides pretiosos significatas; vel minus bonas, et peccatis venialibus infectas, per lignum, fenum et stipulam figuratas.

Videat ergo unusquisque fidelis, quid fidei in baptismo accepit, invidet; an charitatis aurum, sapientiae et contemplationis argentum, et omnium virtutum lapides pretiosos; an verò opera bona quidem, sed vanitate vel aliis peccatis venialibus infecta?

Nota quod cum de superedificandis hic agit Apostolus, et non de destructivis, de quibus v. 17, consequenter hanc eius doctrinam non potest intelligi de doctoribus hereticis, eorumque doctrinis impuris; etenim fidem everunt, non super fidem aedificant; nec etiam de peccatis mortalibus, quia qui talia agunt, non salvantur; hi autem de quibus agit Apostolus, salvantur, v. 15.

Videat ergo quid, quomodo et quo animo quisque fidelis superedificet.

Vers. 15. — *Unusquisque opus...* quia unusquisque opus aliquando tandem erit omnibus manifestum; materiae differentiam patefaciet dies dominicus, Theodoretus. *DIES ENDI DOMINI...*; Gr., *nam dies*; Syr., *dicentium ille*. Dies iudicii dicitur autonomasticè, *dies, vel dies ille*, vel *dies Domini*. Jam nostra dies est, dies hominis, tempus nostrum, quando nostram impietatem voluntatem, etiam contra Deum, ait D. Thomas, post D. Anselmum. Dies autem iudicii erit dies Domini, qui voluntas hominum completur de hominibus, qui per iustitiam, vel praebantur, vel damnantur. Dies ergo iudicii declarabit quale fuerit opus cuiuscunque.

Quia in ipse revelabitur. Alludit ad id quod scriptum est, Psal. 96: *Ignis ante ipsum procedet*. Ignis nempe purgatorius mundi, quasi divina iustitiae fletor, iudicium mundi procedet et per illum revelabitur, id est, declarabitur, sunt apparatus quod dies illis sit dies iudicii.

magis clarescet: vicina verò domus è ligno et stipulis conflabitur, et qui eam inhabitabit, elebatur quidem, sed ambitus: ita si quis Christianorum, praesertim doctorum, et praedicatorum Evangelii, fidei Christi superedificet aurum et argentum, id est, opera sancta, ac praesertim doctrinam sanam, ipsorum et sanctorum, pertinent ad ornamentum Ecclesiae: hic mercedem accipiet. S. Thom.: *Aurum, ait, et charitas; argentum, sapientia et contemplatio; lapides pretiosi, sunt virtutes aliae*. E contrario lignum, fenum, stipulae sunt peccata non gravis, illa et mortalia, ut vult Chrysost., Theophyl., sed levia et venialia, quibus scilicet mens adhaerescit ad vanam, v. g., ad carnis commodum, nugae, vanam gloriam. Proprie verò ad mentem et sensum Apostoli, lignum, fenum, stipulae, est doctrina incerta, frivola, pomposa, phantasia, curiosa, inutilis. In S. Ambrosio, S. Thom., Theodor., Anselmo; qui enim hoc superedificavit fundamentum fidei Christi, hic salvus erit, sic tamen quasi per ignem.

Vers. 15. — *Unusquisque opus manifestum erit.*

Quia ergo in igne et cum igne fiet dies illa, hinc, ait D. Paulus: *Unusquisque opus*, non tantum erit manifestum, sed et probatum; ignis quippe sua luce manifestabit, et suo calore probabit unusquisque opus. Sicut ignis noster nunc aurum purum probat, impurum purgat, stipulas et ligna comburit, ita ignis confaguratorius omnes justos, qui tunc erunt super terram, probabit quidem, sed quos puros, ut aurum, invenierit, illosos et doloris immunes servabit; quos autem bonos quidem, sed culpis venialibus impuros repererit, purgabit plis autem pro quosque meritis torquendo; malos autem et impios secum tandem in infernum convolvens inflammabit et torquet in aeternum. Erit ergo ignis ille probatorius, purgatorius, et vindicatorius, sed diversorum respectu. Sufficit itaque ad exprimendos effectus hic ab Apostolo designatos, scilicet probare, purgare, perdere, seu punire; nihil ergo melius intelligi potest per ignem hic ab Apostolo allegatum, quam ignis confaguratorius mundi; quò de re vide finit Estium et Cornelium à Lapide, ex quibus praefata (infra).

Ad hunc omnem locum breviter et clarè explicandum, nota 1^o quod per diem Domini designat dies iudicii universalis, in quo, ut dicit Ecclesia, Christus venturus est iudicare saeculum per ignem. De hoc die loquitur Apostolus hic et alibi, tanquam instet, et suo tempore sit futurus; ut ad eum, velut incertum et vicinum, assidue se preparent omnes fideles. Sed sub hac aie iudicii universalis comprehendit dies iudicii particularis, seu dies mortis, in quo unusquisque iudicatur; idem enim articulus diei iudicii erit, et eadem utriusque iudicii sententia. Nota 2^o quod per ignem, de quo hic Apostolus, intelligitur ignis confaguratorius, qui praevius, comes et licet Christi iudicis erit; quippe probat et purgat eos qui tunc vivunt; impuris mortem et poenam, plis autem minus acerbam, pro quosque meritis affertens. Sed sub hoc igne intellegitur purgatorium ignem, quò statim post mortem purgantur animae iustae, et ita intellexerunt Patres Latini in concilio Florentino; uterque ignis purgatorius est: ille confaguratorius, scilicet, purgatorius erit universorum tunc viventium; hic nihilominus

Tactè haec Apollo, et alios Evangelii praesens, maxime eloquentes, quibus periculum est à vanitate, ut eam caveant, et pure veritatis sint magistri, si se sic fecerint, igne hoc exuri debeant; aut aliquis tales fuisse Corinthios, eosque contentiosos et schismaticos inesse causam vel occasionem, satis insinuat Apostolus.

Dies enim Domini declarabit, id est, dies iudicii, maxime universalis; quia haec in igne revelabitur. Illa enim Domini, jam nostra est dies, ait Anselmus, Theodor., Ambrosius.

Quia in igne revelabitur. Totus hic Apostoli locus de die iudicii, tam particularis, quam universalis, de quo igne tam purgatorio, quam confagatorio mundi intelligendus est.

Et unusquisque opus quale sit, ignis probabit. Sensus est: *Lo ipso igne, quo revelabitur vel dies Domini, vel ipse Domini, vel opus cuiusque, tanquam instrumentum iustitiae divinae, quodquod doctrinae superedificatum fuerit fundamento à ministris vestri Dei, severè examinabitur: sive illud sit ut aurum,*

ignis purgatorii, est singulorum nunc decedentium purgatorius. Hic ergo se habet ad illum tanquam pars ad totum, et unus in altero debet intelligi.

Hic de re vide plura apud Cornel. à Lapide, qui existimat non improbabili quòd unus et idem ignis futurus sit; ita ut desinente purgatorio in fine mundi, ignis illius loci fiat confaguratorius ignis.

Vers. 14. — *Si cuius opus manserit...* operarius ille, cuius opus, utpote solidum, vim ignis toleraverit et in illo permanserit illasum, bonus reputabitur operarius, et à Domino supremo architecto remunerabitur, seu justam laboris sui mercedem accipiet; persexerat in metaphorà aedifici à v. 9 excepta: domus ex auro, argento, marmore non laeditur ab igne; ita doctrina pura et sana (vel opera sancta) nihil patitur in Dei iudicio, sive universalis, sive particulari, ut dictum est v. 15. Sed sive doctor, sive christianus, quicumque sit, laudabitur et premiabitur aeternitatis coronà.

Vers. 15. — *Si cuius opus aversum...* ille verò, cuius opus aversum fuerit ab igne, sicut fenum et stipula comburi solet, is et laboris sui perdet operam, et operis sui dispendium patietur; idem doctori vano (idem et omni christiano vano) contiget, quòd architecto, cuius aedificium, quia ex materia combustibili constructum, ab igne consumeretur.

Domus ex ligno, feno et stipulae facili comburitur et in pulverem reducit; ita et doctrina vana, pomposa, nimis ornata, minusque utilis et solida; ita et opera vana, ex amore rerum temporalium facta.

Hic autem salvus erit...; talis, sive doctoris, sive christiani vanitas in igne, vel confagrationis, vel purgatorii, cremabitur; id est, doctor ille vel christianus multabitur quidem et vanitatis suae luet poenas; ipse tamen salvus erit; sed sicut homo, qui incensà domo, elabitur et transit per ignem, combustus. Cùm ex D. Paulo salvus sit hic operarius, consequens est ut hic locus non intelligatur de operario absolutè malo, id est, auctore doctore haeretico, nec de christiano mortaliter peccante; hi enim non salvantur, sed in aeternum torquentur.

Hic ergo versibus agit de sanctis et salvandis, sive doctoribus, sive simpliciter christianis; verso 14 quidem, de sanctis omnibus puris, ut aurum; verso autem 15, de sanctis, qui aliquibus culpis venialibus repleantur, lapides pretiosi; sive ut ligna, fenum, stipula.

Vers. 14. — *Si cuius opus manserit...* Sensus est: *Si cuius opus quòd superedificavit, permanserit illasum ab igne, utpote purum, sanctum et irreprehensibile, quomodo aurum aurum ab igne non laeditur; pro eo opere ipse aedificator mercedem recipiet à iudice Christo. Itaque tali structori ignis ille, quantum ad quosmodi opus attinet, nullum interit cruciatum aut dolorem; quia nihil in eo inveniet purgandum.*

Vers. 15. — *Si cuius opus aversum, detrimentum patietur.* Si cuius opus quòd superedificavit, ab igne corruptum et combustum fuerit, quomodo ligna, fenum, stipula comburi solent ab igne, hoc est, si malum ac reprehensibile inventum fuerit, idemque poena dignum; ipse aedificator detrimentum huiusmodi operis patietur, nihil pro eo mercedis accepturus, sed ma-

rienter impuri, et hi punientur, sed puni salvantur.

Versu 17 de doctore haeretico et pernicioso, seu fidei everso loquitur. Idem intellige de omni, qui in peccato mortali reperi fuerit, seu qui peccato templum Dei violaverit, sanctumque Spiritum ex corde suo exulaverit.

Observatio moralis.

Ad haec omnia supra dicta attende, et sepe reflecte, o anima christiana! Templum Dei facta es per baptismum; per fidem tunc tibi datum, inchoatum est in te hoc Dei templum; toto autem vitae huius tempore crescere et continue perfici debet.

Dei in hoc aedificando cooperatus es, christiane: Vide ergo et attende seriò quid et quomodo superedifices; qualia opera fidei fundamenta superaddas; an pura, sancta et solida, an frivola et vana. Hoc Deus, qui totus lux et ignis est, in suo severo examine et iudicio probabit. Ante hunc Iudicem, cordis et animos scrutantem, illa sola opera subsistent, et erunt solida, quae in charitate, et ex charitate facta fuerint. Quidquid vel vanitate, vel quavis cordis impuritate, seu affectu inordinato vitiatum et infectum erit, hoc omne coram Deo lignum erit putridum, fenum aridum, palea combustibile, et in favillam reducenda.

Hoc igitur omne comburatur; huius igitur operam et mercedem perdes, imò hoc omne multaberis. Et quia nihil impurum intrabit in regnum colorum, hinc ob minimum cordis impuritatem, poenas lues in die purgatorio, et non nisi per ignem purgatum, salutem consequeris à Domino. Quid sit autem de bonis etiam actibus tunc eris reus, quid ergo malis? Ad hoc attende seriò; hoc severum Dei iudicium fidei nunc lumine praeveni; examina ita ipse, et proba opera tua: an aurum, an lignum, an argentum, an fenum, etc. Huius quae convenientia fidei tuae cum operibus tuis? quae convenientia Christi tecum, o Christiane! Itaque dote de praeterito, et per penitentiam dolorem redime tempus, repara praeteritum. Per charitatis ardorem, sanctitatis praesens, vivifica omnia opera tua, Christoque digna rotte et congrua. Per assiduum orationis studium, prepara futurum, vigila, oro, sicque tuum iudicem propitium habebis.

Vers. 16. — *Nescitis quis tempus Domini veniat...* Redit ad fideles Corinthios, à quibus deflexerat: ad

gis propter illud ab igne cruciantis operans, damnatum passurus est, et dispendium facturus sui operis ac laboris; quomodo meritorum damnatum patitur sturum mercium, òmni eas in mare proicit, ut ipse evadat; ita detrimentum quisque patietur, id est, poena multabitur operans, ita tamen et solvus fiat per ignem. *Ipse autem salvus erit, sic tamen quasi per ignem; Graecè, salvabitur, salvus fiet.* Vult enim Apostolus hanc similitudine ostendere; igne puniendus esse doctores, qui fidei Christi vanam et turpissimam superedificavit; salvus erit sicut is qui ex incensà domo elabitur, et transit impunitus per ignem. De igne purgatorio hunc locum occupant omnes catholici Patres et doctores Latini, et concilium Florentinum, initio: estque consensus et traditio Ecclesiae.

Vers. 16. — *Nescitis quis tempus Domini veniat...* Quasi dica: *Estis iudicium non hominis, sed Dei, ac consequenter non proloquimur, sed sanctum, puta*

coram doctores. Quos ergo prius vocavit *edificatum Dei*, nunc vocat *templum Dei*, ob inhabitantem Dei Spiritum in vobis, scilicet per gratiam, fidem, spem, charitatem, aliaque dona sua. Et Ecclesia, et quilibet anima sancta, est *templum Dei*, in qua Spiritus sanctus inhabitat secutus quam in arca, quae Ecclesiae et animae sanctae erat tantum figura.

VERS. 17. — Si quis *alter templum Dei violaverit*... Malos hic doctores, falsosque apostolos alloquitur, qui suis perveris doctrinis fidem, donis Dei fundamentum, et tenebant. Illi non salvabuntur quasi per ignem, sed in igne peribunt, et per ignem cruciabantur in aeternum; templi sui destructorem Deus perdet, sed damnabit in aeternum.

TEMPLUM ENIM DEI SANCTUM EST... Injuria aeterna damnationis assignat rationem: nec enim impie violatur sacra Deo, ut patere potest in Athalia et Balthazare, quos perdidit Deus; hinc, quia sacra templi profanavit, 2 Paral. 24, v. 3, illum, quia Dei templum profanavit, 2 Paral. 24, v. 7. Si autem materialis templi profanatores perdidit Deus, quanto magis disperdet eos, qui spirituale Dei templum, quod estis vos, suis erroribus exerceat conantur! Hoc idem cum Patribus Graecis intellige de his Christianis qui sordidis moribus profanant aut violant in semetipsis templum Dei.

VERS. 18. — Nemo se *seducat*: si quis videtur... Assignat diversis eventibus, qui unicuique operario, in die iudicii, contingent, in qua boni et optimi praemiantur; boni, sed aliquo affectu inordinato templum Dei, in quo Deus habitat per fidem, gratiam, charitatem et dona sua. Ita Anselmus et alii passim.

VERS. 17. — Si quis *autem templum Dei violaverit*, disperdet illum Deus. Sensus est: Si quis per falsam doctrinam subvertit fundamentum spiritualis aedificii, atque ita destruit ipsum aedificium, seu templum Dei: is non existimet se salvum fore per ignem, sed plane perituro. Disperdet enim illum Deus: quia nimirum aeterno ignis supplicio destructorem illum sui templi puniet.

Templum enim Dei sanctum est quod estis vos. Ac si dicat: Sacrilegium committit ille templi Dei violator, ut ipse rem sanctam, id est, Deo consecratam corrumpens: idemque dignus quem Deus ultor injuriae templi sui disperdat.

VERS. 18. — Nemo se *seducat*. Graecè: Ne quis seipsum decipiat. Loquitur autem Apostolus de his qui cum essent imbuti sapientia seculari, magistros fidelium esse venditant: quorum quidam, ut dictum est, boni erant, sed imperfecti, quia super fundamentum apostolicum aedificabant ligna, fenum stipulam; alii vero simpliciter mali, quos ut templi Dei corruptores proxime notaverat. Igitur de utrisque dicit: Nemo seipsum fallat, confidens ac sibi placens in sua sapientia, quasi non sit passurus ea quae dixi, si vel inutilia doceat vel perniciosi.

Si quis videtur inter vos sapiens esse in hoc saeculo (sapientia scilicet et eloquentia seculari, rhetorica, philosophica, mundana, terrena, idemque quasi sapiens superbiat, et ex fastu alios despicat), stultus fiat et sit sapiens. Stultus fiat, id est, doctrinae christianae, quae stultitia est incredulitas, penitus se subiciat, et intellectum suum in obsequium fidei captivum: ita fatrum ut verè et secundum Deum sapiens fiat.

VERS. 19. — Sapientia enim huius mundi stultitia est apud Deum, quia Deus reprobat sapientiam se-

vidiam, per ignem prius purgati, salvabuntur, perversi autem damnabuntur. Rursus ad eos qui ob eternam sapientiam efferebantur, sermonem habet; et sicut v. 10 dixit eis: *Unusquisque videt quomodo superbiae fiat*, ita nunc eisdem ait: *Nemo se seducat*, humana sapientia deceptus; nemo de se, et de suo opere presumat, ob secularis sapientiam. Quinimo, si quis videtur habere sapientiam proclivius (tremens ne ut palea comburatur), hanc reprobet sapientiam, stultusque fiat, id est, simplicitati et humilitati evangelicæ student ut verè et coram Deo fiat sapiens, et quasi verum parum reputetur in die illi.

VERS. 19. — SAPIENTIA ENIM HUIUS MUNDI... Dittationem ob quam reprobanda sit à nobis sapientia secularis: nempe quia à Deo reprobanda et contempta, ut dictum est 1 Cap., v. 19, etc. Sapientia enim stultitia, quia nihil confert ad salutem; imò saepe obest saluti, quia verè et divini distribit sapientia, inflat, seducit.

SCRIPTURÆ EST ENIM... Job 5, 13. Verba sunt Eliphaz: *Comprehendam*, capiam sapientiam in caliditate eorum; delegam omnem eorum astutiam, et detectam evertam, stultitiamque monstrabo.

VERS. 20. — ET ITERUM, Psalm. 55, 11: *Novi Dominus cogitationes hominum*, qui sibi sapientes esse videntur, vanas et stultas esse, et ad salutem inutiles; verum putant quod falsum, falsum quod verum.

VERS. 21. — Nemo itaque *glorietur in hominibus*, calare, et abiecit quasi falsum; penitus, quia nihil sapit salutare et divinum, nihil utam fecit ad negotium salutis. Secundò, Deus ea uti nōbit in Evangelio predicando, sed potius rudibus apostolis. Tertio, quia saepe contraria est fidei. Tum in speculativis, ubi mysterio sanctissimæ Trinitatis, incarnationis, mortis Filii Dei, repugnant omnes seculi sapientes, quasi illa impossibilia et incredibilia sint.

Scriptura est enim. Quod dicit sapientiam mundi huius esse stultitiam apud Deum, duobus testimoniis confirmat, quarum prius sumptum est ex libro Job, cap. 5. *Comprehendam sapientes in caliditate eorum*.

Sunt hoc verba non Job, sed Eliphaz, qui falso disputat contra Job, volens probare Job peccasse, et per peccata calamitates suas esse promeritum: male recargitur à Deo. Job 42, etc. proinde verba hec Eliphaz non à Deo. Sed ut notandum est, haec Eliphaz, sed vix sapientis. Probat enim Paulus, hunc Eliphaz sententiam, quia in se vera est, et sapienter à sapiente illo dicta. Sensus Apostoli: Deus deprehendit, detegit, eludit omnem astutiam ac versutiam sapientum huius seculi. Sapientiam eorum stultitiae convincit: dum scilicet ostendit ejusmodi sapientiam non posse prestare id quod promittit, hoc est, nihil posse ad bene beatorumque vivendum.

VERS. 20. — Et iterum (scriptum est Psal. 95): *Dominus novit cogitationes sapientium*, etc. Sensus est: Dominus novit cogitationes et consilia hominum qui sibi sapientes esse videntur, vana esse et inutilia ad finem quem spectant, id est, ad vitam beatam. Omnes enim sapientes beatitudinem promittunt. Quibus hinc sententiis et rationibus Apolo-tos docet Corinthios, vanam et inane esse sapientiam et eloquentiam secularem, in qua ipsi gloriantur, et ob quam Apollo praeponeret Paulo. Veram autem sapientiam esse fidem et doctrinam christianam, quam ipse etiam, simplici licet sermone, ardent tamen, et efficaci spiritu predicaverat.

VERS. 21. — Nemo itaque *glorietur*, etc. Eluocueti-

Omnes hic Corinthios alloquitur, ex supra dictis concludens nemini gloriantium esse in hominibus, quicumque sint illi, et quantalibet sapientia sint praediti: quasi diceret: *Cum ita sit quod ministri nihil sint*, v. 7, et quod sapientia sit stultitia apud Deum, v. 19.

Nemo ergo *glorietur in hominibus* propter eorum humanam sapientiam; nemo ob illos contendat, et eis nemo sese addicat.

VERS. 22. — OMNIA ENIM VESTRA SUNT... Dat rationem cur in hominibus, quamvis sapientibus, non sit nobis gloriantium; sed in Deo solo, qui nobis per Christum et ob Christum dedit et ministros salutis, et omnia ad fidem necessaria. Quasi diceret: Per Dei misericordiam et liberalitatem, omnia vestra sunt, sive Paulus, sive Apollo, sive Petrus, sive quicumque alius Dei minister: Dei jussu et voluntate salutem vestram famulantur omnes.

Sive *vestrae*, omnesque in eo contentae creaturae, quae etiam suo modo salutem vestram procurande Dei jussu subserviunt.

Sive *vita*, quae vobis à Deo data est, ut in ea beatitudinis aeternae merita colligatis.

Sive *mors*, quam quidem non fecit Deus, sed quam justè ordinavit, ut peccati supplicium; sed et miseri-

malis inferens, et damnati, ut illis dominemini.

VERS. 22. — Omnia enim vestra sunt, hoc est, omnia propter vos sunt, et ad vestram ordinantur utilitatem: propter vos autem, intellige electos. Horum enim gratia sunt omnia.

Sive *Paulus*, sive *Apollo*, sive *Cephas* sive *Paulus*, inquit, qui plantavit: sive *Apollo*, qui rigavit: sive *Cephas*, id est, Petrus, quamvis apostolorum princeps, et, ut ait Thomas, universalis pastor ovium Christi. Nam in non aliud sunt quam ministri, per quos creditis.

Sive *vita*, id est, universa corpora creatura, quae sine dubio propter electos est. Sive *vita*, sive *mors*. Vestra est vita, ut in ea merita colligatis: vestra mors, quia per mortem transit ad vitam aeternam.

Sive *praesentia*, sive *future*. Vestra sunt praesentia, tam adversa quam prospera, quia illis vivimus in hominum. Vestra sunt futura bona, quia illis fruimur: unde jam vestra sunt in spe, reipsa erunt in caelo. Ita S. Thomas et Anselmus. Vestra quoque sunt

Corollarium pietatis, seu in hoc capite ad pietatem maxime notanda, et ad gratiam redigenda.

Ex versu 2 dicat omnis doctor, conculator, animarum director, doctrinarum, conciones, directionem animarum sibi subditorum capacitali proportionare. Vide in Commentario. Ex v. 5 dicat omnis christianum quid debeat in suo doctore, conculatore, direttore considerare, audire, revereri. Vide in Commentario. Ex v. 7, 9 discamus omnes quid in Ecclesia simus.

1° Plantae in agro Dei, quas Deus, ut agricola, per suos ministros plantavit et rigat; at quibus ipse solum, per suam gratiam internam, dat vitam et incrementum. Hinc Dei ministros ita reveremur, ut à Deo solo pendamus, in ipso confidamus, humiles vitam et incrementum expectemus ab eo. Vide v. 6 et 7.

2° Aedificium, domus, palatium, templum, in Christo, angulari lapide, fundatum: in Baptismo incertum

S. S. XXIV.

condiderit ut ponticibus esset meritum, illisque transiens, et quasi porta ad aeternam vitam; et prospera et adversa, et vita et mors vestra salutem cooperantur Dei providentia.

Sive *praesentia*, id est, omnia bona, tum naturae, tum gratiae, quae vobis in praesenti vita dantur ad aeternitatem promerendam.

Sive *future gloriae bona*, quae vobis per Christum, et ob Christum promittuntur in caelis:

OMNIA ENIM VESTRA SUNT, tum naturae, tum gratiae, tum gloriae bona; omnia propter electos.

VERS. 25. — Vos *autem Christi*, supple, estis, qui pretio magno, sui scilicet sanguinis, vos redemit; cujusque membra, peculium et possessio divitis.

CHRISTUS AUTEM DEI, quia secundum divinitatem est Dei Filius; secundum humanitatem, Dei servus et possessio. Ergo in Christo et in Deo vobis gloriantium: in Christo quidem, cujus estis, in quo et ob quem omnia vestra sunt; in Deo autem, qui et Christum et omnia in Christo donavit vobis. Quomodo non omnia nobis in illo donavit? Gloriamini igitur in Christo, omnis gratiae fonte; gloriamini in Deo, omnium honorum fonte et principio. *Lataniam in Domino, et exaltate justis, et gloriamini, omnes recti corde.*

Omnia enim vestra sunt, ut jam per partes ostendi.

VERS. 25. — Vos autem *Christi*: ut membra mystica Christi capitis et Domini estis, ac consequenter Christi possessio estis, sanguine ejus empti. Ita Anselmus et S. Thomas. Q. d. Ergo vobis, o Corinthii, non in hominibus Paulo, vel Apollo, sed in Christo gloriantium est.

Christus autem Dei. Christus quia homo, Dei est, quasi Domini et capitis sui creatura et possessio, ait S. Thomas, et Cretianus.

Ex dictis patet, fideles sanctos, et maxime electos, esse finem, propter quem Deus omnia creavit: horum verò omnium finis est Christus ut homo. Hinc enim gloria per se tali homini debetur, scilicet, ut omnium creaturarum et hominum esset finis, ut omnia illi servirent, ut omnia ad ejus gloriam ordinarentur. Christus autem est propter Deum, et Dei gloriam. Quasi dicat Apostolus: Ergo non in Paulo, vel Apollo, sed in solo Deo, ad quem omnia alia reducuntur, est gloriantium.

Christus autem Dei. Christus quia homo, Dei est, quasi Domini et capitis sui creatura et possessio, ait S. Thomas, et Cretianus.

Ex dictis patet, fideles sanctos, et maxime electos, esse finem, propter quem Deus omnia creavit: horum verò omnium finis est Christus ut homo. Hinc enim gloria per se tali homini debetur, scilicet, ut omnium creaturarum et hominum esset finis, ut omnia illi servirent, ut omnia ad ejus gloriam ordinarentur. Christus autem est propter Deum, et Dei gloriam. Quasi dicat Apostolus: Ergo non in Paulo, vel Apollo, sed in solo Deo, ad quem omnia alia reducuntur, est gloriantium.

est hoc aedificium; per totam autem vitam debet crescere et perfici, v. 10. Perficitur à sacerdotibus per doctrinam; perficitur et ab unoquoque nostrum per opera bona. Videant sacerdotes quid doceant et superaddiscant: ad nos ipsi videmus quid super Christum, in Baptismo datum, superedificemus, animum, argentum, lapides preciosos. Vide v. 10, 11, 12.

Praxis.

Ut hoc melius digrosas, sistere frequenter coram Deo iudice, qui totus lux et ignis est, et ante ipsam examina opera tua, an in charitate et ex charitate sunt facta; an aliquis inordinati affectus iniquitate vitati. Haec in favillam redigentur, illa sola coram Deo subsistent. Vide v. 15. Hinc tremere, dolere, patientiam agere, ora, attentas vive.

(Quartorze.)

CAPIT. IV.

1. Sic nos existimē homo, ut ministros Christi et dispensatores mysteriorum Dei.

2. Hic jam quaeritur inter dispensatores, ut fideles quis inveniatur.

3. Mihi autem pro minio est ut à vobis judicet, aut ab humano die; sed neque meipsum judico.

4. Nilil enim mihi conscius sum; sed non in hoc justificatus sum; qui autem iudicet me, Dominus est.

5. Itaque nōtū ante tempus iudicare, quoad quē veniat Dominus, qui et illuminat abscondita tenebrarum, et manifestabit consilia cordium; et tunc laus erit unicuique à Deo.

6. Hic autem, fratres, transfiguravi in me et Apollo, propter vos; ut in nobis discatis, ne supra quā scriptum est, unus adversus alterum infletur pro aliō.

7. Quis enim te discernit? Quid autem habes quod non accepisti? Si autem accepisti, quid gloriaris quasi non accepisti?

8. Jam saturati estis, jam divites facti estis, sine nobis regnatis; et vitam regnetis, ut et nos vobiscum regnemus!

9. Puto enim quod Deus nos apostolos novissimos ostendit, tanquam mundi destinatos; quia spectaculum facti sumus mundo, et angelis, et hominibus.

10. Nos stulti propter Christum, vos autem prudentes in Christo; nos infirmi, vos autem fortes; vos nobiles, nos autem ignobiles.

11. Usque in hanc horam et esurimus, et sitimus, et nudī sumus, et colapsis cædimur, et instillatī sumus.

12. Et laboramus operantes manibus nostris; maledicimur, et benedicimus; persecutionem patimur, et sustinemus.

13. Blasphematur, et absecramus: tanquam purgamenta huius mundi facti sumus, omnium perisema usque adhuc.

14. Non ut confundam vos hanc scribo, sed ut filios meos charissimos moneo.

15. Nam si decem milia pædagogorum habeatis in Christo, sed non multos patres: nam in Christo Jesu per Evangelium ego vos genui.

16. Rogo ergo vos, imitatores mei estote, sicut et ego Christi.

17. Ideo misi ad vos Timotheum, qui est filius meus charissimus, et fidelis in Domino, qui vos commonefaciet vias meas, quæ sunt in Christo Jesu, sicut ubique in omni Ecclesiâ doceo.

18. Tanquam non venturus sim ad vos, sic inflati sunt quidam.

19. Veniam autem ad vos citò, si Dominus voluerit; et cognoscam non sermonem eorum qui inflati sunt, sed virtutem.

20. Non enim in sermone est regnum Dei, sed in virtute.

21. Quid vultis? in virgâ veniam ad vos, an in charitate, et spiritu mansuetudinâ?

CHAPITRE IV.

1. Que les hommes nous regardent comme les ministres de Jésus-Christ et les dispensateurs des mystères de Dieu.

2. Or, ce qui est à désirer dans les dispensateurs, est qu'ils soient trouvés fideles;

3. Pour moi, je me mets fort peu en peine d'être jugé par vous, ou par quelque homme que ce soit; je n'ose pas me juger moi-même.

4. Car encore que ma conscience ne me reproche rien, je ne sais pas justifié pour cela. Mais c'est le Seigneur qui est mon juge.

5. C'est pourquoi ne jugez point avant le temps, jusqu'à ce que le Seigneur vienne, qui exposera à la lumière ce qui est caché dans les ténèbres, et qui fera voir les plus secrètes pensées des cœurs; et alors chacun recevra de Dieu la louange qui lui est due.

6. Au reste, mes frères, j'ai proposé ces choses en ma personne et en celle d'Apollon, à cause de vous; afin que vous appreniez, par notre exemple à n'avoir pas de vus d'autres sentimens que ceux que je viens de marquer, prenant garde à ne pas vous enfler d'orgueil les uns contre les autres par autrui.

7. Car qui est-ce qui met de la différence entre vous? Qu'avez-vous que vous n'avez reçu? Mais si vous l'avez reçu, pourquoi vous en glorifiez-vous, comme si vous ne l'avez point reçu?

8. Vous êtes déjà rassasiés; vous êtes déjà riches; vous régnez sans nous, et plâti à Dieu que vous régneziez, afin que nous régussions aussi avec vous;

9. Car il semble que Dieu nous traite, nous autres apôtres, comme les derniers des hommes, comme ceux qui sont condamnés à la mort, nous faisant servir de spectacle au monde, aux anges et aux hommes.

10. Nous sommes fous pour l'amour de Jésus-Christ; mais vous autres vous êtes sages en Jésus-Christ; nous sommes faibles et vous êtes forts; vous êtes honorés, et nous sommes méprisés.

11. Jusqu'à cette heure nous endurons la faim et la soif, la nudité et les mauvais traitemens; nous n'avons point de demeure stable;

12. Nous travaillons avec beaucoup de peine de nos propres mains; on nous maudit, et nous bénissons; on nous persécute, et nous le souffrons;

13. On nous dit des injures, et nous répondons par des prières: nous sommes jusqu'à présent regardés comme les ordures du monde, comme les balayures qui sont rejetées de tous.

14. Je ne vous écris pas ceci pour vous donner de la confusion; mais je vous avertis de votre devoir, comme mes très-chers enfans.

15. Car quand vous auriez dix mille maîtres en Jésus-Christ, vous n'avez pas néanmoins plusieurs pères, puisque c'est moi qui vous ai engendrés en Jésus-Christ par l'Évangile.

16. Soyez donc mes imitateurs, je vous en conjure, comme je le suis moi-même de Jésus-Christ.

17. C'est pour cette raison que je vous ai envoyé Timothée, qui est mon fils très-cher et fidèle en notre Seigneur, afin qu'il vous fasse ressouvenir de la manière dont je vis moi-même en Jésus-Christ, et dont j'enseigne partout dans toutes les Églises.

18. Il y en a parmi vous qui s'enflent de présomption, comme si je ne devais plus aller vers vous.

19. J'irai vous voir néanmoins dans peu de temps, s'il plaît au Seigneur; et alors je reconnaitrai, non quelles sont les paroles de ceux qui sont enflés de vanité, mais quelle est leur vertu.

20. Car le royaume de Dieu ne consiste pas dans les paroles, mais dans la vertu.

21. Que voulez-vous que je fasse? Aimer-vois mieux que j'aile vers vous, la verge à la main, ou avec charité et dans un esprit de douceur?

ANALYSIS.

Pergit Apostolus in evellendo radicibus Corinthiorum schismate; et quia tum ex doctorum, tum ex discipulorum culpa fuerat exortum;

Hinc in hac conclusionis, in qua rem tandem conficit, modo hos, modo illos, modo utroque simul alloquitur, arguit et docet.

In v. 1 magistros docet et discipulos: magistros, quid sint, ministri scilicet, non domini; specialius tamen docet discipulos quomodo debeant suos honorare doctores, scilicet ut Christi ministros.

In v. 2 magistros monet officii sui, Domino suo sint fideles.

In v. 3 et 4 eodem exemplo suo docet hominum iudicia spernere, non laudem ab eis quaerere.

In v. 5 discipulos docet de suis magistris non iudicare, sed eorum iudicium Domino relinquere.

In v. 6 utroque alloquitur, et monet quod et cur eos,

PARAPHRASIS.

1. Unusquisque nos apostolos et Evangelii prædicatores existimet, quales revera sumus, nihilum Christi ministros et dispensatores mysteriorum Dei.

2. Cæterum id præcipue requiritur in dispensatoribus, ut quis inveniat fideles.

3. Quod ad me, parum meâ refert quid vos aut quis alius hominum de me iudicetis; quid enim aliorum iudicia curem, ne quidem ego memetipsum iudico.

4. Nullus equidem rei mihi conscius sum, sed non ideo apud Deum justificatus sum; qui verò de me certo iudicat, Dominus est.

5. Nolite igitur, ô Corinthii, de vestris magistris iudicare; sed expectate diem illum quo veniat Christus Dominus, omnium iudex; occultas ipse tunc hominum actiones profertur in lucem, et omnibus manifestas faciet latentes in corde voluntates, sicque tunc patebit quid laudis quisque mereatur apud Deum.

6. Hæc que hæcenus dixi vobis, fratres, proposui in meâ et in Apollone personâ; nec ullum doctorum vestrorum nominavi, ne quemquam offenderem; et hoc propter vos; ut in nostro doctorum exemplo discatis, sicut scripsi, doctores vestros Christi omnes ministros esse, sicque nullus vestrorum amplius infletur adversus alium pro suo magistro.

7. Quis enim te, ô doctor, discernit ab aliis? quid habes quod à Deo non accepisti? si autem accepisti, quid gloriaris, quasi non accepisti?

8. Tandem saturati estis et ditati; independentem à nobis regnatis; et vitam regnum adepti sitis, ut et nos vobiscum regnemus!

9. Tantum abest enim ut nos regnemus, quin imò arbitror quod Deus nos apostolos in infimo loco constituerit, tanquam homines ad mortem damnatos; quippe qui (quasi in theatro collocati) spectamur indigne à mundo, id est, ab angelis et hominibus.

10. Nos propter Evangelium Christi irridemur ut stulti; vos verò in Ecclesiâ, sapientium nomine gloriamini; nos sumus imbecilles, vos autem potentes; vos clari, nos obscuri.

et in Apollone nomine, docuerit; et quia multo magis precaverit doctores quam discipulos, hinc, relictis ad tempus discipulis,

§ 7. Doctores vanos, et de Dei donis inanimiter gloriosos relinquit. Eodem præsumptores postquam, v. 8, gravi angustiarit irōnia, et aliorum apostolorum exemplo, vitam episcopalem à quâ longe distabant, scribit docet, v. 9, 10, 11, 12, 13.

§ 14. Nihil ad discipulos, et pudentes ob nimiam in talibus magistris gloriantem; ostendit, dicens quid non exprōbans; sed diligens hæc dixerit.

§ 15. Summ in eos paternam testatur affectum, eosque ad sui invitationem hortatur, v. 16 et 17; v. 18. Summ promittit ad eos adventum.

In sequentiâ minatur se gloriosos et inflatos doctores puniaturum, sique eorum non verba, sed opera examinatorum.

11. A prædicationis initio ad hanc usque horam omnia patimur incommoda vite, et esuriam, et sitim, et nuditatem, et approbria, nec certam habemus sedem, undique à malevolis prodigati.

(Supple hæc dicta v. 9: Vos autem saturati estis, ditati, regnum adepti.)

12. Manuum nostrarum labore victum nobis comparamus; maledicimur, nos autem bene precamur; persecutionem patimur, et patienti sustinemus animo.

13. Conviciis afflicimur, et nos Deum pro ipsis obsecramus; usque nunc facti sumus quasi sordes huius mundi, omnium rejectamenta (adeo abjecti sumus, quasi hominum vitissimi et abjectissimi).

14. Hæc scribo (apostolicam vitam cum doctorum vestrorum vitâ conferens), non ut vos pudefaciam; sed ut, vos, tanquam charissimos filios meos, moneam, sique emendemini.

15. Si enim decem milia pædagogorum habeatis; sed non multos patres habetis; siquidem ego solus vos per Evangelium in Christo Jesu genui.

16. Hinc rogo vos, ut me (vestram in Christo patrem) imitemini, sicut et ego Christum imitor.

17. Hæc de causâ misi ad vos Timotheum, qui est filius meus dilectus et fidelis in Domino; ipse vobis in memoriam reducet quomodo vivam iuxta præcepta Jesu Christi, et quomodo vivendum esse doceam ubique in omnibus Ecclesiis.

18. Ideo quidam ex vobis ita superbi se gesserunt, quia erudierunt quod non sim venturus ad vos.

19. Sed si Domino placebit, cito veniam ad vos, et explorabo, non sermonem eorum qui superbiunt, sed opera. (Non quam disertè loquantur, sed quam potenter operentur.)

20. Etenim regnum Dei in faciendâ non consistit; sed in virtute operum exhibitâ.

21. Quid est duobus eligitis? an ut veniam ad vos eunt virgâ severa correptionis; an in spiritu charitatis et mansuetudinâ?

Vers. 1. — Sic nos existimet homo ut ministros Christi... Hæc pars connectenda cum precedenti c. 5, v. 21. Pergit enim Apostolus in conclusione hinc exopta: *omni itaque gloriatur in hominibus...* sed quicunque nos honorare voluerit, honoret ut ministros Christi. In priori parte venit iudicium indebitum, ne quis gloriatur in hominibus: hic verò docet modum, quo doctores salutis sunt honorandi, scilicet ut ministri Salvatoris.

Sic nos existimet homo, id est, quilibet Hebraeus est, ut ministros et legatos à Christo missos, et dispensatos; Græcè, *oeconomos*.

Mysterium. Syr., *arcanorum Dei*, id est, mysticæ et divinæ doctrinæ, simul et Sacramentorum et omnium celestium honorum, à Deo per Christum Ecclesiæ concessorum: regitur enim in hæc Epistola et de doctoribus et de baptisatis. Ecclesiæ est familia Dei; apostoli, episcopi, etc., sunt ejusdem familie oeconomi, dispensatores, thesaurorum ararii. His verbis edocentur simul doctores et discipuli, quasi diceret: Doctores, præbati, merentibus vos tantum ministros esse, non dominos: ne ergo (quæ Domini sunt), arrogate vobis; ne simatis à votis discipulis cognominari, et in vobis et de vobis gloriarì. Servi, ministri, oeconomi estis, et de vestrà oeconomia rationem reddiduri: ergo vos ipsi humilissimi sibi potest manu Dei, et timete. Fideles, christiani, scitote vestros doctores et prælatos esse ministros tantum: ne ergo nimium extolatis eos: et scitote Christi Salvatoris ministros esse: non ergo contumacis iniquum, quin inò illos honorate et reverentia quia ministri Salvatoris: et quia collectione honorato dispensatores, à quibus pendet salus, et spiritalis abundantia vestra.

Vers. 2. — Hic jam quæritur inter dispensatores... Græcè: *ò ti loizis, ceterum, de cetero*, id præcipit in dispensatoribus requiritur, ut quis inveniat fidelis. Syr.: *He jam respiratur*, etc. Laus præcipua dispensatoris est fidelitas. Hæc fidelitas Corinthiorum doctoribus deerat: ipsi enim non Domini gloriam, sed suam apud homines quærebant: et de Dei bonis, quasi de suis gloriantur. Illos ergo monet officii sui, sed modestè et indirectè, et eorum facio semper nomine, ut in totà hæc Epistola, de quo reddetur ratio, v. 6. Hic interim nota, quod, quia schisma hoc Corinthiorum, partim ex doctorum, partim ex discipulorum

Vers. 1. — Sic nos existimet homo ut ministros Christi, etc. mysticæ, arcane et divinæ doctrinæ, atque Sacramentorum Christi.

Vers. 2. — Ut fidelis quis inveniat. Nimirum militè agens Domini sui negotium: rem Domini tractans, non ut suam, sed suæ fidei commissam: nec suam, sed Domini sui gloriam ex sui administratione quærens.

Vers. 3. — Nihil autem pro minimo est ut à vobis iudicet, aut ab humano die, id est, ab humano iudicio, quomodo dies Domini pro iudicio Dei frequentè accipitur, ut sit sensus: Atque omnino non moror hominum de me iudicia. Nam qui iudicat me, Dominus est. Sermo plane similis apud Jeremiam, cap. 17, sic loquentem Deo: *Laus mea in eo, et diem hominis non desideravi*, id est, in iudicio tuo inveniar lauda-

culpâ erat exortum: doctores enim inanis gloriæ cupidi, et discipulos ad se attrahere volentes, studebant eis eloquentiâ, et seculari sapientiâ placere: discipuli verò nimia lujus eloquentiâ, et secularis sapientiæ opinione ducti, de magistrorum merito ex eloquentiâ judicabant; unum alteri præferent; hinc sese ad dicebant, et de eo gloriantur. Hinc Apostolus in hæc conclusione, ubi totam hanc de schismate rem conficit, modò magistros, modò discipulos, modò utrosque simul alloquitur, arguit, et docet. In primo versu, discipulos et magistros quasi promiscuè docet, specialius tamen discipulos; in hoc secundo versu, magistros principaliter officii sui monet; student Domino fideles esse, Dei gloriam quærere, non suam; animarum salutem quærere, non sui lucra; Christianis sibi subditos ad Deum adducere, non sibi adducere; Dei thesauros, quibus, quomodo, et quantum opus est, distribuere; non prodigere, et temerè indignis erogare.

Vers. 3. — Nihil autem pro minimo est... Græcè: In minimum est. Syr., *nihil verò minima res est à vobis iudicari*. Corinthii de suis doctoribus diducabant; viros sanctos et pios, propter simplicitatem iridebant; malos et vitios plenos, propter eloquentiam magni existimant, ait D. Chrysostomus. Hæc iudicia in discipulis coerct Apostolus, et exemplo suo docet à doctoribus sperni debere: Nihil minima res est, parum meâ referat quid vos de me iudicetis, qualis aut quantus à vobis iudicet.

Aut ab humano die. Syr., *aut à quovis homine*. Alaudit Apostolus ad Jerem. 17, v. 16: *Laus mea in eis, et diem hominis non desideravi*; id est, laudem et approbationem humanam: quia dies pro prosperitate, nos pro adversitate sumitur. Hinc, inquit Gagnæus, dies humanus dicitur, approbatio, favor et commendatio hominum. Dies hominis, iudicium est hominis, Ambrosius; sive quia dies Domini in Scripturis frequenter est iudicium Dei; sive quia reis dicitur dies, cum citantur ut se iudicio sistant; sive quia iudicium humani est sicut et dies.

Sed segete metescit iudicio... Quasi diceret: Quâ aliorum iudicia curem, ne quidem ego memetipsum certo possum iudicare, quia sæpè nescio quo fine, quo motivo, quâ conscientia agam.

Vers. 4. — Nihil enim mihi conscius sum... Quibus: hominum iudicia quibus me laudent, non ambio. Felix qui dicere potuit: *Diei hominis non desideravi*, ita ut lujus rei testem habeat Deum: Hæc summa perfectio est, quâ omnia ut stercora reputas, ut Christianum iustificamus. Anselmus hoc. *Inquit, non humana iudicia, sed æterni iudicis exortum accipimus, atque ideo derogamus verbis, cum Paulo despicimus*. Hoc est ergo quod quidam sanctorum dixit: *Nisi me bonus, dice contemnere et contemni*.

Sed neque meipsum iudico, Græcè, *di iudico*, q. d.: Non possum certo iudicare mea opera, intentionem, conscientiam.

Vers. 4. — Nihil enim mihi conscius sum, sed non in hæc iustificatus sum, q. d.: Non iudico me. Nam licet nullus infidelitatis in numero apostolicis mihi conscius sim, non ideo tamen revera justus sum;

quàm enim non mihi veniat in mentem, me in meo ministerio infidelem fuisse; non ideo tamen apud Deum ab omni culpâ sum liber. *Delicta quis intelligit?* Psalm. 18. *In angelis reperit pravitatem*, Job. 4, 18. Quot ergo nixos Deus in me videt, quis ego non video? Majorem offensarum partem ne intelligimus quidem, ait D. Basilii in Constitut. monach., c. 4.

Qui autem iudicat me... Qui verò de me, et omnibus aliis certum et exactam potest ferre iudicium, Dominus est; ipse enim actus, non tantum externos videt, sed et omnes affectus internos: illi ergo relinquendum est omne iudicium.

Vers. 5. — Itaque nolite ante tempus, scilicet iudicii, iudicare, id est, de magistris vestris:

Quoadusque veniat Dominus; id est, sed expectate diem illum, quo veniat Christus Dominus, omnium iudex.

Qui et illuminabit abscondita tenebrarum, id est, tenebris; occultas scilicet hominum actiones, seu bonas, seu malas, proferet in lucem.

Et manifestabit consilia cordium, id est, latentes in corde voluntates; seu tunc manifestum faciet omnibus, quo consilio, quo fine, et quâ intentione quisque sua fecerit opera.

OMNES IN MOYSE, id est, Moysè duce et administro, seu per Moysen, gentis Hebræicæ duce, et divinæ voluntatis inter eos ministrum et interpretem. Quodam modo baptizati sunt, scilicet typicè in hac nube et mari, nostri baptismatis figurâ, quatenus hæc nubes eorum capitibus impendens, erat figura aquæ eorum capitibus infundende; mare totum Judæorum corpus circumdans, figurabat baptizandi immersionem in regenerationis lavacro. Ægyptii in hoc eodem mari submersi, figurant peccata nostra, in hoc regenerationis lavacro submergenda. Omnes igitur Judæi, Moysi Dei ministro cæcantes, et illo præcunte, sub nube, et intra mare progredientes, quasi baptizati sunt. Credibile est, ait Esaius, quod aliquibus maris guttis, et aliquo nubis rore fuerint aspersi, quo Baptismi Sacramentum evidenter significaretur.

VERS. 3. — *OMNES EANDEM ESCAM SPIRITUALEM*, id est, manna. Dicitur esca spiritalis; tum quia angelorum manibus preparata; tum quia variis et miro gustus habens; tum et maxime, quia typus et figura Christi, panis vivi, qui de celo descendit; et sacratissima Eucharistia, panis celestis, mirabiles gustus hic dantis, et in celo vitam æternam conferentis. Porro eandem, intellige, inter se; seu bonos, seu malos; tam qui perierunt, quam qui servati sunt; ut patet, tum ex eo quòd de solis Hebræis hæc actum est; tum ex sequentibus: *SED NON IN PLURIBUS TORUM...* licet omnes eandem escam comederint, etc., non tamen omnes Deo placerunt. Quod de Hebræis.

VERS. 4. — *ET OMNES EANDEM POTUM SPIRITUALEM*, id est, aquam de petra percussam; que dicitur spiritalis, quia miraculo producta, et quia typus et figura sanguinis et aquæ, que de percusso Christi

manna, qua in illo populo vel exhibebantur, vel gerebantur in typum futurorum.

Bibebant autem de spiritali, consequente eos, petra. Petra enim que desit aquam Hebræis, erat typus Christi, qui est vera petra, è qua fluxit sanguis vitæ, conspiciens nostræ restinguens. Hæc autem petra comitata dicitur Israelitis, eo quod aquæ que petra copiosissime fundebat, pro commoditate populi in rivis divisas, longo spatio profuerunt donec venirent ad locum, ubi esset aquarum copia. Unde, Psalm. 77, de illis aquis dicitur: *Et detulit tanquam fluxum aquam, et torrentes inundaverunt.* Et Psalm. 104: *Dirupit petram, et fluxerunt aquæ: ubi erant in sicco flumina.*

Petra autem erat Christus. Illius petra significatum erat Christus; sive quod per petram significabatur esse Christus, Christus enim et petra firmissima totum sustinet Ecclesiam; idemque percussus et occisus à Judæis, quarum figuram Moyses gerebat, exundavit aquas uberrimas gratiarum, quibus salubriter relictur in hujus vite deserto, quæcumque beatitudinis ad terram promissionis spiritualesque nos arctam, id est:

latere fluxerunt. Hanc aquam divinitus datam biberunt omnes Judæi, et qui perierunt in deserto, et qui servati sunt, Josue et Caleb.

BIBERANT AUTEM DE SPIRITUALI PETRA. Græc., enim, Ropes, seu petra Horeb, à Moysè percussa, dicitur spiritalis, quia non vi naturæ, sed divini virtute fundelata aquam; et quia typus et figura erat Christi in cruce lancea percussendi. Itaque spiritalis hic idem est ac mysticum, seu mysticum habens sensum.

CONSEQUENTE EOS. Syr., quæ cum ipsis veniebat. Hæc ropes Judæos secuta est effecta, seu per rivus aquarum, et rupe continue manantium, quæ castra Hebræorum aliquandiu secuta sunt in deserto; juxta quod in psalm. 77, 16, dicitur: *Deditur tanquam fontina aquas.* Et psalm. 104: *Dirupit petram, et fluxerunt aquæ, abierunt in rivo fontina.*

PETRA AUTEM ERAT CHRISTUS, id est, figurabat Christum, et cujus percussio lateris fluxit aqua, ad refectorem et potationem Ecclesie christianæ.

Observatio moralis.

Hæcque divinx in Judæos misericordie beneficia retulit, et quidem omnibus omnino communis: omnes prorsus boni, multi, baptizati, manna postea potu miraculoso refecti sunt. In his modo, juxta divi Pauli mentem, insinuat gratiarum omnibus christianis collatarum umbram et figuram. Paucis Theodoritus; illa, inquit, nostrorum typus erant: mare enim imitabatur lavacrum; nubes autem gratiam Spiritus; Moyses vero sacerdotem; virga crucem; Israel transmittens, eos qui baptizantur; persequentes vero Ægypti, figuram demonum implebant; ipse autem Pharaon, figura erat diaboli. Itaque transiit per mare Rubrum, in quo Pharaon et Ægypti submersi fuerunt, figura fuit nostri Baptismatis in sanguine Christi; in quo omnia peccata nostra submersa fuerunt, et nos à diaboli servitute liberati, translati sumus in regnum Christi.

Nubes sub quâ fuerunt Hebræi, et quæ ipsos præcedebat, ut monstraret viam, fuit figura divinx gratiæ, per Baptismum nobis collatæ, ut nos in hujus mundi deserto ducat ad terram promissam. Nubes illa, seu potius columna, per noctem ignis erat, suâ luce tenebras dissipans, seu calore frigus et humorem expellens; per diem erat nubes refrigerans; diu, nocteque erat columna, juxta Exod. 13, 21 et 22: *Nunquam defuit columna nubis per diem, et columna ignis per noctem coram populo.* Sic gratia, quasi divinus ignis illuminat et calefacit; quasi nubes refrigerat; quasi columna sustentat et roborat. Suâ luce ignis ille divinus mentis nostre tenebras illuminat; suo calore cordis nostri teporem et frigus accendit. Nubes illa patriam celestem; q. d. Paulus: Christi divinitatis virtute, quæ erat petra spiritalis significata per petram dantem Hebræis aquam, quæ Hebræos semper comes per desertum sequelatur, data est Hebræis aqua de petra illa materiali. Ita S. Chrysostomus, Ambrosius, Anselm. Hanc aquam typicam miraculose eis dabat, ut Christum eam dantem agnoscerent et colerent: quod tamen, et sequitur, plurimi eorum non fecerunt.

coelestis ardorem et æstum concupiscentiæ refrigerat. Hæc divina columna lassos sustentat, debiles et infirmos roborat. Nunquam deest nobis ignis, nubes, columna.

Manna, sacratissima. Euchariæ, animam variis gustibus recreantis, et in æternam vivificantem figura fuit. Quatordecim analogias inter utramque referit Cornelius à Lapide. Petra Horeb figura Christi, lapis angularis, et Ecclesie fundamenti. Percussio petra, figura percussiois lateralis. Aqua saliens è petra, figura aquæ è Christi latere fluentis. Petra Horeb, per aquarum rivus ex se manantes, secuta est Judæos in deserto, tanquam iiliciter comes. Christus per Sacramenta sanguinis et aquæ, tanquam gratia rivus è corde suo manantes, et per Spiritum suum, nobiscum est usque ad consummationem sæculi: *Ecce ego vobiscum cum omnibus diebus, etc.*

Adsumt ergo divinx misericordie beneficia, nobis omnibus collata, sicut et illorum figura: omnibus omnino Judæis erant communes. Omnes baptizati sumus in Christi sanguine, omnes divinx gratiam recipimus in Baptismo; omnes panem vitæ comedimus in Euchariæ; omnes aquas de fontibus Salvatoris hausimus, et haurimus per hæc et alia Sacramenta. Omnes itaque gratias à Deo recipimus, et quidem beneficiis populo Judæico collatis, eò majores, quò illorum beneficia, gratiarum nostrarum fuerunt tantum umbræ. Sed etiam: ne propterea nobis blandimur, quin imò magis metumus, nisi gratia, humiles, devoti, et Deo obsequentes fuerimus. Videte patres nostros, memores estote eorum quæ eis acciderunt.

Vers. 5. — SED NON IN FLORIBUS LORUM... Quamvis omnes, nullo excepto, fuerint baptizati, divinitus nutriti et potati; non omnes tamen, sed ex illis duo tantum in terram promissam fuerint ingressi. Omnes adlati, exceptis Josue et Caleb, mortui sunt in deserto. Hoc paucis Apostolus.

IN PLURIBUS, id est, quamplurimis, plerisque non est beneplacitum Deo. Græc., *collocetis.* Plerosque eorum Deus non approbavit, gratos non habuit, scilicet ob idololatriam, murrinationes, et alia scelera, propter quæ puniti conruerunt in deserto.

Observatio moralis.

Quis hæc attentè legens, de se presumat? Quis contra non contemnit, et eò magis, quò Judæice ingratiitudinis complementum apparet expressis in christianis.

OMNES BAPTIZATI QUIDEM: sed heu! quam pauci, quam paucissimi verè christianis! verè Christo credentes, verè Christum imitantes, verè adimplentes quæ Deo, coram angelis, in baptismo promiserunt.

Vers. 5. — Sed non in pluribus eorum beneplacitum est Deo; q. d.: Licet omnes idem manna conederint, eandem aquam de petra biberint, tamen non omnes plauerunt Deo. Ita Chrysost. Theophyl. Hebraisimus, id est, plurimi eorum Deo non plauerunt: imò vehementer displicerunt; nique propter incredulitatem, murrinationes, et alia peccata, quibus iram Dei adversum se provocaverunt.

Nam prostrati sunt in deserto. Sic, Hebr. 5, de illis: *Quorum calorem prostrata sunt in deserto.*

OMNES SUB NUBE... Spiritum sanctum, gratiam in optimo receperunt: sed quis servavit? quis illius lumen sequitur? quis ejus motioni obtemperat? quis ejus auxilio et sustentaculo fretus, ambulat in charitate, de virtute in virtute usque ad montem Dei? Omnes panem vitæ comedunt: sed quàm multi indignè! hinc toto indurati et mortui. Omnes de fontibus Salvatoris hauriunt aquas; alia Sacramenta percipiunt, sed non quâ par est devotione: hinc mortem hauriunt sæpè, unde vitam haurire deberent. Inde quid nobis timendum? ne nobis eveniat quod contigit Judæis? ex infinitâ multitudine, duo tantum promissam terram ingressi sunt; ne de nobis fiat quod prædixit Christus. *Multi vocati, pauci verò electi:* ne ex quamplurimis eurentibus, unus tantum, id est, paucissimi bestitudinis æternæ levam assequantur; ceteri omnes, ob inertiam, ob ingratiitudinem reprobatam, supplicis addicantur æternis?

Prostratio Judæorum in deserto, figura est æternæ christianorum prostrationis in inferno. Mors illorum temporalis, æternæ christianorum mortis est imago. Ab eo cui plus datum est, plus exigitur; et qui in majoribus fuit ingratus, graviora meretur supplicia. Tot autem et tantis à Deo affecti sumus gratis, ut beneficia Judæis collata, licet insignia et portentosa, ad illas tamen comparata, figuræ tantum sint et umbræ. In tantis et tanta est ingratiitudo nostra, ut Judæorum ingratiitudo, infidelitatis nostræ sit tantum umbra et figura. Ingratiitudinis ergo Judæicæ punitio nostræ punitiois umbra tantum est et figura, typus, rudis delineatio. Hæc omnia seriò perpende, et time, et cum tremore salutem tuam, Deo fidelis, operare.

Vers. 6. — Hæc autem typi, seu figuræ nostri facta sunt; quasi diceret: Hæc omnia quæ dixi, typi, seu rudis delineatio sunt eorum quæ circa nos faciendæ sunt. Sicut beneficia Judæis collata figura tantum et rudis delineatio sunt gratiarum nobis à Christo collatarum, ut dictum est v. precedenti. Sicut ingratiitudo Judæorum, ingratiitudinis nostræ figura tantum est et umbra, ut ibid., sic temporalis Judæorum punitio, æternæ christianorum punitiois est figura. Vide ibidem. Quanto culpa gravior, tanto poena grandior. Sicut in brutis longè melius est quod figuratur, quàm ipsa figura; ut regnum eorum, quàm terra promissionis: ita in malis longè pejus est quod figuratur, quàm ipse malus.

Omnes enim Hebræi, qui ducè Moysè egressi sunt ex Ægypto, ob peccata sua, præsertim murrinationem, mortui sunt in deserto, deapitis Josue et Caleb, qui soli cum nostris mortuorum solibus ingressi sunt terram promissam, Num. 14.

Vers. 6. — Hæc autem in figurâ facta sunt nostri. Figura hic tam exemplum, quam typum significat. Vult enim Deus Hebræos statueret Christianis in exemplum, ut ex ipsorum punitioe discerent Deum revereri, illique obedire.

Et non omnes concupiscentes malorum sicut et illi patres nostri, scilicet ipsi Hebræi concupiscentes debent carnium, in loco nunc dicitur est *Synagoga concupiscentiæ,* quò quò Hebræi undem, cù hæc carnium concupiscentiam cæsi sint à Deo, Num. 11.

quàm figura significans. Secundum Augustinum illa supplicia quæ sustinuerunt, figura fuerunt gehennæ, quæ omni poenâ major est. D. Thomas hic. Corinthiis itaque et omnibus Christianis indicat his verbis Apostolus, nos non modò cruciatum iri, sed acerbioris esse, quàm Judæos, poenis afflictiendos. Omnia quippe in figurâ continebantur illa; et beneficia, et supplicia figura tantum erant, umbra, pictura, gratiarum et poenarum apud nos futurarum realiter et verè, si peccatis similibus Deum offendantur.

UT NON SIMUS CONCUPISCENTES MALORUM. Nos itaque illorum punitio monet, ut nostris non obediamus concupiscentis; seu ne necessariis non contenti, per gulam peccemus sicut illi. Sic præcipua Judæorum vitia tangit, ob quæ puniti conruerunt in deserto; ut ea Corinthiis applicet ad illorum emendationem. Primo itaque respiciens ad id quod Num. 11, v. 4, 55 et 54 refertur de Judæis, qui manna non contenti, dixerunt: *Quin dabit nobis carnis ad vescendum?* etc.; ob quam concupiscentiam illa puniti fuerunt, ut vocatos sit locus ille *Synagoga concupiscentiæ;* hocque gulosi et epulatores Corinthiis applicans, ait: Ista coram punitio nos admonet, ne necessariis non contenti, sicut et illi, cesas concupiscentibus illicitis, aut saltem illicitè, scilicet cum scandalo, ut docti Corinthii. Potest etiam aliquid in se licitum, illicitè appeti, si vehementer, ardenter et gulosè.

Vers. 7. — NEQUE IDOLOLATRE EFFICIAMUR... Secundò respiciens ad id quod Exod. 32 refertur de populo Israelitico, qui Moysè absente, vitulum aureum confavit, adoravit, hostisque oblati, sedit ad manducandum carnes immolatas; deinde surrexit ad saltandum et ludendum circa vitulum, ob quæ plurimi fuerunt occisi; hocque Corinthiis in idolo accumbentibus applicans, ait: Hæc punitio monet nos, ut non simus idolorum cultores; nec quid faciamus ad idoli cultum pertinens, aut saltem ad eum adducens. Tale est idololatria comedere, quod saltem gradus est ad idoli cultum; quasi diceret: Videte ne in idolo accumbatis, sicut illi sederunt comesturi idololatria; et ne fortè circa idola saltati, ludati sicut et illi.

Vers. 8. — NEQUE FORNICEMUR SICUT... Tertio respiciens ad Num. 25, ubi populus fornicatus est cum filiabus Moab, ob quod viginti tria milia occisi sunt; hocque fornicatoribus Corinthiis applicans, ait: *Neque fornicemur.* ET CECIDERUNT UNA DIE VIGINTI TRIA MILIA. In illi. Num. 25, v. 9, occisi sunt viginti quatuor milia.

Vers. 7. — Neque idololatre efficiamur, etc. Exod. 32. Nam elegerat et liberum epulo constructo ex hostiis pacificis quas aureo vitulo simulaculo oblatant. Unde et *arriverunt ludere,* saltando nimirum et choros agendo; has enim vias post descendens è monte vidit Moyses. Exod. 32.

Vers. 8. — Neque fornicemur, sicut quidam ex ipsis fornicati sunt, cum scilicet Hebræi colerent Beelhegor, id est, Præpon, et in ejus gratiam et cultum fornicati sunt cum filiabus Moab. Num. 25.

Et ceciderunt una die viginti tria milia. Chrysostomus, Anselm., Cajet. referunt hoc ad plagam ob fornicationem cum filiabus Moab, de qua jam dixi, quæ recensetur Num. 25, sed ibi dicuntur cæsi viginti quatuor milia; hæc autem sunt tantum viginti tria milia. Cajet.

tuor millia. Hoc variis modis conciliat Estius: approbat tamen magis id errore scribae factum esse, cum Oeumenius aliquando legerit in Septuaginta eundem numerum, ac in D. Paulo legitur.

VERS. 9. — NEQUE TENTEMUS CHRISTUM... Scrupissime Hebraei Deum tentaverunt in deserto, at praecipue respicit Paulus ad Num. 21, ubi populus, pertusus iueneris et laboris, locutus est contra Dominum et Moysen; diffidens nempe de Dei promissis. Ob quod ab ignitis serpentibus interfecti sunt. Serpentes illi dicuntur Ienti, quia suo morsu colorem et sicut mortiferam causabant. Hocque Corinthios, de Dei promissis diffidentibus, et de resurrectione dubitantibus, ut videtur est. 16, 12, Deum etiam in idolo tentantibus, ut huius capituli v. 22, applicans, ait:

NON TENTEMUS CHRISTUM, sicut quidam ex ipsis Christum, ut Deum, eorumque obsecrae toties tentaverunt. Vide apud Estium veterem traditionem, cui faveat hic locus, scilicet quod angelus, Israelitarum ductor, Christi personam pesserit.

VERS. 10. — NEQUE INMURAVERITIS... Denique respiciens ad Num. 11, 11 et 16, locumque applicans Corinthiis, qui adversus praefectos missabant, et factiones suscitabant, ait: NEQUE INMURAVERITIS... Exterminator dicitur angelus, cujus ministerio exterminati sunt Core, Dathan et Abiron et alii, etc.; Num. 16.

VERS. 11. — HEC AUTEM OMNIA IN FIGURA... Rursus admonet hunc, quod Iudeis acciderunt, esse nobis contingendum praenuntiis, eaque nobis erudiendis et corrigendis esse conscripta.

SCIENTIA SUNT AD CORRUPTIONEM. Syr., ad eruditionem nostram, id est, ad nos commoneudos, in quos saeculorum fines devenerunt. Ut nos christiani, qui ad ultima mundi aetate vivimus, alieno sapiamus, exemplo.

Observatio moralis.

Attende quod Hebraeorum punitio, christianorum sit admonitio, eruditio. Deus Hebraeos punitit ad

tantum respondet errore scribarum non viginti tria pro viginti quatuor. Alii respondent Apostolum die quo venimus, quia major numerus, scilicet viginti quatuor, inclinet in bonum, scilicet viginti tria, sed plures et aperti dicimus Apostolum respicere ad Exod. 32, v. 28, ubi ob adoratum vitulum caesa dicuntur viginti tria millia: ut habent Biblia Romana. Hanc ergo poenam non refert Paulus ad fornicatores proxime praecedentes, sed reus ad Hebraeorum ad idololatrias, de quibus agit v. 7: nam oblitus poenam sancti sacerdoti illam exponere, quasi postmodum illam tradidit esse enim in saepevolutis sceleribus poenam semper subvenit, etc.

VERS. 9. — Nequis tentemus Christum, quasi diffidentis eius promissis, ut aliqui Corinthiorum dubitabant de resurrectione, ut patet c. 15, ideoque signa petimus, 2 Petri, 3.

Sciit quidam eorum tentaverunt. Citat Num. 21, ubi dicitur: Et tederat capiti populum iueneris et laboris, locutusque contra Dominum et Moysen, ait: Cur eduxisti nos de Aegypto ut moreremur in solitudine? Deest punctus, non sunt aquae, omnia nostra jam naucaut super cibo isto levissimo. Ubi nota contra Dominum. Hunc

exemplum nostrum; ut eorum poena sapiamus, vita fugiamus, vitam emendemus. Sed attende quod Hebraeorum poena, nostrorum sint figurae tantum et umbrae, nulla quasi lineamenta; sicut eos donorum magnitudine excedimus, sic poenis atrocioribus afficiemur; illorum poena temporaria, nostrae erunt aeternae: hinc de fine saeculorum nos monet Apostolus, ubi terribilis expectatio iudicii. Attende denique quod secundo monet Apostolus, omnia in figura contingebant illis. Deus qui, iuxta Tertullianum, Adamum ipsum formans, Christum cogitabat, omnia veteris legis ordinans, Christum et christianissimum ante oculos habebat. Omnia erant figurae, praefigurationes, nulla lineamenta Christi, aut Ecclesiae christicae: hinc discite, Scripturam legens, veritatem in figuris intueri, novum Testamentum in veteri considerare: ut in veteri omnia umbra, pictura, figurae nostrae; aut eum Christum respiciunt, aut christianissimum erudiant. Sed ne longius extra mentem Apostoli nobis hic expressam excurras.

In Israele carnali, de Aegypto exeunte, et per mare Rubrum transiente, spiritualem Israelen, fideles Abrahae filios intinere, per baptismum in Christi sanguine; exentes de mundo. In Israelitici populi itinere per desertum ad terram promissam, itinere nostram, per lujus vitae desertum, protectionem ad hereditatem nobis promissam in caelis. In Moysae eorum duce, intinere Christum, nostrum ducentem et legislatorem; in nube, gratiam sancti Spiritus; in manna, sacratissimum Eucharistiam; in aqua spiritali sui miraculosa, Ecclesiae Sacramenta, Salvatoris fontes nos consequentes. Peccavi variis modis Israel; fuge peccatum. Ob peccata sua puniti sunt Hebraei, plerique prostrati sunt in deserto: time supplicium; si peccaveris, eo grandius erit et atrocius, quo peccatum tuum enormius; utpote qui majoribus praesentes es gratis; et qui monitis, alieno debuisti sapere exemplo. Eorum temporaria prostratio, tuae prostrationis aeternae praefigurat. Omnes illi in deserto prostrati, immeritis Dei beneficiis praeventi fuerunt:

enim Dominum Paulus explicat hic esse Christum; ergo Christus est Dominus Deus.

Et a serpentina perierunt, scilicet morsibus eorum interfecti; Scriptura serpentes ignitos, id est, venenosos vocat, Num. 21, quia suo morsu et affatu calidissimo tantum calorem inducebant, ut qui ab eis erant mori sibi iri viderentur.

VERS. 10. — Neque inmuraveritis (vel contra Deum, vel potius contra homines vobis praefectos), sicut quidam eorum inmuraverant, etc. Angelo scilicet, per quem Deus poenam Hebraeis inmuraveritibus inflixit, ut Core cum suis a terra virus absorberent, alla quatuordecim milia et septingenti igne perierunt, Numer. 16. Hic angelus videtur fuisse Michael dux populi, et legis in Sinai dator et vindex, Exod. 25, 15 usque Christi.

VERS. 11. — Hec autem omnia in figura contingebant illis. Hae omnia, nimirum quae jam dixi: Figurae hic non tam sensum allegoricum vel mysticum significant, quam exemplum. Quasi dicat: Deus punitit Hebraeos in figura nostrae, hoc est, ad exemplum nostrum, ut eorum poena sapiamus.

Scripta sunt autem ad corruptionem nostram. Sensus: Ut his lectis vel auditis, adnocti sapiamus, no simili-

isidem ac illi, qui servati sunt, gratis affecti. Hinc discite, ob Dei gratias non efforci. Discite quod si, ut populus ille, concupiscentibus suis obedieris, si gulosis et carnalis, si tui nimis amator et idololatra, si impudens, si Deo non subditus, fidelis et obtemperans, si adversus praepositos rebellis, etc., tibi nec proderunt Baptismus in Christi sanguine, nec communitio cum Christo, etc. Ex sexcentis millibus, duo tantum Josue et Caleb, promissam terram sunt ingressi. Haecque propter eruditionem tuam scripta sunt. His ergo eruditus, attende tibi, vigila, ora, treme, et multo cum tremore salutem tuam operare.

VERS. 12. — ITAQUE QUI SE EXISTIMAT STARE... Recta ex praecedentibus conclusio. Cum, ut patet ex dictis, tanta sit salutis difficultas, tantum lapsus in hae vita periculum. Qui putat stare, attendat sibi, et caveat ne cadat: steterunt Hebraei, et ceciderunt tamen; alieno sapientis exemplo, time, cave, attende, ne cadas. Hec conclusio responderi ei, quod dicitur est initio capituli: Quidni timeam? quidni timeatis, ne reprobi stamus? Diffidentia sui stabilit in bono; confidentia praecipit ad lapsam.

VERS. 15. — TENTATIO VOS NON APPREHENDAT... Graec., non apprehendit. Syr., non inveniit. Nisi humana, id est, vulgaris, modica, communis, et frequens inter homines. Juxta nostram Vulgatam, Apostoli votum est, et quidem praecedentibus conformis; scilicet ob supra dictam salutis difficultatem, et ob lapsus periculum, opto, Deumque precor, ut tentatio vos non invadat, nisi levis, modica, vulgaris, et quae facile vincit potest: ne si gravior, vos superet, et ad consentiendum inducat; sicut et succumbentes, cadatis. Vel consilium est, quo cautiore eos, et sibi ipsis attentiores reddat; quasi diceret: Ne sinatis a subrepente tentatione vos apprehendi et vinceri; nisi forte de his levibus peccatis, a quibus nullus homo liber est. Juxta Graecam, quem sequitur Syrus, monitio est humiliantis, fastumque reprimentis; quasi ter peccatos similia patiantur.

In quos fines saeculorum devenerunt. Ultimam quippe mundi aetatem significat, quae ab adventu Christi penditur usque ad saeculi consummationem. Loquitur tamen Apostolus non tantum in persona ideum sui temporis, sed et eorum qui post futuri erant usque ad novum saeculum.

VERS. 12. — Itaque qui se existimat stare, etc. Scilicet alieno cauto exemplo. Praecipue notat eos qui scientiae nomine sibi placentes, eum destructione proximum et idololatriae periculo. Ceteri idolis immolatos comederunt. Observa Paulum non dicere qui stant, sed, qui se existimat stare, qui sibi videtur stare. Multi namque sibi stare videntur, qui non stant. Fallunt enim seosiprosos, ad certam illantur. Quales videlicet erant nos indabat scientia, charitatis desolatos edificant, qui stant, vident ne cadat; nemo est tanta firmitate solidatus, ut de stabilitate sua debet esse securus, inquit S. Leo, serm. 5 de Quadragesima.

VERS. 15. — Tentatio vos non apprehendat, nisi humana; q. d.: Esto, 6 Corinthii, tentemini et sollicitemini ad schismata, ad litigia, ad luxum et venerem, ad idola et idololatrias; constantes tamen esto: quia hae tentationes, quae vos apprehendunt et occupant, communes sunt et humanae, quas facile, si velitis, vincitis.

Fidelis autem Deus est, qui non patietur vos tentari

diceret: Ne quidquam de vobis praesumatis; modica tantum, non leve quicunque passis estis, sicut ad Hebr. 12, 4, dicit: Noniam ad tempus iniquae vestrae stitistis. Ita D. Christostomus et ejus sequaces.

FIDELIS AUTEM DEUS EST... Ne nimis ob superbiis dicta delectentur, eorum animos spe in Deum erigit. Fidelis est Deus in promissis suis. Cum ergo nullis in locis promiserit, se suis auxiliaturum, et post tentationem coronam eius gloriae se daturum. Jacob. 1: Confidite, non sicut vos supra vestras tentari: sed vos per suam gratiam roborando, faciet ut tentatio foeteum habeat exitum. Eccl. 1:24 significat exitum, evasionem gloriosam, qualis est evasio militis, qui victor exadit de praelio.

UT POSSITIS SUSTINERE. Ita ut possitis sustinere, imo et vincere: non modo nullum ex tentatione detrimentum accipietis, sed et multum lucrum reportabitis. Nota juxta hanc ultima verba, quod de se ipso diffidere, suam timere fragilitatem, vigilare, sibi quae attendere, suam christiana quidem fortitudinis initiale fundamentum: at in Domino confidere, in solo ejus auxilio inniti, tumquam ab eo solo sperare, nostrae fortitudinis est: consummatum, et stabile fragilitatis humanae firmamentum. Nota secundum priora verba, quod nullo modo peccare, angelicum est; per ignorantiam et infirmitatem peccare, humanum: scienter et voluntarie, diaboleum. Homines quidem fragiles et ignari nunc sumus, at aequales angelis aliquando futuri; scilicet in resurrectione. Quoadque suam ad angelorum perveniamus sanctitatem, diaboleam saltem cavemus multam; omne quidem horreaum peccatum, ad praesentem diaboleum; et ex insidiat: Tentatio vos non apprehendat, nisi humana, nunquam diabolea.

VERS. 14. — PROPTER QUOD, CARNISSIMI... In superioribus Corinthios exterruit Apostolus; indicat hanc quid eos exterruerit, nimirum ut ab idololatriis averteret, de quibus a cap. 8 principaliter agit.

supra id quod potestis. Si non patitur Deus nos tentari supra vires; ergo multo minus, imo nullo modo impellit nos Deus ad peccata, ut vult Calvinus. Deus, ait Augustinus, impossibilitatem non habet sed non in eis vires tentationum resistamus; sed iudicia monet ad facere quod possit, et retrare quod non possit, et adiuvat ad peccata. Deus est fidelis, id est, verus in promissionibus, qui se protectorem suorum electorum promisit, qui non patietur vos tentari supra id quod potestis ferre; quia vel cadere non sinit, vel a casu erigit.

Sed faciet etiam cum tentatione proveniunt, ut possitis sustinere. Sensus est: Is qui vos permittit tentari, faciet ut bonum exitum habeat tentatio: hoc est, ut eam superetis, ac victoriam habetis reportetis. Ut possitis sustinere, id est, ita sustinere, ut superent ad hoc vires ad plus aliquid sustinendum; itaque late tantumque auxilium Deus confert, ut cum magno excessu possit quae tentationem superare.

VERS. 14. — Propter quod charissimi mihi, etc. Unde per propter quod, significat se omnia praecedente dixisse, ad hoc, ut alisteret eos ab idololatriis et idololatriis. Unde non dicit, ne colatis idola; sed, fugite ab idololatriis, id est, ab idololatriis colitis. Christianus enim idololatriam cum ab idololatriis comedit, nisi non proprie colat idola, tamen ab idololatriis non satis recedebat. Nam esse ille idololatrii, participatio quaedam erat cultus idololatrii.

Propter quod, id est, propter ea que hactenus de Israelitis dixi vobis, o charissimi mei. Seu quapropter, hoc ut sit, ut vos adjuvet Deus, fugite, procul estote animo et corpore ab idololatris. Id est, ab idololatriis, seu immolationum carnium comestione, que quedam est idololatria: quia, ut dicit v. 20, participatio est sacrificiorum demonum oblatum.

VERS. 15. — Ut prudentibus loquor... Quia idololatriam comedere, vocavit idololatriam, ne quempiam hæc dictione exasperaverit, lenit orationem, prudentes et sapientes eos vocans. Quia tamen dictum non modo non retracta, sed et probari fusiùs intendit; prius benevolam eorum attentionem sibi conciliat, non tantum illos laudans ut prudentes et sapientes, sed et ipsos, santes et noxios, constituens iudices à se dicendum; quasi diceret: Quia cum viris prudentibus et sapientibus nihil res est, hinc non alios exopto iudices de his que dicturus sum: itaque vos ipsi iudicate, non bene prohem idololatriam cultum idololatriam esse, et ideo vobis fugiendum esse ab illis.

VERS. 16. — CALIX BENEDICTIONIS... Primum, ex ipsa religione christiana probat assertum suum, scilicet immolationum comestione, cum sit participatio sacrificiorum demonum oblatum, idololatriam esse.

CALIX BENEDICTIONIS, id est, qui Christus in cœna benedixit; cui sacerdotes in missa benedicunt; cuius hausta benedictio credentibus infunditur; D. Anselmus.

NONNE COMMUNICATIO SANGUINIS CHRISTI EST? faciens nos unum cum ipso; D. Thomas. Id est, non ne calicem Domini benedictum et consecratum bibentes communicamus Domino? unumur Domino? Ita sanè; quia ut Theophylactus, post S. Chrysostomum, ait, quod in

VERS. 15. — Ut prudentibus loquor, scilicet id quod sequitur. Ac si dicat: Cum prudentibus et intelligentibus mihi sermo est.

Vos ipsi iudicatis quod dico. Sensus: Id quod volo dicere tale est, ut vos ipsi, tanquam prudentes, facile de eo iudicare possitis.

VERS. 16. — Calix benedictionis cui benedictus, nonne communicatio sanguinis Christi est? Calix benedictionis quem benedictum. Benedixit autem Christus panem et calicem, hoc est, Dei benedictionem et omnipotentiam super panem et vinum invocavit, ut presertim esset, et iam, et in futuris omnibus consecrationibus, ad panem convertendum corpus, et vinum calicis in sanguinem Christi, quando legitime pronuntiantur verbo consecrationis. Similis fuit benedictio panem, Luc. 9. Non ergo benedictio hæc fuit consecratio, licet id velit D. Thomas, 3 part., quest. 78, artic. 4, sed previa oratio. Ita Trident., sess. 15, cap. 1. Unde in liturgia S. Jacobi, Basilii, et nostrâ, Christi exemplo petimus, ut Deus benedicat hæc dona, ut divina virtus in panem et calicem descendat ad perfectissimam consecrationem: et hinc dicitur calix benedictionis, id est, à Christo benedictus. Nonne communicatio sanguinis Christi est? Ergo, non typus sanguinis, ut vult Calvinus: sed ipsissimus sanguis Christi est, et nobis communicatur in calice Eucharistia. Non dixit, inquit Theophylactus, participatio, sed communicatio; ut aliiquid excellentius indicet, puta summam unionem. Quod autem dicit Injunctum est, hoc quod in calice est, illud est, quod effluxit de latere Christi, et ex eo accipientes communicant, id est, unumur Christo. Non potest itaque vos, o Corinthii, ad idololatriam calicem recurrere, à calice hoc, qui vos ab idolis

calice est, illud est quod ex Christi latere fluxit; et ex eo accipientes, communicamus, id est, unumur Christo. Id quod est in calice, est id quod fluxit ex latere, et illius sumus participes; D. Chrysostomus. Subintellige: Ergo similiter calix maledictus idololatriam, est communicatio cum idolis et demonibus. Sicut participans calicem Domini, fit unum cum ipso; sic participans calicem demoniorum, fit unum cum eis. Demonis unitas est maximè fugienda: ergo et participatio idololatriam in eorum veteratione; D. Thomas.

ET PANIS QUEM FRANGIMUS... id est, quem consecramus, offerimus Deo; et oblatum frangimus, et populo fidei distribuimus; NONNE COMMUNICATIO COLORIS DOMINI EST? faciens nos unum cum Christo, quia sub specie panis sumitur corpus Christi, ait D. Thomas. Notat hic P. Cornelius ex Stukio, licet heterodoxo, quod Orientales habebant panes latos et subtiles, in se præter placentas, quos manibus facile frangebant, ut in cultro opus non haberent: hinc frangere panem.

VERS. 17. — QUONIAM UNUS PANIS... Syt., quoniam unum igitur panem est panis ille; ita et nos omnes unum sumus corpus: siquidem nos omnes ex uno illo pane accipimus. Ita sanè communicatio est, et ita realis et vera, ut quemadmodum unus est panis ille, quem sumimus, et est Christi corpus; sic et nos omnes, unus panis, unum Christi corpus sumus, quia ex uno pane comedimus, qui est corpus Christi. Quid dico communicationem? sumus illud ipsum corpus: quid est enim panis? corpus Christi; quid autem sumus, qui sumunt? corpus Christi, non corpora multa, sed unum corpus; D. Chrysostomus. Sicut ex multis granis fit unus panis; ita ex multis fidelibus fit unus

frangitur. Nos in Eucharistia Deum ipsum tangere et manducare, et ab eo omnia bona percipere clarissimè asseverat Chrysostomus in morali, lom. 24, dicens: Hæc mensa animarum nostre via est, meri mensis, fiducia vinculum, fundamentum, spes, salus, lux, vita nostra. Si hinc hoc sacrificio manibus nigribus, maxime cum fiducia sanctum ascendemus vestibulum, et quid futura commemorato? Nam dum in hæc ritia annuas, ut terra nobis sit colium, facit hoc mysterium: sicut enim in celis, ita in terra regnum corpus tibi videndum proponitur, et, nonne eum conspicias tantum, sed tangis et comedis, etc.

Et panis quem frangimus, nonne participatio corporis Domini est? Sensus est: Communicatio, vel essus panis, quem frangimus, communicatio nobis ipsum Christi corpus, ut illud reverè singuli in Eucharistia participemus. Corpus Domini panem Apostolus vocat, tum quia ex pane factum est: quia ratione homo pulvis seu terra vocatur, Genes. 5, tum possimè quia speciem panis totamque eius operationem retinet. Adde, non dici inde panem, sed panem quem frangimus, id est, eucharisticum, sive transubstantiatum, qui est corpus Christi, panis tamen speciem et operationem retinet. Ita omnes Patres et doctores orthodoxi. Hinc frangere panem, est verbum ecclesiasticum et sacramentale. Unde Paulus hæc Eucharistiam vocat panem quem frangimus, scilicet in Sacramento species corporis Christi frangentes, et comedentes; et in sacrificio illas offerentes, sumentes, et consumentes.

VERS. 17. — Quoniam unus panis, etc., de quo sic exclamat S. Augustinus: O sacramentum pietatis! o signum unitatis, o vinculum charitatis! Aquinas verò

panis sacer et vivus, scilicet unum Christi corpus mysticum, quod est Ecclesia.

VERS. 18. — VIDETE ISRAEL SECUNDUM CARNEM... Secundo, hoc ipsum probat ex religione Judaica; miramur, quod qui de victimis comedit, participat de sacrificio; et consequenter idololatriam idololatriam esse, quia participatio sacrilegi sacrificii. Videte populum ex Israele secundum carnem progenitum: sic vocat Iudeos, ad christianorum distinctionem, qui sunt spirituales Israelitæ, et per fidem Abrahe filii. Nomen omnes apud illos, qui de immolatis victimis comedunt, oblati sacrificii sunt participes? Hinc ergo et contra vosmetipsos, o Corinthii, concludite, quod qui de idololatriis comedunt, sacrilegi sacrificii sunt participes, sicutque idololatriæ: quia victimæ consumptio, est sacrificii consummatio. Hoc eis reliquit concludendum, quia perspicuum, et quia ipsos v. 15 dicendum à se constituit iudices.

Ratiocinatio D. Pauli, in his versibus probantis idololatriam comestione esse idololatriam, hæc est: Omnis cum demonibus communicatio est idololatria: idololatriam comestio est cum demonibus communicatio: ergo idololatria. Probat minor. In omni prorsus religione, comestio victimarum est communicatio, et cum eo cui oblata est victima, et cum eo qui eam obtulit. Patet in christianismo, ubi potio calicis sacri est communicatio sanguinis Christi; et ubi comestio panis consecrati, est communicatio et unio cum corpore Christi; imò et cum omnibus illud comedentibus, quippe qui omnes sunt unus panis, unumque Christi corpus hæc comestione. Patet in Judaismo, ubi participatio, seu comestio de hostiis oblati, est participatio cum altari, et cum sacrificio oblato, et cum offerentibus. Ergo pariter idololatriam comestio, id est, comestio victimarum demonum oblatum, est communicatio cum demonibus, et communicatio cum his qui colunt et adorant demones: ergo est idololatria.

Observatio dogmatica.

In hæc Apostoli ratiocinatione nota 1^a eucharisticum sacrificium divo Paulo ita certum esse et incontestatum, ut illud assumat tanquam argumentationis stipe principium ab omnibus notum. 2^a Quod omnia divi Pauli verba supponunt et indicant realem sanguinis et corporis Christi præsentiam, comestione et communicationem. Communicatio sanguinis, v. 16; communicatio corporis, ibidem: 3^a Quod ipsa mens D. Pauli hæc realem corporis Christi comestione et sanguinis potationem supponit, sicut supponit realem apud Iudeos et apud ethnicos victimarum comestione; et aliis ruit totum Apostolici argumentum. Illius enim scopus

subtiliter ac sublimiter in his Apostoli verbis duplicem observat unitatem: primam incorporationis, quia in Christum transformatur, cum dicit, unus panis: alteram vite et sensus, quam à Christo capite accipimus, cum addit, unus corpus. Sic ergo ratiocinatio: Nos Christiani quicumque de uno pane, id est, corpore Domini, et de uno calice, id est, sanguine Domini, communicamus, hoc ipso cum Christo Domino et inter nos societatem sancte religionis habe-

est probare eos qui de victimis demoni consecratis comedunt, realiter cum demonibus communicare; sicut apud christianos, qui calicem sacrum bibunt, et panem consecratum manducant, realiter communicant corpori et sanguini Christi: et sicut apud Iudeos, qui de hostiis comedunt, participat realiter altari et sacrificio, et omni Judaico cultui. Si autem tollatur realis communicatio corporis et sanguinis Christi, ut figurativa substituitur; tunc nulla paritas erit, et nullum argumentum. 4^a Hæc divi Pauli verba, hæcque ejus mentem de reali communicatione corporis et sanguinis Domini, intellexere sancti Patres. Audi S. Chrysostomum: Calix benedictionis... Valde fidei dicit et terribiliter; hoc est autem quod dicit: Id quod est in calice est id quod fluxit ex latere, et illius sumus participes. Panis quem frangimus... Quod non passus est in cruce, hoc in oblatione patitur propter te, et patitur frangi, ut omnes impleat; S. Chrysostomus. Idem D. Chrysostomus hæc ardentem in nos Christi charitatem miratur, que omnium hominum superat magnificentiam: hi enim in pecuniis, in possessionibus et vestibus suam ostendunt liberalitatem: in sanguine autem nihil unquam; Christus autem suum corpus dat et sanguinem. Ipsi nunc verbis uter: ipsum mutavit sacrificium, et pro cæde brutorum se ipsum jussit offerri. Paulo supra dixerat: Si sanguinem cupis, non aram idolorum brutorum caede, sed meum altare meo creata sanguine. In morali sensus explicat quæ sit Christi corpus in Eucharistia, scilicet idem quod in præsepi revereri sunt Magi, etc., quod in cruce fuit affluxum, etc., quod sol videns crucifixum, radios averit, etc. Sed, inquires, oratorie hæc dicit Chrysostomus.

Insuper est hoc effugium; 1^a quia dogmaticè loquitur, et ut doctor, ubi litteram interpretatur in Commentario; 2^a in morali sensus quidem explicat, sed ut orator christianus et verax: esset autem mendax, si diceret non esse corpus in præsepi adoratum, à Judæis crucifixum, etc., et vinum esse sanguinem pro nobis effusum.

Observatio dogmatica et moralis.

Ab ipso Apostolo discimus hic quid sit Eucharistia, et quo animo ad eam accedere debeamus. Communicatio est corporis Domini pro nobis crucifixi; communicatio est sanguinis Christi pro nobis effusi; consummatio est et applicatio sacrificii in cruce peracti. Christus, Agnus Dei, in cruce pro nobis omnibus immolatus est. Sacratissima autem Eucharistia, hujus Agni comestio, singularis christianis applicato, participatio, communicatio est corporis pro nobis immolati, et sanguinis pro nobis effusi. Christus in cruce fons

mans atque foveam; adeoque unum inter nos et cum illo tanquam capite, mysticum corpus effluunt: ergo fideles una cum infidelibus ex immolationis illorum edentes, societatem impie religionis cum eis incurrunt, atque idololatriæ participes efficiuntur: imò, sicut infra dicit, ipsorum demoniorum socii fiunt.

VERS. 18. — Videte Israel secundum carnem, etc.; q. d.: Eodem modo qui comedunt de pane eucharistico participes sunt sacrificii eucharistici, et qui co-

est immensus et inexhaustus meritorum et gratiarum. Sanctissima Eucharistia, Salvatoris comestio, hoc meritorium pelagus applicat iniquique fideli, et applicabit usque ad finem mundi, pro misceusque modo. Sicut apud Iudaeos, imò et apud ethnicos, victimarum comestio et consumptio, erat sacrificii peracti participatio et consumptio. Sic apud nos sanctissima Eucharistiae perceptio, Christi crucifixi Salvatoris comestio, est sacrificii in cruce pro nobis peracti communicatio, et pro singulis consumptio. Itaque ad sanctissimam Eucharistiam accedens, Christum in cruce meritorium cogit, cumque tu tibi pro te mortuum applica, juxta Domini preceptum: *Hæc quotiescumque feceritis*, etc. Vide plura in corollario pietatis in fine.

VERS. 19. — Quid ergo dico. Obicit sibimetipsi. An propterea dico: contra id quod, c. 8, v. 4, dixi: idolum, aut immolatum idolo, aliquid esse? Minime.

VERS. 20. — Sed quæ immolant gentes... Sed dico quod illud quod gentes immolant, non vero Deo, sed demoniis immolant: et propterea qui gentium sacrificiis participat, de idololatriis comedentes, cum demoniis habet communicationem.

Nolo autem vos christianos fieri demoniorum socios per participationem carum illis oblatarum.

VERS. 21. — Non potestis calicem Domini bibere, id est, non potestis calicem Domini sacrificatum bibere, et calicem demoniis oblatum, seu vinum diis libatum.

Non potestis bibere, seu altaris Domini participes esse, et bibere, seu altaris demoniorum. Altare Christi, ubi sacrificatur Christus; membra Domini, ubi comeditur Christus, et ubi ipse quasi nobiscum convivat, seipsum apponens comedendum. In idolis apponuntur mensæ, in quibus post sacrificium peractum transerebantur ex altari carnes immolatae, ut ex eis comederent qui oblatarii, eorumque amici et invitati. Contingebat autem aliquando, ut quidam è Corinthiis, postquam idololatria comederant, ad sacratissimum Eucharistiam accederent; hoc arguens D. Paulus, ait: *Non potestis calicem Domini...* Non potestis bibere.

VERS. 22. — An emulamur Dominum? Syr., an medant idololatria, participant de sacrificiis idololatriæ, illaque cõsumunt, ac per hoc quasi sacrificant idolis.

VERS. 19. — Quid ergo etc. q. d.: Minime. Idolum enim et comeditur idololatriam nihil est, nihil habet virtutis vel virtutis, ut dixi cap. 8, v. 4.

VERS. 20, 21. — Sed quæ immolant gentes... Non potestis mensæ Domini participes esse, etc. Mensæ, sacrae scilicet, id est, altaris, quæ est quasi mensa Dei, in qua Deus quasi convivat nobiscum, ut patet Malachiæ 1. ita Ambros., Anselm. et concilium Trident., sess. 22 c. 1. Ubi ex hoc loco docet Eucharistiam esse sacrificium, de ea enim Apostolum agere, non de sacrificio crucis. Primò, quia crucis vicinia transit, et jam dñi desit: hic autem agi Apostolum de sacrificio, cujus Corinthi in dies erant participes. Secundo, ex voce mensæ, et membra Domini, id est, altaris: ubi enim est altare, ibi est et sacerdos, et sacrificium. Hæc enim tria sunt correlativa.

provocando provocamus ad zelotypiam Dominum nostrum? num fortiores illo sumus? Exaggerat ut provocet eos: quasi diceret: An Dominum irritare, ad zelum et ad iram vultis provocare? dñm sic ad ejus adversarios delictis, et in acie cum illis hostibus statis; quasi illo fortiores silis, et peccatis irati Dei possitis evadere. Maluit tamen in primâ personâ loqui, ut tantisper leniret. Eadem dictione usus est, quâ Moyses in Judæos, Deuter. 52, 21: *Ipsi me emulati sunt in non Deo, ad iram me provocaverunt in idolis suis*; D. Chrys. Probat itaque duram communicationem, de quibus v. 21, incompatibilitatem; ex eo quod à mensâ Domini transire ad mensam diaboli, sit à Domino delicere, ad ejus hostes transigere, sicut Dominum ad zelum irritare, illamque spernere, quasi vindicta impotentem, et qui non timeatur. Quot, loci quot loquē christiani sic à Domino delinunt, ad ejus hostes transigunt, dñm à mensâ Domini, ad spectacula, ad pompas diaboli transeunt? Quot alii Dominum ad zelum provocant, dñm in ipso templo, et in ipsi oculis Domini, creaturam, non creatorem adorant?

Nemois fortiores Deo sumus?
VERS. 25. — Omnia vobis licent... Occurrit objectioni: Dices, quod res in se licita sit et indifferens. — Resp.: Nemo licet in se, sed non experit omnia quæcumque licent.

Omnia vobis licent, intellige omnia adia phora, nullâ lege prohibita, quale est idololatriam comedere: sed non omnia edificant, v. g., comedere idololatriam in idolo, vel coram infirmo: imò hæc comestio destruit, quia scandalizat, et ad ruinam impellit. In se licet, per accidens non licet; si scandalizat frater, si tibi quis ob id deterior. Idololatria materialiter, et in cibum comedere, licet tibi, si solus; si nihil aliud habeas. Formaliter autem, ut idololatria, et demoniis sacra, non licet, quia sic est idololatria.

VERS. 24. — Nemo quod suum est querat... scilicet cum frater sui scandalo aut incommodo: hujus enim utilitatem spirituales debemus corporali nostre utilitati aut voluptati præferre. Licet ergo non sit illicita idololatriam comestio, hoc tamen solum non debetis attendere, sed præterea consulere proximorum infirmitati et utilitati. Considera nam id quod fit,

VERS. 22, 25. — An emulamur Dominum, id est, an provocemus Dominum ad iram et zelum? Quasi coniequentes ejus potentiam, et probare volentes an parere nos possit, ad rivalem et hostem ipsius diabolum transiremus? Id enim facit qui participes effectus mensæ Domini, postea sese mensæ demoniorum associat.

Namque fortiores illo sumus? Ac si dicat: Minime. Ergo non impio nobis cedere illa immolatio et Dei ad iram provocatio.

Omnia vobis licent, sed non omnia edificant, quæ, ut sequitur, non omnia edificant. Quasi dicat: Materialiter licet vobis idololatriam per se, per accidens tamen non licet, si sequatur scandalum.

VERS. 24. — Nemo quod suum est querat, etc.; q. d.: Nemo querat carnem idolis immolatam, ubi comendum, gratiam, sapidam, vultis preli: sed in hæc re aliusque similibus querat alterius, proximi scilicet, utilitatem, ut non cum ejus scandalo, et

dammum afferat, nam eversionem? S. Chrysostomus. Itaque non jus, sed charitas actionum nostrarum est regula: non enim solummodo quod jure possumus, debemus considerare, sed etiam quod claritas postulat, jusque nostrum, per charitatem, proximi hono sæpè sacrificandum. Qui proximum amat, Deum amat.

VERS. 25. — Omne quod in macello... Totam hæc de idololatriis questionem, ab octavo capite agitatum, admirabili terminat temperamento; quo sic aliquid doctis Corinthiis concedit, ut et infirmorum saluti penitus consulat. Temperamentum autem hoc est: 1° Permittit ut emant et comedant indifferenter ex omni quod venale prostat, nullâ factâ prius interrogatione, immolatum ne sit, an non?

MACELLO, locus Romæ, ubi vendebatur caro: sic dicitur ab homine, cujus id fuerat solum, ait Grotius: itaque *macellum*, vox Græca ex Latino. Fieri poterat, ait inquit Grotius, ut macellaris antequam ad macellum carnes deferret, aliquid de eis in iram dedisset; vel ut sacerdotes, partes que ipsi cedebant, vendidissent. Et de hoc non vult inquiri, sed indifferenter emi, propter conscientiam, in qua scitis, et persuasi estis, idolum nihil esse, et idololatriam nihil impurum habere in se.

VERS. 26. — Domini est terra... Scitis enim quod terra et omnia que in eâ, Domini sunt, et ideo in se bona. Nullus cibus ex se malus aut impurus, sed intemperantia, infidelitas, oblitio Dei, inobediencia, contemptus Ecclesiæ, conscientiam malè utentis reddunt impuram.

VERS. 27. — Si quis vocat vos infideliter... 2° Permittit, ut apud ethnicos invitati ad comedendum, de appositis sine scrupulo comedant, nihil interrogantes, ut supra, v. præc. 25.

ET VULTIS ME. Nec jubet, nec prohibet, ait divus Chrysostomus: sed hoc addit, forte ut innovet melius se facturos, si non eant.

VERS. 28. — Si quis autem vobis dixerit... Si quis è convivis dixerit vobis: *Hoc fuit immolatum*, prohibet ex eo ne comedant, itaque propter monitoris conscientiamno spirituali illam emat et comedat. Ita Theophylact.

VERS. 25. — Omne quod in macello venit, etc. Omne, scilicet omnia tam idolis immolata, quam non immolata indifferenter comedite: nihil interrogantes, id est, nihil judicantes, vel discernentes: Ambrosius, nihil disquirentes; Theophylact., nihil hesitantes. Propter conscientiam, quasi scrupulos sit faciendus, sit tendat idololatria, illamque cogere debetis, an scilicet carnes quas emere vultis, fuerint idolis oblatas; nec tales emere et comedere liceat. Ita Anselmus, Ambrosius, Theodoretus.

VERS. 26. — Domini est terra, etc. q. d.: Omnis creatura, quia Domini est, bona est et munda: sic et idololatria non immunda sunt, ut vos putatis esse, ex eo quod demoniis sunt oblatas: sed munda sunt, quia à Domino creata sunt. Ita Chrysost., Theoph.

VERS. 27. — Si quis vocat vos (ad prandium vel cenam) infideliter, et vultis ire, omne (etiamsi idololatriam sit) quod vobis apponitur, etc. Si enim rogatus, et responderet esse idololatriam, conscientia vestra constringeretur, eoque vobis non poteritis.

VERS. 28. Si quis autem dixerit (in prandio vel

cenam; ne ledatur, ait Chrysostomus; seu rationem habentes illius, qui movuit, conscientie infirmæ, et minus instructe. Gr. addit hæc: *Domini est terra, etc.*, sed Syrus et Arabs non legunt, nec interpretes nostræ.

VERS. 29. — Conscientiam dico, non terram. Nosti enim quod idolum nihil est, et quod omnia Dei sunt: sed alterius, scilicet convivæ, qui movuit hoc immolatum esse; et qui videtur sentire, quod hoc tibi non liceat: propter librum, inquam, abstine.

UT QUI ENIM LIBERTAS MEA... Persuamur mihi, ut sæpè: cur enim, et cui bono vult libertate meâ, cum alterius scandalo; seu cur faciam id quod nisi quidem liberum est, sed ob quod alius in sua conscientia me damnat. Fabula est, inquit, christianorum religio; sicut quidem idola sese execrari, et interim ea que eis oblatas sunt, libenter comedunt. Theophylactus.

VERS. 30. — Si ego cer gratia participo... Si per beneficium Dei, damis et concedentis, utor cibis; cur blasphemio, seu calumnia occasione dabo, pro re, de qua Deo gratias ago, non demoniis?

15. Si pes, pars inferior corporis, dixerit: Quia locum medium non habeo, sicut manus; non sum de corpore: an propterea de corpore non est? Minime: quia non situs membrum facit, sed unio cum corpore. Per pedem, intellige infimas Ecclesiae Corinthiaca partes, seu fideles infimis locis et officis deputatos; quos sub hac figura arguit, quod obmurmurabant; simul et solatur, asserens quod aequaliter ac alii, sint de corpore Christi.

16. Et si auricula sortem suam deplorans, dicat: Non sum oculus, ideò à corpore sum extranea; an ideò non est pars corporis? Minime, propter rationem v. 15 dictam. Per aurem, intellige discipulos, dono sapientiae et scientiae privatos, sapientibus, doctis, et doctioribus invidentibus: hos ergo arguit et solatur, sicut pedes, v. 15.

17. Si totum corpus ad oculum esset redactum, ubi id per quod audirendum? Si nihil nisi aures, ubi nares? Eodem docet speciatim quod necessaria sit membrorum varietas, quam docuit in genere v. 14.

18. Propterea Deus varia membra posuit in corpore; quorum unicuique locum suum et munus, pro sua voluntate, non pro merito, dedit. Hoc et de mystico Christi corpore intellige, quod Deus varietate membrorum instruxit, et unumquodque membrum suo loco et officio destinavit, ut illi placuit: eos ergo docet suo loco et dono contentos esse, et Dei voluntati submissos.

19. Quòd si nunc omnia membra in unum redigerentur, ubi corporis harmonia?

20. Non ita se res habet: sed per Dei voluntatem nunc multa quidem sunt membra, loco et officio diversa; sed ita tamen, ut omnia simul unum sint corpus. (Resumptio probatorum à v. 12.)

21. Non potest autem oculus, quia situ altior, et officio nobilior, prudenter et vere discernere, nisi sita minus alta, et officio minus nobilis: Opera tua non indigeo. Neque caput, pars corporis suprema, pedibus, velut extremis, dicere: Non esis mihi necessarii. (Hic sub figura oculi et capitis, pungit sublimiores, in sua sublimitate tumidos; quorum fastum deprimi, indicans quòd eis necessarii sunt illi, quos velut viles spernit.)

22. Tantum adest ut illum corporis membrum, tanquam inutile, desipere possit; quin imò quae videntur imbecilliora, sunt magis ad vitam necessaria, quam plerumque robustiora.

23. Hinc ea quae valde putantur minus honesta, majori et uberiori ornatu circumdamus extrinsecus: et ea quae pudenda vocantur, majori cura tegimus. Sic inferiori, vilibus deputati; talentis, ut videtur, destitu-

ti; imò et aliquà infamia notati, sed humiles, contriti, sanctificati per poenitentiam, contenti non debent: sed cum charitate foveri, ornari, et conservari; quia saepe Deo clariore, et Ecclesiae utiliore, suis scilicet preclius.

24. Quae autem in nobis sunt per se decora et honesta, nullis eorum ascititibus ornamentis: sed Deus haec temperatò corporis nostri membra moderat est; ut eis, quibus decus deerat, majorem ornatum tribuerentur.

25. Idque, ut inter omnia corporis membra, nullum sit dissidium: sed ut omnia pari sollicitudine sese vicissim teneant et adjuvent.

26. Et ut tanta sit inter illa omnia dilectio et concordia, ut si quid patitur unum, compatiatur cetera; et si quando unum honore afficitur, cetera congaudeant. Ita sit inter vos, ejusdem corporis membra; non sit dissidium, sed mutua dilectio, mutua auxiliium.

27. Vos omnes estis corpus Christi, et singuli vestrum estis ejusdem corporis membra: at conexa, ab invicem dependentia; et ideò mutuis vos invicem officiis adjuvare debetis.

28. Et sicut in corpore naturali Deus pro sua voluntate varia membra posuit, eaque variis usibus destinavit; ita et in mystico Christi corpore voluit varia esse membra, et varia charismata. Ac primo quidem loco collocavit apostolos, Christi legatos; secundo prophetas, qui futura praevident, et occulta deagent; tertio doctores, qui doctrinam evangelicam exponunt populo; quarto, qui virtute divina praediti, miracula perpetrant; quinto, qui donum habent agrotos divitiis sanandi, sexto, qui afflictis, auctoritate, consilio, operà subveniunt; septimo, qui temporalium rerum regimini praesunt; octavo, qui variis loquuntur linguis; denique, qui eas interpretantur.

29. Numquid omnes apostoli? etc. Numquid omnes? etc.

30. Numquid omnes virtutes? etc. Minime, quia sicut à totum corpus oculis, etc., v. 17, et sicut à omnia membra in unum redigerentur, ubi corpus? v. 19. Ita si omnia Ecclesiae membra et charismata ad unum redigerentur, ubi mystici corporis Christi harmonia? Necessaria est membrorum, et donorum diversitas: hanc diversitatem Deus pro suo arbitratu distribuit; unumquodque sit suo loco et officio contentus; unusquisque pro suo dono commune bonum promovet, iuxta Dei beneplacitum.

31. Inter haec, utem charismata, zelate, et à Deo expetite, non majora, et ex vulgi judicio plaris aestimata, sed potiora, et utiliora vobis et Ecclesiae. Sed et praeter haec à me hucusque enumerata, superest via quaedam excellentior, et quam vobis junjam monstrabo: haec est charitas Dei, et proximi, propter Deum; quae omnibus charismatibus supra modum praecedit, ad Deum ducit, et in eum elevat, et sine qua nihil prosunt cetera.

VERS. 1. — DE SPIRITUALIBUS AUTEM... Hujus capituli cum precedenti conexio hæc est: Caput præcedens fuit Apostolus, dicens: Cætera ad Agapes, et sanctissimam Eucharistiam spectantia, præsens præscribam; hoc autem incipit, dicens:

DE SPIRITUALIBUS AUTEM... id est, interim dùm ad vos veniro, solo vos de Spiritu sancti donis texorare. Tunc in Baptismo, per Spiritum sanctum baptizatis, communitè dabantur charismata spiritualia, seu dona gratuita linguarum, prophetie, operationum, etc., de quibus infra: et quia circa hæc dona, eorumque usum multipliciter peccabant Corinthii, ut v. 4 dicitur: *id est sine mora vult de his instrui.*

VERS. 2. — *SCITIS QUONIAM CUM GENTES ESSETIS...* Hic locus, propter suam brevitatē, est obscurus: brevior autem nobis videtur et obscurus; quia noscimus quod tunc feliç, et quod notum erat Corinthiis, quibus scribentur Apostolus. Ad ejus ergo loci intelligentiam, nobis necessarìo supplendum aliquid. Epistolam multi volent hunc Apostolum indicare gratiæ necessitatē, tum in mala vitando, tum in bono faciendū: sed quia hic de donis gratuitis agitur, ut sequentiū patet, non verò de gratiâ sanctificante, hinc probabilior, et apostolice textui conformior mihi videtur eorum conjectura, qui putant Apostolum, ante omnia, velle fidelibus Corinthiis dare notam faciendā, quæ Spiritus sancti dona discernant ab effectibus maligni spiritus. Ita divus Chrysostomus. Ut hujus nota necessitatē intelligas, et textum claris percipias:

Notanda ad intelligentiam.

Adverte quod plerique Corinthiorum ethnici, et idolorum cultores aliquando fuerant; tuncque futurorum curiosi, sepe sepius ad rates ferant, qui iohannis alerant. Viderant ergo tunc sæpius Pythones et Pythonissas. Imò cum ad eos scriberet divus Paulus, Corinthii erant multi Satanae spiritu affliti, qui futura prædicabant, variisque loquebantur linguis. Poterant autem hujusmodi divinatores, et præstigiatores fidelium curibus interesse, et eos perturbare. Hinc D. Apostolus Corinthios volens de spiritualibus instruere, ante omnia necessarium judicat, brevem et facilem eis notam dare, quæ afflatis à Spiritu sancto discernant ab afflatis à maligno spiritu. Nunc ad textum.

Scris quod cum idololatra essetis, tunc **PROUT PECCABAMINI**, scilicet seu vestra curiositate, seu aliorum

VERS. 1. — *De spiritualibus autem, etc.* id est, de charismatibus quibus distitistis, ut antio Epistola dixi, volo vos instruere. Vocat ea spiritualia ab auctore Spiritu sancto.

VERS. 2. — *Scitis quoniam cum gentes essetis, etc.* Similiter nota, prout (quædam mancipia) dicebantur à consuetudine, institutione majorum, et sacriliciorum, atque à demonis impulsu *cautes*, id est, itatis.

VERS. 5. — *Idem notum vobis facio, quod nemo in Spiritu Dei loquens, dicit anathema Jesu.* In Spiritu, id est, per Spiritum. Scelus est: Quod cum ita sit, impietius scire vos volo, quod nullus per Spiritum Dei loquens Jesum vocat anathema, id est, Jesum execratur. Jesu maledicit, interitum ei et exterminandum imprecatur: sed potius talis Jesum agnoscat et invocet, quasi, auctorem gratiæ, salutis, omniumque donorum spiri-

exemplo et pravâ consuetudine, seu ipsius diaboli suggestionē acti.

AD SIMILACRA META, de quibus scriptum est: *Os habent, et non loquuntur.*

EUNTES, supple eratis, id est, assidue et frequenter loquentes.

Vidistis ergo tunc, sicut et nunc videtis sæpe Pythones et Pythonissas, futura multa predicantes, variis linguis loquentes, præstigiis nonnullis operantes.

VERS. 5. — **IDEO.** Scilicet quia vidistis, et quotidie videtis: ne confundatis eos cum afflatis à Spiritu sancto, sed ut breviter et faciliè discernatis verum et sancte afflatis:

NOTUM VOBIS FACIO, quod nemo per Spiritum Dei loquens, seu à sancto Spiritu afflatus, dicit ANATHEMA JESU, id est, maledicit Jesu, blasphemat in Jesum. Anathema dicitur res execrabilis et exterminanda: igitur anathema dicere, est rem execrari, maledicere, et exterminandam pronuntiare. Et quod nemo potest Dominum Jesum cum debili veneratione, et cordis affectu dicere, summasque Dominum profiteri, nisi per Spiritum Dei. Facilis itaque, et brevis nota, ad discernendum à quo spiritu quis afflatus sit, hæc est: ipsum interrogate de Jesu. Si promptè, et constanter confitetur Jesum Christum esse Filium Dei, Redemptorem hominum, et consequenter Dominum, cui parere debent omnes; hic à Spiritu sancto est. Si verò dicit anathema Jesu, Græcè, *anathema Jesum*, id est, anathematizandum; si nomen ejus execratur, et blasphemat in ipsum: hic à spiritu maligno est. Ad hæc regula, à divo Paulo hic tradita, conformis est illi, quæ dabit S. Joan., Epist. 1, c. 4, v. 2: *In hoc cognoscitur Spiritus Dei: omnis spiritus qui confitetur Jesum Christum in carne venisse, etc.* Jesus Christus, Filius Dei, Mediatur Dei et hominum, omniumque Dominus, totius est religionis fundamentum, et quidem unicum: *Nec enim aliud est nomen sub celo datum, etc., fundamentum aliud nemo potest ponere.* Hujus Epist. c. 5, 12. Ituc fundamentum qui adhaeret fide, sp., charitate, Deo adhæret, Deo placet, à Spiritu sancto est. Illic qui non adhæret, qui non subest, qui non parat, ut Dominum, Deo non adhaeret. Deus non est, Spiritum Dei non habet. Itaque cum D. Thomæ credulo tandem et fideli, dicamus frequenter: **Dominum.** Ille à Paulo dicitur propter Judæos, qui de Spiritu Dei gloriantes, Jesu tamen maledicebant: atque cum non solum Christum negabant, sed etiam dicebant anathema. Ita Cajetanus.

Et nemo potest dicere: Dominus Jesu, nisi in Spiritu sancto. Dicere Dominum Jesum, id est, agnoscere, credere, invocare et predicare nomen Domini Jesu, ejusque idem profiteri, loquam, et invocare ut oportet, non trum. Profleri, loquam, et invocare ut oportet, id est, prout est ad salutem. Ille facere nemo potest, nisi in Spiritu sancto, id est, nisi per Spiritum sanctum. Fides enim, spes et oratio sunt dona Spiritus sancti; quasi dicit: Hæc dona adde non solum vestra, sed Spiritus sancti, ut nec Jesum agnoscat et invocare et vobismetipsis possit: sed agnito hæc et invocatio sit Spiritus S. donum.

meus et Deus meus. Cordè, non manu, Christo unil, amemus, adoremus eum, ut Dominum et Deum nostrum: *Dominus meus et Deus meus.*

VERS. 4. — **ET DIVISIONES VERO GRATIARUM...** Datâ brevi et facili regulâ ad discernendos Spiritus sancti charismata: jam quasi medicus accedit ad sanandas spirituales Corinthiorum agitudines, circa hæc spiritualia dona, eorumque usum.

Nota ad intelligentiam.

Itaque nota quod apud Corinthios, adhuc imperfectos, et in fide infirmos, charismata erant occasio superbie, invidia, dissidii. Qui enim majora dona perceperant, adversus alios efferebantur. Qui nulla aut minora tantum habebant, adversus eos qui majora receperant, ardebant invidia.

Hincque ob Spiritus sancti dona dissidebant plerique Corinthiorum. Et in his eorum vitis sanandis, contrariisq; eis virtutibus insinuandis, totus est Apostolus in hoc capite, id est, totus in retundendâ priorum superbiâ; totus in extingvendâ aliorum invidia; totus in inspirandâ omnibus Ecclesiæ Corinthiæ fidelibus, velut ejusdem corporis membris, paci, concordia, in uno amore, et studio sibi invicem inserviendi. Quod sedulo notandum, et præ oculis assidue habendum, ad perfectam textus intelligentiam. Ecce quod spectat ad Apostoli mentem, nunc ad verba.

DIVISIONES GRATIARUM. Græcè, *discrimina charismatum*, seu donorum gratuitorum, id est, equidem donorum sunt differentia; diversis diversa dantur; hoc uni, illud alteri, etc.

IDEM AUTEM SPIRITUS, scilicet Spiritus sanctus, qui omnium aliorum donorum fons est; quasi diceret: Multitudine quidem et varietate differunt, non auctore, qui unus et idem est Spiritus sanctus. Ne sit ergo inter vos divisio ob ea, quæ ab unitate manant, et quæ à Spiritu sancto, paci auctore procedunt. Præterea gratiæ sunt, id est, dona gratuita, nemini debita; ut quid ergo ea alter alteri invidet? Cur ob ea quis angatur animo? Ab omnibus gratiæ sunt habende; nemini dolendum, ex D. Chrysostomo.

VERS. 5. — **ET DIVISIONES MINISTRATIONUM...** Græcè, *discrimina ministeriorum*, id est, varia quidem in Ecclesiâ distributa sunt ministeria, v. g., apostolatus, episcopatus, presbyteratus, diaconatus, etc.

IDEM AUTEM DOMINUS, scilicet Jesus Christus, Ecclesiæ caput, princeps et Dominus, sub quo omnes illi varii ministri militant et Deo serviunt: et à quo hæc omnia ministeria conferuntur. Differentia igitur in

VERS. 4. — *Divisiones vero gratiarum nostræ.* Gratia divisa sunt per Ecclesiam, hæc uni, illi alteri datur et dividitur. *Idem autem Spiritus,* id est, idemque Spiritus sanctus est, qui ea omnia largitur: cujus et dona vocantur.

VERS. 5. — *Et divisiones ministeriorum sunt, Græcè, ministeriorum.* Ministeria quoque, inquit, vario distributa sunt per Ecclesiam.

Idem autem Dominus, scilicet Jesus Christus, à quo ut Deo, et per quem ut hominem illa omnia conferuntur.

VERS. 6. — *Et divisiones operationum sunt.* Operationes item, hoc est, operandi facultates, et impetus

ministerio, non in Domino. Porrò attende ad verba *ministrationem*, seu ministerium, laborem et sudorem indicant: quid ergo doles, si alterum jusset plus laborare, tibi parens? ait D. Chrysostomus.

VERS. 6. — **ET DIVISIONES OPERATIONUM.** Græcè, *typæ*, efficacia, operationes. Syr., et *divisiones virtutum*; id est, diverse sunt facultates operandi diversa miraculorum genera.

IDEM VERO DEUS, Pater æternus, fons deliciarum, et omnipotentis, qui per suam intimam presentiam, virtutem et efficaciam, hæc omnia supernaturalia operatur in singulis illa patrantibus. Non est ergo quod quis ob ea sese effret, quia aliena virtus est id quod operatur; et alieni muneris est id quod habet. Non est etiam quod quis aliis invidet; quia habentibus datur ad communem utilitatem. Sed est quod omnes uni Deo, omnium donorum auctori, gratias agant; ob ea Deum laudent, amet, adorent. Sed est præterea quod unusquisque suo dono contentus, iuxta sibi datum, et Dei benedictionem, communi Ecclesiæ bono ministret, laboret, insudet.

VERS. 7. — **UNICUIQUE AUTEM...** id est, cuiuscumque autem datur tale aliquod donum, per quod manifestatur sancti Spiritus virtus et presentia; non ad suam ei vanam gloriam datur, sed ad UTILITATEM, Græcè, *et ut proficiat*, ad id quod expedit, ait D. Hieronymus. Ad id quod confert, Erasmus; id est, datur ut conferat, aut exerceat aliquod fideli populo utile, v. g., ut per hoc convertat infideles ad fidem, vel ut fidelibus confirmet in fide: itaque ad utilitatem Ecclesiæ.

Nota litteralis.

Nota in superioribus versus totam sanctissimam Trinitatem insinuat; v. 4, Spiritum sanctum; v. 5, Jesum Christum; v. 6, Patrem æternum. Quod si primo loco Spiritus sanctus nominatus est, et ultimo Pater æternus, hoc indicat inter divinas personas dignitatis ordinem non esse, sed perfectam æqualitatem. Nota et quod spiritualia dona unicuique personæ sub diversâ ratione attribuntur. Spiritui sancto, qui bonitas et amor est, tribuntur ut gratiæ, seu ut gratuita, quæ ex gratiâ Dei bonitate manant. Jesu Christo, Filio Dei, Ecclesiæ Domino, quam suo sanguine acquisivit et sibi gloriosam exhibuit, attribuntur ut ministeria; tum quia ipse est, ut Dominus, ministeria distribuere: tum quia ipsi, et sub ipso ministrat omnis ecclesiasticus ordo. Patri omnipotenti, totiusque potentis fonti, attribuntur ut operationes, seu efficacia, quia ab ipso omnis virtus et operatio

mularum per Ecclesiam distribuit sunt.

Idem vero Deus, qui operatur omnia in omnibus. Pro operatur, S. Hieronymus, lib. 8 de Trinitate, legit *inoperatur*. Significat intimam presentiam, vim, et efficaciam, quæ Deus intus omnia operatur, maxime miracula, et dona gratuita: de his enim agit toto capite Paulus.

VERS. 7. — *Unicuique autem datur, etc.* Hieronymus legit, *ad id quod utile est.* Hieronymus, ad id quod expedit; sensus est: Cuiuscumque datur aliquod beneficium donorum, per quod manifestatur eum accepisse Spiritum sanctum. Datur, inquam, ad utilitatem, hoc propriam, sed totius Ecclesiæ.

Observatio moralis.

Hinc itaque discat omnis Ecclesie minister, quomodo semetipsum in suo ministerio debeat intueri. Omnipotentis Dei instrumentum est, in operanda animarum salute. Jesu Christi, Ecclesie principis et Domini minister est, in perlicienda hominum redemptione. Spiritus sancti, gratiarum fontis, canalus est, per quem claritas diffunditur in fidelium cordibus. Igitur ut instrumentum omnipotentie divinae, penitus ei subjaceat; et omnia juxta Dei beneplacitum, inspirationem et motum operetur. Ut minister tepidioris animarum, cum zelo laboret, vigilet, insudet in salvandis hominibus sibi commissis. Ut gratiarum Spiritus sancti canalus, effundat votis, verbis, exemplis; nihil sit in illo non sanctum, nihil non sanctificans.

VERS. 8. — *Alii quidem dixerunt...* Enumerat omnia illa Spiritus sancti dona, quibus vetus Ecclesia nobilitabatur, et in novem genera distribuit. Alii quidem à Deo Patre, per Spiritum sanctum, ab eo procedentem, daturis facultas explicandi altissima fidei mysteria, idque per altissima principia, v. g., sanctissimam Trinitatem, incarnationem, etc., eo modo, quo ipse Paulus sapientiam loquebatur inter perfectos. Vide dicta hujus Epistolae, cap. 2, v. 7.

Alii sermo scientiae, id est, facultas explicandi res fidei, per scientias humanas, seu per ratiocinationem, exempla et comparationes. Sicut faciunt nunc theologo.

Secundum, id est, per eundem Spiritum.

VERS. 9. — *Alteri fides.* Non dogmatum, sed miraculorum, id est, excellens in Deum fiducia, ad quod ab eo impetrandum. Fidei robur, quae juxta homini promissum, montes etiam transferat, ait Erasmus. Hae fides, miraculorum mater, nascitur

VERS. 8. — *Alii quidem per Spiritum datur sermo sapientiae,* facultas explicandi sapientiam, id est, altissima mysteria Trinitatis, incarnationis, praedestinationis, ut explicat cap. 15.

Alii autem sermo scientiarum secundum Spiritum, ut scilicet explicet quae ad agenda, moresque pertinent. Haec scientia à scientia distinguit S. Augustinus. Alii actionum intelligunt, quia res fidei per exempla, comparationes, rationes humanas et philosophicas explicantur.

VERS. 9. — *Alteri fides in eodem Spiritu.* Fides hic est intelligentia magnae mysteriorum fidei ad ea contemplandum et explicandum. Sic enim ad Rom. 12, dicit prophetas habere prophetiam, et debere prophettare, hoc est, docere secundum rationem fidei, id est, juxta mensuram intelligentiae rerum fidei sibi à Deo datam.

Alii gratia sanctorum in uno Spiritu, per unum et eundem Spiritum sanctorum. Charismata amulorum vocat Apostolus, dona curandi languores et agilitates corporales; sive id fiat impositione manuum, quae est oratio super hominem, S. Augustinus teste, lib. 5, de Baptismo, cap. 16. Haec promittit Dominus, Marc. 16: Super aegros manus imponet, et bene habebunt.

VERS. 10. — *Alii operatio virtutum,* quia sunt excitare mortuos, demones eiecere, panem incredulos et impios per miraculum, uti S. Petrus Ananiam et Saphiram miraculose morti ponit, Act. 5. Haec Chrysostomus et Ambrosius. Et sic distinguitur operatio virtutum à gratia sanctorum.

quidem ex fide theologica, illamque includit; sed praeterea constantem dicit in Deum fiduciam, quae confidit homo Deum hoc facturum, ut colligi potest ex Marc. 9, 25; Luc. 17, 5.

IN EODEM SPIRITU, id est, per eundem Spiritum, ait Syrus. ALII GRATIA SANCTORUM. Graec., *donationum*, id est, donum languores et morbos sanandi per eundem Spiritum.

VERS. 10. — *Alii operatio virtutum,* id est, potestas illustriora et celebriora faciendi miracula, v. g., mortuos suscitandi: quin et vivos miraculose morte puniendi, ut Act. 5, v. 5. Talia miracula specialiter dicuntur virtutes, *charismata*, quia divina virtus et omnipotentia in illis maxime efficit.

ALII PROPHECIA, id est, donum tum futura praedicendi, tum abstrusa Scripturarum explanandi.

ALII DISCRETIO SPIRITUM, id est, sagacitas discernendi abstrusus hominum: à quo sint? an à Deo? an non?

ALII GENERA LINGUARUM, id est, donum variis linguis loquendi.

ALII INTERPRETATIO SERMONUM. Graec., *linguarum*, donum linguis peregrinis interpretandi, sui domum interpretandi quae aliis linguis peregrinis locuti sunt. Non enim quisquis linguam tenet, idem arcum sensum sermonis tenet, ait Erasmus. Hinc duo dona sunt loquendi et interpretandi linguis. Vide Estium qui citat Cajetanum.

VERS. 11. — *Hae autem omnia operatur...* id est, per vim in nobis occurrentem efficiunt omnes et idem Spiritus, qui pro suo arbitratu et beneplacito, singulis sua dona distribuit.

Nota litteralis et moralis.

Sepe repèterit et quod haec varia dona ab uno et eodem sunt Spiritu; et quod ea Deus pro sua

Alii prophetia, id est, donum futura praedicendi, vel Scripturas, praesertim propheticas, explicandi. Quod unumque generali nomine revelationis arcumorum, comprehendit potest.

Alii discretio spirituum, cogitationum scilicet et intentionum cordis, et consequenter actionum et sermonum; ut sciat an à natura, an à daemone, an à dei vel angelis spiritu et instinctu proficiscatur. Haec Chrysostomus, Ambrosius, Anselmus. Tale donum habuit S. Hieronimus, teste S. Hieronymo, in ejus vita.

Alii genera linguarum, id est, donum loquendi variis linguis. Quod quidem in Ecclesia gratuita fuit omnimodum frequens, ut in Actis apostolorum manifestum est.

VERS. 11. — *Hae autem omnia operatur unus atque idem Spiritus.* Solum nominat Spiritum sanctum, qui in divinis amor est: cui praeiudice bonitas, et ex eius libens distributio donorum Dei congruenter appropriatur.

voluntate confert; quia haec veritates necessariae ad sanandas Corinthiorum supradictas agilitates, id est, ad eorum retinendam superbiam et extinguendam invidiam, et omne dissidium componendum. Quoties ergo dicit, quod ab uno Spiritu procedunt; toties eis exprobat. Quare ergo dividimus ob ea, quae ab uno profunt Spiritu, et quidem paucis auctore? Quoties dicit quod ea Deus gratuito et pro sua bona voluntate confert, toties exprobat suerbo: quare ergo ab alioquo et modo gratulorum minus inflaris? Quoties repètit quod iniquis haec donorum distributio à Dei beneplacito pendet, qui sui singulis ad communem Ecclesiae utilitatem confert; toties exprobat invidio: Quare ergo in tibi displices? Quare de Dei beneplacito conquereris? Tu quis es, qui Dei tui beneplacitum aegre feras? Alinde cur aliis invides quod eis propter te datum est? Nihil est ergo, aut quod hic quisquam sibi placeat; aut displiceat; aut ab aliis dissideat; sed est, quod omnes, sua sorte contenti, Deoque grati, juxta sibi datum, communi Ecclesiae utilitati laborent.

VERS. 12. — *Sicut enim corpus unum est...* Pulcherrimum comparationis sensibilibus ostendit, quod nec majores duntaxat numerus offerri debent; nec qui minora tantum habent sibi displicere, et aliis invidere, atque ab eis dissidere; sed quod omnes pacifice vivere, sibi invicem inservere, et unum auxilium prestare; qui scilicet omnes ejusdem corporis membra et unum corpus.

SICUT ENIM CORPUS PHYSICUM, v. g., hominis, unum quidem est corpus, verum tamen habet multa, singula suis locis et suis usibus destinata; sed ita in haec membrorum multitudine, unum sit tantummodo corpus.

ITA ET CHRISTUS, seu christianismus; unum est mysticum corpus, multa quidem et diversa habens membra, numerum singulos fideles, suis variis donis ditatos et officiis destinatos; sed omnia illa mystica membra simul sumpta, id est, omnes simul fideles, unum sunt tantummodo mysticum Christi corpus, uno Ecclesia. Debent ergo non offerri, non invidere, non dissidere; sed uniri, sed mutuo diligere, mutuo

Dividens singulis, id est, dividens unicuique propria, peculiariter, propria; vel potius propria, scilicet carnis, dona et clarissima. Ita S. Hieronimus, *prout rati*, scilicet ipse Spiritus. *Prout vult*, id est, pro sua ipsius voluntate, quam cum Patre Fatoque communem habet, ut divina dona dispense ac distribuat in homines.

VERS. 12. — *Sicut enim corpus, naturale et animale, puta humanis, unum est, etc.* unum scilicet corpus habet, quia Ecclesiam, et quae variis sunt membra, et ipse est caput. Caput et corpus dicitur Christus, proprie in fidelem unitatem carnis et membrorum. Unus ergo totius corporis caput Christus est: membra omnes fideles, una cum Christo capite, corpus hoc mysticum constituentem.

VERS. 13. — *Etiam in uno Spiritu,* per unum eundemque Spiritum sanctum, omnia vix in unum corpus baptizati anima. Docet Apostolus, quando et quantum fideles facti sint unum corpus: videlicet in Baptismo, per quia iussu sunt Christo, et facti membra corporis illius, in quo Christus est caput. In unum corpus,

compati, sibi invicem inservere.

VERS. 13. — *ETIAM IN UNO SPIRITU...* Duo jam dixit de Ecclesia, mystico Christi corpore: scilicet quod unum sit corpus et quod multa et varia habeat membra: hae duo nunc successivè probat in sequentibus versibus. At primò quidem ostendit hic quod sit unum corpus, simul et explicat et quomodo facta sit unum corpus, nempe in Baptismo. Etiam nunc omnes fideles, sive Iudaei, sive ethnici, sive servi, sive liberi, Baptismo iussu sumus et incorporati in Christo; factique sumus unum Christi corpus; idque per unum et eundem Spiritum, qui nobis tunc infusus est.

ET OMNES IN UNO SPIRITU POTATI SUMUS: Graec., *in unum Spiritum, etc.* Syr., *et nos omnes unum Spiritum haurimus.* Ambrosius, unum Spiritum potavimus. Quod dupliciter intelligi potest; vel de spiritali potatione Spiritus sancti; quo sumus omnes à fidei et irrigati in Baptismo; vel de hauri gratia Spiritus sancti, seu de hauri Spiritus Christi, per potationem calicis eucharistici. Utrumque sensum affert et approbat D. Chrysostomus.

OMNES UNO SPIRITU POTATI SUMUS, id est, inquit Chrysostomus, venimus ad eandem mysteriorum initiationem, eadem mensuram fruimus.

IN UNUM CORPUS BAPTIZATI SUMUS, et unam largitus est mensuram: et unam dedi irrigationem. Idem sanctus Chrysostomus: Sed cur non dixit eodem corpore nutrimur, et eundem bibimus sanguinem? Quia cum dixit de Spiritu, utrumque significavit et sanguinem et eorum; per utrumque enim uno Spiritu potamur. Idem sanctus Pater. Juxta hanc interpretationem, quae maxime naturalis videtur, de eucharistico potu hic agitur, sicut prius de Baptismo actum est; sensusque est, quod nos omnes unum et eundem Christi Spiritum potavimus: scilicet, cum ex calice eucharistico sanguinem ejus bibimus. Inaque non tantum in unum Christi corpus rati et incorporati sumus per Baptismum; sed etiam eodem esca, puta carne et sanguine Christi, alimur omnes in Eucharistia. Idem corpus sumus, eodem Christi Spiritu vivimus, eodem alimur scilicet Christi mysticum, quod est Ecclesia, ac consequenter in ipsum Christum, qui, uti jam dixit, est quasi corpus totius Ecclesiae. *Baptizati*, id est, Baptismo incorporati sumus.

Sive Iudaei, sive gentiles, sive servi, sive liberi. Servos anteposuit liberis, ut innoveret in Christo nihil inter hos esse discrimina; secundum id quod ait de his qui sunt in Christo Jesu, Gal. 3: Non est servus, neque liber.

Et omnes in uno Spiritu potati sumus, scilicet in calice Eucharistico unum Christi Spiritum cum sanguine bibimus. Unde Graecè quae dicitur habent: *Omnes uno potu potati sumus*, ut scilicet unum eundemque ex eo Christi Spiritum participemus, qui per omnia permanent singula membra vivificat, et suis functionibus reddit idonea. Q. d.: Non tantum natum sumus, et quasi membra inserti in idem corpus jam dictum; sed et eodem alimento nutrimur, scilicet carne et sanguine Christi in Eucharistia. Nam ex una specie Eucharistica, scilicet vini, alteram panis, id est, ex potu vobum intelligit; uti è contrario ex panis specie vini speciem

escē, sanctissimā Eucharistiā; unum ergo sumas omnes; summus tamen et multa.

VERS. 14. — *NAM ET CORPUS NON EST UNUM MEMBRUM...* Ad percipiendam incaptam Ecclesiam cum corpore humano comparationem, restat probandum quod Ecclesia corpus, sicut et corpus humanum, multa et varia habet membra. At quia hoc per se clarum et evidens est, nec eget probatione; aliū assurgit Apostolus, affirmans generaliter hoc de ratione corporis esse.

NAM CORPUS ORGANICUM, NON EST UNUM tantummodo membrum; maneam enim et ad omnia inutile foret: sed necessariū multa et variā requirit membra, distincta et differentia loco et munere, alia superiora, alia inferiora; ita tamen ut omnia sint æqualiter corporis membra, æqualiter de corpore, et æqualiter omnia simul unum et idem corpus. Hoc generaliter affirmans Apostolus, affirmat et speciatim quod probandum habet de Ecclesia, scilicet, quod necessariū Ecclesie corpus habet multa et varia et diversa membra, sicut et officio differentia: superiora, media, inferiora; ita tamen ut omnia sint æqualiter corporis Christi membra, de Christi corpore, et omnia simul unum Christi corpus. Ecclesia ergo, christianismus, sicut et corpus naturale, unum est et multa. Hoc posito, reordare hunc scopi apostolici; scilicet, spirituales Corinthiorum agritudines circa charismata sanare; aliorum superbiā retundere; aliorum invidiam extinguere; omnibus concordiam, mutuum amorem, et studium sibi invicem inseruendi inspirare, ut jam dictum est vers. 4. Jam verò artem mirare, quā hæc omnia perficit.

VERS. 15. — *SI DIXERIT PES: QUONIAM...* Aggreditur firmo inferiorum Ecclesie Corinthiæ membrorum exactionem: Fideles qui nulla dona receperant, aut qui minoribus tantum erant donati, suā sorte non contenti, obmurmurabant, et conquerebantur quasi essent à corpore extranei. Ut hos Apostolus arguat et simul instruat, atque soletur, per prosopopeam inducit inferiores et minus præcipuis corporis partes, suā sorte non contentas, sed murmurantes, et sese conquerentes, quod alii ipsis sicut majores et præstantiores:

SI PES, pars corporis inferior; Si pes, inquam, totius corporis onere gravatus, dixerit: Quia locum medium non habeo, sicut manus; idem non sum de corpore. An propterea de corpore non est? Minime: quia non sum, nec officium faciunt membrum corporis, sed unio cum corpore, et informatio ab eodem animā. Sub hæc figurā Paulus infans Ecclesie Corinthiæ partes, id est, fideles inferioribus locis et ministeriis intelligit, cap. 10, v. 17; ita Chrysost., et pulchre Cajetan., hic.

VERS. 14, 15. — *Nam et corpus non est unum membrum...* et simul idem est de corpore? q. d. Minime. Insinuat Apostolus istiusmodi querelas fuisse inter Corinthios, propter detractionem et ministeriorum disparitatem.

VERS. 16. — *Et si dixerit auris, etc.* Per auram et oculum quæ sunt sensuum instrumenta, possunt intelligi, qui in Ecclesia vacant actionibus vite contem-

placitatis alioquitur. Arguit eos, quod animadvertentes alios superioribus locis et officiis deputatos, obmurmurabant; et suorum ministeriorum pertasi, conquerebantur, quod essent quasi à Christi corpore extranei. Hos autem sic arguit, ut doceat et soletur, affirmans quod non minus sint de Christi corpore, quam qui superioribus locis et officiis suis destinati; quia locus et munus non faciunt Christi membrum, sed unio cum Christo.

VERS. 16. — *Et si dixerit auris...* Hanc versum eodem modo ac superiorem explica; per auram intellige audientes, discipulos, intelligentes et scientiā privatos, obmurmurantes quod docē, sapientes, doctoresque non sint. Itaque omnes hæc figurā, quasi diceret: Obmurmuratis vos, qui nulla, aut qui minor tantum dona receperitis; alioque suspicientes, et ipsis indignis, dejectissimi, et vos quasi à Christi corpore alienos reputatis. Sed bono estote animo, etenim nec sitis, nec nimis, sed unio cum Christo, facit membrum Christi. Itaque hanc unitatem servantes, fide, spe, charitate, non curate de loco et de officio; sed vestra sorte contenti, Deique voluntati submissi, vestro fungimini munere.

VERS. 17. — *SI TOTUM CORPUS OCVLES...* Eisdem pergit instruere et solari; ipsos spectatim dicens, quod non possint omnes superiores et nobiliores partes esse, sed necessarium sit ad corporis utilitatem et decorum, ut alie sint.

SI TOTUM CORPUS ad oculum redactum esset; ubi id per quod audiendum? Si nihil nisi aures, ubi nars? Idem intellige de mystico Christi corpore; si omnes essent doctores, ubi discipuli? Si omnes doctores, ubi audientes? Hoc foret incongruum.

VERS. 18. — *Nunc autem possit Deus...* Ut doceat eos suo loco et officio contentos, communi Ecclesie bono pro suis viribus laborare; recurrit ad Dei voluntatem, jam sæpe allegatam. Sicut Deus pro suā voluntate varia membra posuit in humano corpore; sicque collocavit ea omnia, et ad unum proprium destinavit officium; ut si locum aut munus mutaveris, corpus universum perideris. Ita et de mystico Christi corpore, Deus illud varietate membrorum et diversitate donorum instruxit; unumquodque membrum suo loco et muneri destinavit. Itaque ne eximes cur sue, et cur non sic; sufficiat tibi scire quod Deus ita voluit. Dei voluntatem adora; penetrare ne tentaveris.

Dominus est; illi ergo subjicere; divina voluntas sit tunc voluntatis regula; illi totaliter submissis, inique sorte contentis, labora pro tuo modulo. Res sit suo loco et munere contentas, quia sic voluit Deus, omnium plative. Quo in genere doctores sunt ut oculi, discipuli ut aures; quemadmodum explicat Thomas, etc.

VERS. 17. — *Si totum corpus oculus, etc.* id est, si totum auris, ubi nars? Sic igitur et in corpore mystico, etc.

VERS. 18. — *Nunc autem possit Deus membra, etc.* Atverò Deus humanum corpus sic instituit, ut esset compositum ex variis membris situ et officio distinctis.

Creator et Dominus. Sic autem voluit, quia est conductibile. Proderit tibi inferiorum fuisse et ab id Deum laudabis in æternum.

VERS. 19. — *Quod si essent omnia unum membrum...* Repeti quod jam pluries dixit, scilicet in mystico Christi corpore, sicut et in corpore naturali, necessarium esse membrum diversitatem: hoc dixit v. 14, v. 17. Sed hic novo modo et sensibili, suppositione factā. Quod si nunc per Dei omnipotentiam, omnia corporis membra in unum redigerentur: ubi foret corpus? Ad quid utile? non esset corpus organicum, sed maneam et inutile. Idem intellige de mystico Christi corpore. Incongruum foret sanē maximo Christi corpore. Incongruum foret sanē maximo, si omnia charismata ad unum redigerentur, sive darentur omnibus omnia, sive uni tantum darentur omnia.

VERS. 20. — *Nunc autem multa...* Nunc autem per Dei voluntatem non ita se res habet; sed Ecclesia, sicut et corpus naturale, habet multa quædam membra, sed sic multa, ut omnia simul sint unum corpus, et omnia sigillatim sint unius et ejusdem corporis membra, et æqualiter membra, sive superiora sint, sive media, sive inferiora. Hic itaque versus est quasi resumptio propositionis v. 12 factæ, et lucetque per partes probate. Unde concludendum restat, quod parum refert quo in loco aut officio quis sit constitutus, sed maxime refert ut unusquisque, Dei voluntatem adimpleat, suo munere, juxta Dei donum fungatur. Multa sunt unum et unum multa: ubi est ergo differentia? Ubi est quod exuperat, et ubi est quod est minus? D. Chrysostomus.

VERS. 21. — *Non potest oculus...* Castigatis, instructis et solatis sublevatis Ecclesie Corinthiæ minoribus, seu his qui minoribus donis erant affecti, unum sermonem dirigit ad eos, qui majoribus charismatibus acceptis, intumescabant et vanitate tumidi, adversus inferiores insolentabant. Ut autem horum fistum et arrogantiam deprimat, ostendit quod hi, quos ut viles spernunt, sint et ipsismet majoribus et toti Ecclesie maxime necessarii.

Non potest prudenter et verè oculus, quia situ altior et officio nobilior, dicere manet, quia loco minis alto et officio minis nobili: OPERA TUA NON INDEXE. Etenim manus, multa et qualem necessaria oculo præstata obsequia, quæ sibi ipsi oculis non potest exhibere, v. g., tuetur eum ne lædatur; lesum curat et sanat. Sub hæc oculi figurā doctores et contemplativos, seu sapientem et scientie donis ditatos alioquitur, eosque innot, quod licet officio sint activis sublimiores; horum tamen indigent opera, sicut Maria sedens

VERS. 19. — *Quod si essent, etc.* Intellige corpus organicum.

VERS. 20. — *Nunc autem multa, etc.* sic igitur et in Ecclesia.

VERS. 21, 22. — *Non potest autem oculus dicere manni...* Sed multo magis quæ videtur membra corpora inferiora esse, etc. Per membra inferiora accipitur ventrem et vestre contenta. Venit enim quasi calix et mixta totius corporis, quæ singulis membris cibum concoquit et disperit, maxime necessariis est vivo et corpori.

et audiens verbum Domini, indiget ministerio Martha, ait D. Thomas.

Aut iterum caput superiori loco collocatum, non potest dicere pedibus, in infimo positus: Non estis mihi necessarii. Etenim sine pedibus, caput de loco non posset dimovere; sine motu autem plerumque sua consilia non posset peragere. Sub capitis figurā prælatos alioquitur Apostolus, eo quod monet, quod inferiorum suorum opera se indigant, ut sine illis non possint plerumque sua opera adimplere; ita ut ipsimet forent inutiles. Omnibus ergo sublimioribus, per caput et oculos figuratis, et in suā sublimitate tumentibus dicit: Dignitatem spectatis, ad necessitatem non attenditis. Attendite itaque quod à seipsis pendant et motibus auxiliis egent omnia minus corporis membra. Edisa vllissimorum membrorum opera, imò etiam ornata, tam caput quam totum corpus indiget; pede enim uno claudicante, elaudicat plerumque Ecclesie; superfluum unum abrumat totam faciem miro modo deformat; D. Chrysostomus. Ferrum potest quod non potest aurum, ait Ambrosius.

VERS. 22. — *Sed melius magis quæ videtur...* Quasi non sufficiat dixisse, quod inferiores sint ipsis superioribus necessarij, addit et quod toti corpori Ecclesie sint maxime necessarij; et ideo non contemnendi, sed cum charitate fovendi.

Quæ videtur infirma, imbecilliora, utpote multo firmitate prædita, v. g., cerebrum, intestina, sunt multo magis ad vitam necessaria, quam plerumque robustiora. Sine ossibus nullis conservatur vita; sine cerebro, aut intestinis conservari non potest.

VERS. 25. — *Et quæ putamus ignobiliora...* Ad quam necessitatem attendentes, ignobiliora, Græcè, magis inhonorata, seu honoris vacua, v. g., pedes, et quæ sub ventre, quæ inservunt egestioni, honore uberiori, id est, ornata majori extrinsecis circumdamus. Honor, hic, vestitus, ornatus.

Et quæ ignobescens... Indecora: quæ vocamus pudenda, genitalia. His plus decoris adjuungimus, seu illa majori curâ tegimus. Recte dicit, quæ videtur, quæ putamus... Nihil enim in nobis est ignobile et inhonestum: quia opus est Dei. His vitiis et simplicitudibus docet Apostolus non modò minores, infirmos, senes, pauperes, omnibus, ut videtur, donis et talentis destinatis; sed etiam aliquâ notâ infames, verum penitentes, contritos, humiles; hos, inquam, omnes contemni non debere, sed foveri, conservari, orari; quia sæpe Deo gratiores et ideo Ecclesie, suis præcibus et meritis sunt maxime necessarij.

VERS. 25. — *Et quæ putamus ignobiliora membra esse corporis, hæc honorem abundantiorum circumdamus.* Membra ignobiliora sunt pedes, ait Chrysost.; hæc honorem abundantiorum circumdamus, id est, diligentius eos custodimus, vestimus, calcæamus elegantibus crepidis, calcæis, vel cereis eos ornamus et commutamus, ne in saxa impingant, ne succedendo laedantur, ne simulo frigore vel humore aliquam intemperiam noxiam, quæ in stomachum et caput reddeat, contrahant.

Et quæ inhonesta sunt nostra, abundantiorum habundantia habent. Inhonestas intelligit venalia. Ita S. Chry-

Observatio moralis.

Qua videntur infirmiora... Quae istamvis ignobiliora... Homo videt ea quae parent, Deus autem cor intraret. Hinc tam sepe falsum et fallax iudicium hominis. Hinc quia tam coram distat a terra; tantum cogitationes Dei differunt a nostris. Deus saepe plura facit, quos contentinuis et spernit quos magni facimus. Nullum itaque spernans: omnes Dei iudicio relinquamus: interim per charitatem et humilitatem fovemus, curamus, adjuvamus, honoremus, ornemus eo: maxime, qui despecti et derideji videntur. Quam sepe, qui viles et contemptibiles apparent hominibus, Deo sunt gratissimi! Quam sepe quos ut infames aspiciunt homines, quia quidam aliquando macula notati, sed tunc sanctificati, humiles et contriti, Deo sunt plerique gratiores, et toti Ecclesiae, suis meritis et precibus utiliores! Qui invidiosa dona Spiritus sancti acceperunt visibilia; eis plerumque Deus maximam largitus est invisibilem gratiam, ait Gaguax.

VERS. 24. — HONESTA ALIENI NOSTRA... facies, oculi, manus non egent acerbis ornamentis, quia per se decora. Hoc addit, ne quis majorum laudat ob dicta superbis.

SED DEUS, rerum omnium auctor, TEMPERATI, Graec., contemperati. Italicè diceremus, ha bilanciatu e contrapesato, ait Menochius: nos autem gallicè, il a contrebalancé, id est, hanc temperatam moderatus est corpus nostrum, seu corporis nostri membra, ut eis, quibus a natura deus deerat, majorum tribueremus ornatum. Dicitur autem Deus hoc fecisse, scilicet per instinctum, quem nobis dedit, membra, quae minus videntur dignitatis habere, et quorum officium vilius est; diligentius tegendi, et majori ornati honorandi, ut quibus a natura deerat, daretur ab arte.

VERS. 25. — UT NON SIT SCHISMA... Idque ut inter omnia corporis membra, non sit dissidium; sed e contra, tanta concordia, sollicitudo, dilectio, ad auxilium sibi mutuo prestandum. Omnia in unum conspirent, in commune consulant.

sost. Ambros. et Thoph. Vocantur, ait S. Augustinus, lib. 3. retract. 7. verenda, inhonesta, non ex natura prima institutione, sed quia post peccatum in sua maxime regnat contrarietas, quae legi mentis repugnat, ideoque homini pudenda est: pudet enim hominem quasi dominum, quod membrum hoc ita sibi sentiat rebelle. Hae abundantiorum honorem habent, id est, hae diligentius et honestius tegimus atque vestimus, ut etiam si quis toto corpore nudus sit, hae tamen membra nudari non patiatur, ait Theophylactus.

VERS. 24. — HONESTA ALIENI NOSTRA, puta oculi, facies, manus, quae sunt membra honestiora et nobilitiora corporis, nullam egent, quia per se deest decoris et honoris habent.

Sed Deus temperavit corpus, ei cui deest, abundantiam in tribuendo honorem, majorum scilicet custodiam, curam, amictum, ornatum.

VERS. 25. — UT NON SIT SCHISMA IN CORPORE, etc.; si igitur et in corpore mystico fieri oportet.

VERS. 26. — ET SI QUID PATIATUR UNUM MEMBRUM, compatiuntur omnia membra. Compatiuntur (ut sic membrum patiens dolere levatur) non per communionem cladis, sed per sollicitudinem charitatis, ait S. August. epist. 155. Compatiuntur autem beati nostris malis, non doloris affectu, sed amoris: quatenus ex chari-

VERS. 26. — ET SI QUID PATIATUR UNUM MEMBRUM... Revera quando unum patitur, compatiuntur caetera, et quando unum honore afficitur, caetera letantur. Hanc eandem concordiam, unionem, affectum, sibi in vicem inserendi studium omnibus insinuat et superioribus et inferioribus. Omnes ergo in his verbis adhaerent, ut patet ex sequentibus. Tria autem exigit, ut ait D. Chrysostomus; scilicet non abscondi, sed exactè esse unitos: alterum alterius similiter curam gerere: existimare communia ea quae accidunt.

VERS. 27. — VOS AUTEM ESTIS CORPUS CHRISTI... Ne quis ignoret ad quid haec superiora dixerit, explicat expressè et comparisonem applicat.

Vos omnes estis corpus Christi mysticum, et singuli vestrum membra estis.

MEMBRA DE MEMBRO, in partem, id est, commembres, compartes ejusdem corporis, membra connexa et ab invicem dependentia, et ideo unitis inter vos officiis adjuvandi. Graec., hodiernus habet, membra ex parte, in partem, id est, pars membrorum. Sicut enim vos, o Corinthii, non estis soli corpus Christi; sic nec omnia Christi membra estis. Sunt enim et alii fideles membra Christi. Syr., membra in loco vestro. Juxta hanc lectionem quam sequitur D. Chrysostomus, sensus est: Singuli vestrum estis membra particularia Christi suo loco et officio destinati; juxta diversa dona vobis a Deo collata.

VERS. 28. — ET QUOSDAM QUIDEM POSUIT DEUS, Sicut v. 18 dixit de corpore naturali: Nunc autem posuit Deus membra... sic et de mystico Christi corpore, seu Ecclesia, dicit: Et quosdam quidem posuit Deus... ut indicet, quod à Dei voluntate nata sit diversitas locorum et donorum; et ideo uniusquique Dei voluntati submissus, suo loco et officio sit contentus.

PRIMUM APOSTOLOS. Haec est prima dignitas Ecclesiae: post Christum sunt Ecclesiae fundamenta: Ecclesiarum principes: fidei sutores, capiti fidelium et dures, patres primarii: religionis fundatores.

SECUNDO PROPHETAS. Sunt quasi oculi, qui occulta tate student à nobis, ut communibus membris, eis longe infra se positis, avertere et profligare mala que patiuntur.

Sive gloriatur unum membrum, compatiuntur omnia membra. Gloriatur, gloria afficitur; Graec., glorificatur. Syrus, exultat unum membrum, compatiuntur omnia membra. Cyprianus, epist. 12 et 32. Ita legit: Exultatur unum membrum, collatur et caetera membra.

VERS. 27. — VOS AUTEM ESTIS CORPUS CHRISTI, etc. Vos fidei estis, Ecclesia in qua volo omnia que de corpore naturali dixi, per similitudinem intelligi et compleri: estis membra de membris, id est, membra membrorum, hoc est, commembra, compartes. Q. d.: Estis contrares ejusdem societatis et corporis mystici, scilicet Ecclesiae. Ita Chrysostomus. Singuli alteri alterius membra, id est, membra invicem connexa et dependentia. Quasi dicit Paulus: Estis, o Corinthii, membra ejusdem corporis Christi, puta Ecclesiae; ergo non sint schismata inter vos, unus alium non spernit, non invidet, non dolet, sed juvet, amet, gaudeat; quisque suo loco, gradu, officio sit contentus: quia si particeps erit non tantum sui boni, sed et aliorum: sicut pes ambulat pro orculo, etc.

VERS. 28. — ET QUOSDAM QUIDEM POSUIT DEUS IN ECCLESIA VARIAM APOSTOLOS, ut caput; secundo prophetas,

delegant et futura provident.

TRAITO DOCTORES, qui quasi lingua, doctrinam ab apostolis acceptam, exponunt populo.

DEUS VIRTUTES, seu miraculorum patrores, sunt quasi manus.

EXIMIE GRATIAS CURATIONUM, id est, qui donum habent verbos sanandi.

OPITULATIONES. Qui fratribus suis in infirmitate, aut necessitate opitulatur, non miraculose eos sanando, sed operà, verbis, elemosinis: sunt ergo qui opera misericordiae corporalia et spiritualia exercent.

GENERATIONES, id est, administratores rerum temporalium, qui à fidelibus offerantur pro pauperibus. Alii intelligunt rectores animarum, seu directores.

GENERA LINGUARUM, id est, peritos variorum idioma-tum, seu donum variis linguis loquendi. Notat D. Chrysostomus, quod aliqui dono linguarum, quod plura faciebant Corinthii, D. Paulus ultimum locum dedit.

INTERPRETATIONES... donum illas interpretandi. Vide dicta v. 10.

VERS. 29. 50. — NUMQUID OMNES APOSTOLI... Non tam est interrogatio quam negatio: interrogando enim negat. Mens itaque Apostoli est affirmare de mystico Christi corpore, quod de naturali corpore dicitur, necessarium esse membrorum et donorum diversitatem: Si totum corpus oculis, ubi auditus, v. 17. Si omnes essent apostoli, ubi eorum discipuli? Si omnes doctores, ubi audientes? Sed nihilominus omnes aequaliter sunt Christi membra, de Christi cor-

ut oculos; tertio doctores, ut linguam; deinde virtutes, Graecè, potestates; hoc est, miraculorum operatores: hi sunt quasi manus Ecclesiae. Virtutes hae ad personam referri, perspicuum est ex eo quod postea persequens dicit: Numquid omnes virtutes? Observa gratiam miraculorum ab Apostolo postpositi prophetiae et doctrinae.

Eximie gratias curationum, curatores scilicet morborum.

Opitulationes, qui aliis opitulatur, exercentque circa aegros, pauperes, miseros, peregrinos et hospites opera misericordiae.

Gubernaiones, qui praesunt gubernationis rerum temporalium; quos Iudeus offerentiam Ecclesiae, ubi anima ultimi sunt quasi pedes in corpore Christi, scilicet Ecclesiae. Tales fuerunt dicitur ecclesi ab apostolis, ubi videtur et in mensis praesentem, Act. 6.

Genera linguarum, id est, donum loquendi diverso genere linguae.

Interpretationes sermonum; sensum autem repete ex superiore, v. 10.

VERS. 29. — NUMQUID OMNES APOSTOLI? quasi dicitur: Minime. Numquid omnes prophetae? Eadem responsio: Minime. Numquid omnes doctores?

Carollarium pietatis, seu in hoc capite ad pietatem maxime notanda, et ad praxim redigenda.

In hoc capite aliqua sunt speciatim ad Ecclesiam ministris attributa; alia ad quoslibet christianos; aliqua inferioribus convenientia; alia superioribus; itaque:

1. Omnis Ecclesiae minister notet aegritudines, quae circa ministerium contingere possunt; hae sunt

pore, Christi corpus. Omnes sunt commembres, membra connexa, et à se invicem dependentia: quorum unumquodque mutuo aliorum auxilio opus habet. Haec autem dicuntur, ut uniusquique suo loco et officio contentus, pro suo dono commune hominum Ecclesiae promovere student.

VERS. 31. — EMULANINI AUTEM CHARISMATA... Syr., quid si zelo tenemini donorum ampliorum, ego adhuc ostendam vobis viam praestantiorum. Sensus est: quantum emulamini charismata, studete meliora, id est, Ecclesiam utiliora consequi. Hanc sensum conditionatum praefert Estius. Alii simpliciter: Zelate, id est, desiderate, à Deo expetite, non majora, sed meliora, id est, utiliora vobis et Ecclesiae; ad haec nitamini.

11. Si ergo nesciero vocum significationem, ero illi qui meam linguam non novit, barbarus, et ipse mihi barbarus erit;

12. Propterea vos, o Corinthii, cum spiritualium charismatum emulatores sitis, optate ut ea habeatis, unde major Ecclesiae proveniat utilitas.

13. Ac proutem qui donum habet linguis ignotis loquenti, a Deo petat gratiam interpretandi (tunc enim utilis erit, non ad exhortandum tantum, sed et ad orandum).

14. Nam si ego, v. g., orem lingua mihi ignota, affectus quem mens a Spiritu sancto motus orat; sed mens intellectus, quia verba non intelligit, sine fructu reflectionis est: merced quidem, sed non reficior.

15. Quid ergo faciendum? dabo operam ut non cordis affectum tantum oram, sed et mentis intelligentiam; ut Dei laudes canam, et devotissimis affectu, et mentis attentione.

16. Alioquin, ut est, nisi donum habeas interpretandi, si Deum publice laudaveris, laudes ejus linguam profertis aliis ignota, quemodo qui vult populi jocum tenet, insequitur rudis et illitteratus, in fine precipitatorum, quas non intelligit, recitat et dicit.

17. Quis quidem ipse et Dei honorificatio parat est, Deo gratia, et illi mactatio; sed ea ad proximos non applicatur, quia non percipit eam; proinde ergo, ut non donec interpretetur, sed et illi gratia daretur.

tionis, ut utilis sis et exhortationibus, et orationibus.

18. Quod ad me, gratias ago Deo meo, quod multum sit apud vos sermonis genus, quod ego non intelligam et loquar; hoc Dei donum est, illudque pluris facio:

19. Sed philomonia malo in fidelium caetero, pauca verba a me intellecta, et aliis a me explicata loqui ad eorum instructionem, quam innumera proferre in lingua auditoribus meis ignota.

20. Hinc nostro sensui et iudicio conformamini, fratres charissimi; et ne in posterum, sicut poeri, de rebus iudicatis ex apparentia; sed ex utilitate, sicut viri prudentes; et consequenter prophetia donum, utpote omni modo utilem dono linguarum praeferte, illudque magis appetite. Opto quidem vos repaerescere, non quod inopiam iudicii, sed quod innocentiam animi; volo autem vos prudentiam et iudicio viros esse perfectos.

21. Hinc memi iudicium et desiderium Scripturae testimonio conforme est; Isaiae enim 28, v. 11, 12, scriptum est: Variis linguis et diversis idiomatibus loquar populo huic Iudaeo, nec tamen ad me convertentur.

22. Hoc probat donum linguarum, quod Ecclesiae datum est, non propter fideles praecipue; sed praesertim propter infideles convertendos, non sum semper effectum habere; prophetiae vero donum, quod datum est Ecclesiae praecipue propter fideles confirmandos, promovendos et consolandos, hoc effectum semper habet in illis; ergo utilis est, et magis appetendum; et hoc maxime appetendum, quo sic pluribus prodest, ut nemini noceat. Non ita de linguarum dono, quod aliquando nocet fidelibus et infidelibus.

23. Hoc patebit suppositione facta. Supponamus ergo quod universa quaedam Ecclesia particularis in unum conveniat caeterum; et quod omnes, nemine interpretante, linguis loquantur ignotis; supponamus et quod tunc in hunc caeterum intrent idiotae, linguarum ignari; vel quod aliqui pagani, curiositatis gratia, illis subreant; nomine omnes illi vos insanos reputabunt, qui loquimini quae nullis intelligit? in hoc ergo casu, linguae fidelibus et infidelibus nocebunt.

24. Contrarium prorsus eveniet, si soli propheta loquantur, et lingua vulgari christianas veritates explicent; tunc enim si quis vel infidelis, vel idiota interverit, non vos arguet et damnabit, ut supra; sed ipse a prophetantibus arguetur, et damnabilis demonstrabitur.

25. Etenim peccata, quae in corde suo occulta gerit, prophetae divini verbi lumine delegat, eorum monitionibus; unde fiet ut peccatorum suorum conscientiae tactus, apud proximos in faciem, sequi peccatorum agnoscent, Deum pro misericordiam obtinentem, linguarum et prophetiae adfuerit, palmam constantem; quod nisi fieri potest sine dono et in vobis. Quae ergo, prophetia dicitur et infidelibus prodest.

26. Quid ergo faciendum est? Quoties ad ecclesiam publicam convenitis, quicumque ex vobis divinitus inspirati vel prophetae, seu ceterum spirituales ad Dei

laudem, vel instructionem populo utilem, vel aliquam revelationem sibi factam, vel donum peregrinis linguis loquendi, vel interpretandi donum, nihil horum negligatur; sed haec omnia decenti ordine, et ad publicam conventus edificationem fiant.

27. Quod ad linguarum donum spectat, datur et illi sus locus; sed ita, ut duo tantum, aut ad summum tres successivè in quolibet conventu loquantur; et unus sit semper, qui lingua vulgari explicet populo quae illi lingua peregrina dixerunt.

28. Quod si desit qui possit interpretari, taceat ille, qui linguarum donum habet, expectet que tempus quo possit fructuosè uti suo dono; interim sibi soli secreto loquatur et Deo, ceteros vero non perturbet.

29. Quod autem ad prophetas attinet, duo aut tres ex illis successivè loquantur; ceteri vero prophetae iudicent verine sint an falsi prophetantium sermones.

30. Quod si, uno propheta, Deus alium ex prophetis audientibus afflaverit, tunc qui prior propheta, taceat, et det illi prophetandi locum.

31. Si hic servetur modus et ordo, poteritis omnes ordine vestro prophetae, ut omnes instructionem et exhortationem a vobis accipiant.

32. Nec est quod quis dicat: Divinitus urgeor, ideo nec tacere, nec differre possum; etenim spiritus prophetae solutus est prophetis: liberè loquantur et taceant.

33. Nam Deus est pacis spiritus, non tumultus et dissidii; esset vero dissidii spiritus, si omnes ad simul loquendum sic impelleret, ut liberi non essent; unus ergo post alterum loquatur, sicut in omnibus ecclesiae doceo.

COMMENTARIA.

Vers. 1. — SECTAMINI CHARITATEM; Graec., *persequeamini*, etc.; Syr., *currite post charitatem*. Conclusio sequens ex dictis in toto capite procedenti. Cum charitas tante sit necessitatis, tantaeque utilitatis; et ideo tante super omnia charismata excellentiae: hanc, fratres, omni studio, omnique conatu insectemini, donec apprehendatis eam.

EMULAMINI, Graec., *autem*, id est, ne tamen negligatis, sed amate, appetite. **SPIRITUALIA**, supple charismata, **MAGIS AUTEM**, id est, maxime vero donum prophetandi, donum docendi et explanandi mysteria fidei, Scripturasque sacras et eorum latentes sensus explanandi; ut dictum est cap. 12, v. 10, et ut patet ex sequentibus vers. 3 et 5. Perfectam prophetiae descriptionem vide apud Cornelium à Lapide et apud Estium.

Mors D. Penit.

Paucis hic multa conficit Apostolus.

1^o Corinthios, donorum emulatores, docet ante omnia, charitatem ardenti studio appetendam esse; et omni conatu persequendam, donec habeatur; haec sola sufficit; sine hac omnia nihil; ideo eam perse-

Vers. 1. — Sectamini charitatem. Quoniam, inquit, charitas tam excellens et necessaria virtus est, cum *sectamini*, vel, ut graeco est, *persequeamini*. Significat

34. Quod ad mulieres haec in re spectat, taceant omnino in ecclesiis; nec enim illis alicubi in Scripturis permittitur esse publice loqui, aut concionari; sed in lege praecipitur eis ut viris suis subdita sint; suam ergo subjectionem suo testentur silentio.

35. Quod si quid non intellexerint, illudque velint addiscere, domi maritos suos interrogent; in ecclesiis vero nec doceant, nec interrogent; quia probris indecorum est mulierem in coetibus sanctorum loqui.

36. Quam ob causam, o Corinthii, ritum ab omnibus observatum, vos non servatis? An à vobis processit Evangelii praedictio, ut aliorum sicut exemplar, ceterique ad morem vestrum astringantur? aut ad vos solos pervenit Evangelium, ut pro vobis libitum, nulla ad alios habita ratione, ritus ordinis?

37. Si quis apud vos videtur esse propheta, vel à sancto Spiritu inspiratus, sciat et cognoscat quae scribo vobis, et apprehendat quod Christi Domini mandata sunt, non mea; etenim non ex me, sed ex ejus Spiritu et voluntate haec statuo.

38. Si quis autem hoc ignorat, aut ignorare vult, ut contradicat, sciat quod vicissim à Christo Domino ignovabitur, in die scilicet, quae sibi dicenti: Domine, in nomine tuo prophetavimus, respondebit: Non novi vos.

39. Itaque, ut tribus verbis totum hunc sermonem concludam, optate et expetite praecipue prophetiae donum, quia utilem. Dono linguarum praeditis ne prohibeatis loqui, eo quo statim ordine et modo.

40. Omnia in vestris coetibus honestè et ordinatè fiant.

Observatio moralis.

Hoc ergo et nos quoque docet Apostolus: Super omnia charitatem habete, Coloss. 3. Charitas, virtutum regina, vos Deo coniungit, Deo similes efficit, Dei filios constituit; ubi eam et per eam, omnia vobis proficiunt ad salutem; sine hac, omnia nihil sunt. Charitatem ergo toto vitio tempore persequeamini, emuladite, colite, perlicite. Abscessit à vobis? toto nisu, totisque viribus currite post eam, nec desistite, donec apprehendatis. Assesum estis illam? amplectimini, custodite diligenter, non sicut ei rebelles unquam, sed semper obtemperantes. Assidue resiliit à vobis, qua non ad id quod oportet, ea utimur, sed omnia ei preferimus, ait D. Chrysostomus. Ut ergo non discedat, nec vos deserat unquam, eam nusquam deserite, sed semper colite, eam omnibus praeferte; omnia vestra, iuxta ejus motus et praescripta, facite. Omnia vestra in charitatis studium charitatis; ut eam insectemur, perinde ut venator feram insequitur.

Emulamini spiritualia. Sensus: Non prohibeo quo-

ritate fiant. Custodistis illam? pericite. *Amplitude in dilectione*, ait Apostolus. Non sufficit in charitate esse, sed ambulandum in charitate; crescendum continue per bona opera, in charitate et ex charitate facta, per passiones ob Deum toleratas. Hoc agere, est esse vero Christianum; est agere christiane; est perpetuo mereri, continue ditescere, instantanea et inania in solitas et plenas eternitatis convertere. Talibus enim convenit illud Apostoli: *Momentaneum et leve (actionis et) tribulationis nostrae, aeternam gloriae pondus operatur in nobis.*

2^o Eosdem Corinthios docet spiritualia quidem charismata posse desiderari, non ex vanitate, sed ex charitate et edificandi desiderio. His utiliora magis appetenda.

Hiac prophetandi, seu docendi, donum magis appetendum, quam donum linguis extraneis loquendi.

Quia vero Corinthii hoc linguarum donum plerisque faciebant, et de illo maxime gloriabantur, ut erroneum eorum iudicium corrigat Apostolus, eosque ab hac inani iactantia purget, nullis rationibus et similitudinibus probat prophetiam dono linguarum excellere; ideoque preferendam et magis desiderandam.

VERS. 2. — QUI ESIM LOQUITUR... Prima ratio sumitur à majori utilitate in proximo edificando. Qui lingua pergrina et ignota loquitur, Deo soli loquitur, seu Deum solum audirentem habet, qui non verba tantum intelligit, sed et cordis affectum videt. Seu *Deo loquitur*, cuius laudes verbis peregrinis profert, quaeque glorificat. Sed *hominibus non loquitur*, quia ipsam non intelligunt; supponitur enim quod lingua auditoribus ignota loquitur; illis ergo loquitur inutiliter.

SCRIBIT TAMEN LOQUITUR MYSTERIA, id est: Spiritu sancto tamen afflatus loquitur mysteria fidei, seu divina secreta, hincque non est contemendus, quinimo reverendus. Quia hoc donum depressit Apostolus, ostendens non magis eius utilitatem esse, ideo rursus extollit, ne videatur frustra datum, ait D. Chrysostomus.

VERS. 3. — NAM QUI PROPHETAT; GRÆC. *prophetans* minis aspiratis ab charismata; quin studium ea consequendi facile permisit. Verum id volo vos facere cum iudicio et ex charitate; non excellendi studio, sed edificandi. Ut est donum linguarum, gratia sanitatum, et alia.

Magis autem ut prophetetis; ut scilicet ex afflatu Spiritus sancti doceatis, dicatis, vel canatis ea, quae alios ad pietatem excitent. Hoc enim est hic prophetare.

VERS. 2. — Qui enim loquitur lingua (alià et peregrinà), non hominibus loquitur, sed Deo, qui non solum intelligit verba loquentis, sed etiam inspicit affectum cordis. Quod hominibus non loquitur, probat: *Nemo enim audit, videlicet cum intellectu*: id est, nullus intelligit ea quae loquitur, licet ipse Spiritu afflatus loquatur subiecta alia mysteria: non est enim qui interpretetur.

Spiritu autem loquitur mysteria. Sed queres, quo spiritu? loquitur Spiritum sanctum intelligunt. Alii tamen ex antiquis quam ex recentioribus, de spiritu hominis interpretantur: ut per spiritum intelligatur affectus animi, ad quem pertinet devotio. Quem spiritum à mente, id est, intelligentià, Paulus in sequentibus aperit distinguit. Ita sensus erit: Eum qui lingua

verò, id est, at qui prophetat, nominibus loquitur, et prodest ad *edificationem*... Mysteria quippe fidei et veritates christianas sic explicat, ut auditores edificet incipientes, hortetur proficientes, soletur afflictos, ait D. Thomas.

Hinc patet quid per prophetam intelligat Apostolus, doctorem scilicet et concionatorem, qui suis sermonibus fideles confirmat in fide, hortatur ad bonum, avertit à malo, solatur in afflictionibus. Equidem futuri praedictio ad prophetiam pertinet; sed et haec etiam tria munia obierunt antiqui prophetae. Hinc etiam patet quod sit concionatoris munus: fidelium pietatem nutrire; eos ad bona opera hortari; in necessitatibus solari, huiusque vite miseriam usum docere, ad aeternam felicitatem promerendam.

Ratio his duobus versibus contenta, potest sic in formam redigi: Utilius est Deum simul glorificare, et proximum edificare, quam Deum glorificare tantum; at qui linguis loquitur ignotis, Deum quidem glorificat; sed proximum non edificat; qui verò prophetat, Deum glorificat, et proximum edificat; ergo nullus est prophetae quam linguis peregrinis loqui tantum.

VERS. 4. — QUI LOQUITUR LINGUA... Qui lingua ignota loquitur, sibi soli prodest devotione et affectu, quo loquitur; SE SOLEM EDIFICAT eorum intelligentià, quae dicit. Loquitur hic Apostolus de iis qui sciunt quae dicunt, sed aliis explicare non possunt, D. Chrysostomus.

QUI AUTEM PROPHETAT, fidelium conventus edificat, illisque prodest. Quantum autem interest inter unum et Ecclesiam, tanta est inus et illius differentia, dicit Chrysostomus. Haec ratio quibusdam videtur eadem esse cum praecedenti, illiusque paucioribus resumptio; sed si bene attendatur, alia est, et prima superaddit, quod prophetia non tantum sit hominibus utilis, sed et maxime utilis, toti scilicet hominum cuncti.

VERS. 5. — Volo autem.... Obviam et occurrit falso praemissorum intellectui, quasi diceret: Ne proloquitur occulta quaedam, ac sibi non intellecta, loqui cum pio devotionis affectu quo in Deum suspirat.

VERS. 5. — Nam qui prophetat, etc. Ecce quod dixi, prophetare hic est loqui quae alios edificent, exhortentur et consolentur: ac proinde praestat prophetare quam loqui linguis peregrinis, utpote quae nemo intelligit, ut proinde nemo his instrui, edificari, vel consolationem aliquam accipere possit.

VERS. 4. — Qui loquitur lingua, semipsum edificat, id est, sibi ipsi prodest, tum sibi prodest. Quod si semipsum edificat is qui loquitur lingua quam non intelligit; non igitur inutile est aut orare, aut laudare Deum verbis non intellectis.

Qui autem prophetat, Ecclesiae Dei edificat. Qui prophetat, inquit, conventui fidelium proficit; per hoc nempe quod loquitur adificationem, exhortationem, consolationem.

VERS. 5. — Volo autem (hoc est, velim, optarim) omnes vos loqui linguis; magis autem prophetate, ut scilicet alios ad pietatem excitetis. Nam maior est qui prophetat, quam qui loquitur linguis; nisi forte interpretetur, ex ignota lingua in aliquam notam. Et E-

teis quod haec vobis scribens, linguarum donum improbem: quinimo magni facio, et quantum ad me attinet, velim ego, si Deo placeret, vos omnes linguis loqui; sed haec dico vobis, ut intelligatis quod magis optare debeatis, nimirum prophetiae donum, ut primo versu dixi.

NAM MAIOR EST... id est, quia utilis, et ideo dignior est QUI PROPHETAT, ignarusque docet, quam QUI LINGUIS EXTERNIS LOQUITUR; nisi qui linguarum donum habet, habeat et interpretandi donum; ad edificationem Ecclesiae. Ex hoc versu patet quod aliquando separantur haec duo dona; aliquando etiam in eadem personâ reperiebantur: id est, qui loquebatur linguis, quo dixerat interpretabatur; et hic erat par propheta, ait D. Chrysostomus; et is erat propheta, ait D. Thomas, quia interpretatio cuiuscumque ardui pertinet ad prophetiam. Imò, ut addit D. Thomas, donum linguarum cum interpretatione, melius est quam prophetia, quia utrumque donum simul conjungitur.

VERS. 6. — NUNC AUTEM, FRATRES, SI VENERO... A semetipso sumit exemplum ad supradictorum confirmationem, nempe prophetiam dono linguarum utiliore esse, nisi dono linguarum juncta sit interpretatio. Semper in sul personâ, quae sunt gravia et molesta agit, ait D. Chrysostomus.

NUNC, id est, et sanè si ego ipse, etc. Ecce egomet, etc. At verò si ego ipse, vobis, fratres, linguis loquar ignotis, quid inde percipietis utilitatis?

NISI VOBIS LOQUAR, id est, nisi quae dico, LINGUA VESTRA VOBIS EXPOSAM.

AT IN REVELATIONE, id est, aut per revelationem, veritates alias, sed obscuras vobis aperiendo dono sapientiae.

AT IN SCIENTIA, aut per scientiam, eas vobis sensibiles et quasi palpandas reddendo per rationes humanas et per similitudines et exempla, dono scientiae.

AT IN PROPHETIA, id est, aut per prophetiam difficiliorem Scripturam loca vobis explicando more concionatoris.

AT IN DOCTRINA, id est, aut per doctrinam, veritates Evangelii modo simpliciori et catechistico vos docendo. Quotum ista possunt ad uno reduci sic: Nisi vos instruiam, aut per revelationem, seu per prophetiam, aut per scientiam, seu per doctrinam. Id est, nisi

classis adificationem accipiat, ipso videlicet interpretante.

VERS. 6. — Nunc autem, fratres, si venero ad vos linguis loquens; quid vobis prodero, nisi vobis loquar, aut in revelatione, id est, nisi loqui revelationem, quia expositionem revelationis mihi facere.

Aut in scientiâ, id est, ea quae scio per scientiam, vel à Deo infusam, vel studio partam.

Aut in prophetiâ, id est, ea quae scio per prophetiam, tum proprie dictam, tum improprie: prophetiam, hoc est, occultorum et obscurorum, maxime sacra: Scripturae, explicationem.

Aut in doctrinâ, scilicet per eam docendo et accomodando meum sermonem ad captum auditorum. Sic fere D. Thom. et Theoph.

VERS. 7. — Tamen quae sine animâ sunt vocem dantia, nam et instrumenta animae expertia, quae sonum reddunt voci similem. Sive tibia, etc., ac si dicat: Nullo modo id intelligi ac discerni poterit.

quod mihi revelatum est, vobis emittent propheticum seu concionatorum modo; vel nisi quod proprio studio didici, vobis communicem methodo et catechistico modo.

VERS. 7. — TAMEN QUAE SINE ANIMA...; GRÆC., *inanimata*, Syr., *res quae sunt inanimata*. Eandem rem elegantè illustrat similitudine, ductâ ab instrumentis, quae sunt quaedam artificiales et stultae lingue.

Tamen, id est, quia etiam. Nam et instrumenta, animâ sensuque carentia, quae sonum tamen reddunt voci similem;

SIVE TIBIA, et alia quae flatu pulsantur et sonant; SIVE CYTHARA, et alia huiusmodi quae tactu pulsantur et resonant; haec, inquam, et alia, nisi distinctos sonos dederint, non agnoscerent id quod aut tibia aut cythara canitur.

VERS. 8. — ET ESIM SI INCERTAM... Similiter si tibia, quae publica quaedam vox est et lingua, sonum confusum et indistinctum dederit, quis miles ad pugnam aut ad receptum se preparaverit? Alius quippe sonus ad pugnam excitat; alius de recessu monet.

VERS. 9. — ITA ET VOS...; lingua scilicet peregrinâ loquentes, nisi MANIFESTUM SILEMONT... id est, nisi per interpretationem, vestrum sermonem reddatis intelligibilem, quomodo ab aliis intelligimini? sanè vocem criticis in aera spargentes; inutiliter loquentini, nihilque proficietis.

Quot hodie in aera loquentes! quae loquuntur, non ut ab hominibus intelligantur, cunctisque proficiant, sed ut dociti, sublimes videantur, et ut tales, admirationi habeantur. Hi tempus terunt, otiose loquuntur, pietatem lucrum putant; Dei donis et auditorum otio et patientiâ abutuntur: vanitatem suam aeternae suae et auditorum salutis preferunt. Quot in uno facinore reatus! Ut illos vitet doctor, suamque multiplicem damnationem, loquatur ut auditoribus proficiat; ideoque studeat à cunctis intelligi, omnium captus esse accommodans, utilia, edificatoria, familiariter et clarè loquatur.

VERS. 10. — TAM MULTA, ET PUTA... Rationem dat ob quam inutiliter loquantur: ut puta, etenim, nempe, reverè. *Tam multa sunt linguarum*, seu idiomatum GENERA IN MUNDO, ET SIMIL, id est, nulla gens sine voce; sine suo idiomate proprio.

VERS. 8. — Et enim si incertam vocem det tibia, haud distinguens ipso sonitu ad quid vocet homines, aut quid agendum moneat. *Quis parabit se ad bellum*, aut ad pugnam, ad praesidium? Ulrike nemo, quia sonus tibus indistinctus non hoc loquitur.

VERS. 9. — Ita et vos per linguam, nisi manifestum sermonem dederitis, id est, qui bene et clarè significet, sermonem vestrum interpretando feceritis intelligibilem;

Quomodo scietur id quod dicitur? id est, quomodo id quod loquimini, ab aliis intelligitur? Lingua enim est character, imago, index et nuntius mentis. Nam voces sunt notae carum affectionum, quae in animâ delitescunt.

Eratis enim in aera loquentes; locutionem significans inutiliter, ut quam nullus intelligit: sicut sermō verberare, pugnam significat inutiliter, et quâ non laeditur adversarius.

VERS. 10. — Tam multa, stipula, generum linguarum

Vers. 11. — Si ergo nesciero... virtutum, id est, significacionem sui vim, quam vox, seu verbum habet significandi; ergo et, qui meam linguam non novit, barbarus; et ipse qui mihi barbarus erit; alter alterum reputabit barbarum. *Barbarus* à Grecis dicitur est, qui Græcè loqui nesciebat; hic autem barbarus est qui lingua loquitur, quam alius non intelligit. Quot et in patria sua et apud suos barbari qui sublimiores, non familiares; quia alta, rara, curiosa, intelligibilia dicunt, non simplicia, utilia et edificatoria; quia modo sublimi, non simplici et auditoribus accommodata loquuntur. Hi receduntur finis prophetici sermonis, v. 5 indicati; hominibus loquuntur ad edificacionem, exhortacionem et solacionem. Hic est finis à Deo intentus; emendem habet Dei minister; ad eum suos sermones dirigat: ne si apud fideles barbarus fuerit, non intellectus et inutilis, et alienando dicenti: *In nomine tuo prophetorimus*, respondeatur: *Non novi te.*

Vers. 12. — Sic et vos, supple, linguis ignotis loquentes, eritis ad invicem barbari: quod ut non sit, quoniam amulatores estis spirituum, id est, spirituum donorum, operante, ut exuberetis ad edificacionem Ecclesie, seu appetite ea que vobis desunt, ut per ea perficiatis illa que habetis, et Ecclesia melius edificetur. Vel simpliciter, ut forte melius cum D. Chrysost.: Sic et vos, id est, propterea, cum sitis charismatum amulatores, optate, ut ea habeatis, unde major proveniat Ecclesie utilitas.

Ex dictis hucusque concludit intantum: nimirum ut appetant utiliora ad edificacionem Ecclesie.

Vers. 13. — Et ita, id est, ac proinde qui linguam cognitam ignota petat à Deo gratiam interpretandi. Aliqui igitur donum habebant ignotis linguis loquendi, quas non intelligebant; aut quas saltem non poterant explicare, hincque à Spiritu sancto.

Vers. 14. — Nam si omnia, ut rationem ob quam debeant petere gratiam interpretandi, que interpretatio est actus prophetie, ut dictum est v. 5. Simulque nova ratione probat prophetiam esse dono linguarum utiliorum, non tantum ad exhortacionem, ut lucusque probatum est, sed et ad oracionem, ut hic incipit ostendere.

aut in hoc mundo; uti varias linguas audire contingit.

Et nihil sine voce est. Nihil, id est, nulla linguarum est sine voce, q. d.: Multe sunt lingue, et queque suas habet voces.

Vers. 11. — Si ergo nesciero virtutum, etc. Frustra sane quisque loquitur quacunquè lingua, si non intelligatur: critique alter alteri non intelligant barbaros.

Vers. 12. — Sic et vos, quoniam amulatores estis spirituum, donorum scilicet Spiritus sancti et gratiarum, de quibus cap. 12.

Ad edificacionem Ecclesie queritis, ut abundantius, q. d.: Petite et possite à Deo hæc dona abunde vobis donari: sed ita ut sitis utantur, non ad ostentacionem, sed ad edificacionem Ecclesie.

Vers. 13. — Et ita qui loquitur linguam, orat ut interpretetur. Quid ea que peregrina lingua loquitur, ad aliorum intelligentiam proferre possit.

Vers. 14. — Nam si oram linguam, spiritus meus

Exhortatio et oratio per linguam exercentur, sed sine interpretatione, que est actus prophetie, utraque minus utilis; cum interpretatione verò utilior est utraque; ergo petenda interpretatio. Quia autem oratio vel publica est, quando quis orat in seipso et pro se, vel publica, quando quis orat coram populo, et pro aliis, ut ait D. Thomas, de utraque oratione agit successivè: de privata hic, de publica v. 16. Itaque qui donum linguarum habet, petat et interpretandi donum, quia hæc interpretandi gratia ipsi habenti linguarum donum necessaria ad melius et utilis erandum.

Nam si, ego, v. g., privatim oram lingua mihi ignota, seu preces bonas quidem, sed lingua mihi ignota proferam.

Spiritus meus orat, id est, affectus meus, cor meum, voluntas mea à Spiritu sancto mota, orat quidem seu anima mea ad Deum afficitur, Deo unitur, ad Deum elevatur per donum linguarum. Sumitur hic spiritus ut Act. 18, 25, ubi Apollo dicitur spiritu fervens.

Mens autem mea, id est, intellectus meus, quia non intelligit, sine fructu est, id est, sine fructu refectiois; ait D. Thomas, seu non edificator. Fructus mentis est intelligere, et intelligendo refici, ait Estius. Meretur quidem sic orans sed non reficitur; melius est autem mereri et refici, quam mereri tantum. Seu melius est refici et quoad intellectum, veritatis intelligentia, et quoad voluntatem, devotionis affectu, quam refici tantum quoad voluntatem, pietatis motu. Uno verbo melius est orare mente et corde quam corde tantum.

Vers. 15. — Quid ergo est, supple faciendum? Quoad spiritum, id est, dabo operam ut non affectu cordis tantum oram, sed et mentis intelligentia; seu, ut non solum devotionis instinctum in corde concipiam; sed et orationis sensum mente percipiam.

Psallam spiritu, id est, psalmos, cantica spiritualia, Dei laudes eorum et devotionis affectu et mentis attentione. Orare, est necessitates à Deo petere; psallere, est laudes Dei canere; utrumque autem animo et intellectu faciendum.

orat, hoc est, spiritum meo reficit, mens autem mea sine fructu est. Hæc hæc idem est quod sensus, Aristotel. inquit: Quis est horum verborum sensus? Apostolus opponit hic linguam et mentem; sine verbum et sensum. Sensus autem hic idem est quod intelligencia, non activa, quæ scilicet sentiam, hoc est intelligam: sed passiva, scilicet, quæ sentiar, id est, intelligar ab omnibus. Passiva enim hic capitur sensus. Hæc ergo mens, id est, sensus, significatio et intelligentia linguarum mearum est sine fructu, quia nemo eam capit intelligere, ut inde ad pietatem exciteretur.

Vers. 15. — Quid ergo est? id est, quid igitur opus ut faciam? Sibi respondet versus sequentibus.

Orabo spiritum, ut spiritus meus oratione mea pascat: orabo et mente, id est, verbo sensu et intelligentia, orabo intelligenter, ut aliis me sentire, id est, intelligere, possint. Psallam spiritu, psallam et mente. Alitit Paulus ad illud Psalm. 46, v. 8: Psallite sapienter, pro quo Hebraice est, in intelligentia, quod Septuag. vertunt, psallite intelligenter, ut nimirum vos ipsi intelligatis et sapiatis ea que psallitis, et ut ali qui vos audiant, ea que psallitis intelligant.

Vers. 16. — Ceterum...; Syr., alioqui. Idem nunc ostendi de oratione publica, quod de privata jam dixi: scilicet quod utilior sit cum interpretatione; utilior, inquam, non tantum ipsi oranti, sed etiam auditori. Ceterum, id est, alioqui, nisi donum habes interpretandi, si nescieris, id est, si Deum publicè laudaveris, errabis, id est, corde tantum, scilicet lingua tibi et aliis ignota laudes divinas proferas. Agitur hic de canticis spiritualibus, que fideles à Spiritu sancto moti, in medium proferant in lingua aliena, ait Estius, et fusè probat Cornelius à Lapide.

Qui supplet locum idiotæ, etc. id est, quomodo qui rudis populi locum tenet, seu qui pro plebe respondet, ipseque rudis et illiteratus, seu laicus, aiant D. Chrysost. et Theophylactus: Quomodo, inquam, in fine precum tuarum, quas non intellexit, respondet, Amen? Amen, fiat, verum est. Est approbatio et adoptio precum ab episcopo seu sacerdote factarum.

Ab apostolorum temporibus, vel omnis populus, vel unus et singularis, populi locum tenens, dicebat, Amen, fiat, fiat. Verum est.

Quomodo preces approbabit et adoptabit, quas non intellexit?

Notat Cornelius à Lapide, quod Amen, cum orationi preponitur, est affirmantis; cum postponitur, est vel confirmantis, vel concedentis, vel optantis.

Vers. 17. — Nam tu quærens... id est, tua Dei laus et benedictio bona quidem est et Deo grata, et tibi meritoria, quia pio voluntatis motu, Deo gratias agis.

Sen proximus ex ea non edificatur, quia eam non percipit. Melior autem esset, si qui eam audiant, intelligerent, et ex ea edificarentur. Orandum ergo, ut cum dono linguarum, detur et interpretationis gratia.

Observatio dogmatica.

His precedentiis versibus 14 et 16 abutuntur novantes ad damnandum Ecclesie morem, lingua Latina, plerisque nunc ignota, publicum officium celebrandi; sed immeritò: primò, quia nulla paritas est inter orationes et benedictiones, de quibus agit hic D. Paulus, et publicum Ecclesie officium. Agit enim Apostolus de quibusdam orationibus, quas aliqui particulares, dono linguarum præditi, sive privatim recitabant, sive publicè proferbant; et quia hæ orationes erant novæ, et à privatis erant hominibus, idè poterat eis error subesse: hincque idiota non poterat eis securè

Vers. 16. — Ceterum si benedixeris spiritu, etc. Si benedixeris, id est, si Deum laudaris tua lingua et spiritu. Loquitur Paulus de benedictione psalmis et linguis, quas unusquisque ex spiritu proferat ad communem fidelium edificacionem. Idiota, est indoctus; rudis, linguarum expert. Ita Chrysost., Syrus, Theophyl.: Amen, dicto confirmantis et approbantis est apud Hebræos: Latine fiat, verum, firmiter ratumque sit. Amen in proce verò tantum est optantis. Sic in oratione dominicâ subiungitur Amen, quasi signacionem devotionis, Psal. 105. Et dicit omnis populus, fiat, fiat. Hebraice, Amen.

Vers. 17. — Nam tu quidem bene gratias agis. Nimirum querentis spiritu, id est, pia animi devotio-

respondere: Amen. Publicum verò officium, ab Ecclesia approbatum et acceptum, et quod in nomine totius Ecclesie profertur, certissime ab omni errore liberum est. Hinc etiam idiota potest et cum securitate respondere: Amen. Secundò D. Paulus in toto hoc capite non velat, immo formaliter et expresse permittit orari in lingua peregrina, dummodo fiat interpretatio; at hoc publicè in Ecclesia, ubi vulgari sermone habetur ab omnibus legi possunt officia; et ubi pastores ea publicè interpretantur.

Igitur immeritò obijciatur nobis D. Pauli doctrina, que fideliter observatur in Ecclesia. Etenim et Bibliz et officia divina in vulgari lingua habentur traducta et interpretata.

Denique morem immeritò sectarii damnant, quem omnes prorsus Ecclesie sequuntur, Syra, Ægyptiaca, Arabica, Græca, etc. Omnes enim lingua vulgariter ignota publicum celebrant officium; lingua scilicet, antiqua Græca, Syriaca, Ægyptiaca, etc. que non sunt amplius in usu apud plebem, ut probat auctor Historiæ criticæ novi Testamenti, tom. 1, cap. 1. Equidem Ecclesia primis temporibus officium lingua vulgariter celebravit, et adhuc celebraret, nisi lingua Latine, per varias nationes Romanum imperium invalentes, multiplex facta fuisset immutatio; at nunc ob antiquitatis venerationem, et ob innumera vitanda incommoda, que ex infinitis propè nascerentur translationibus, intelligibili linguam servat. Ea in hoc omnes prorsus Ecclesie sunt conformes, si Protestantes excipias, que in hoc, sicut et in multis aliis, verè fuerunt novantes. Idem fecere Iudei quod Ecclesia Christiana; perdidit enim lingue Hebraice in captivitate usque, semper tamen legerunt Hebraice in synagogis. Hunc morem tempore Christi servabant, quem tamen Dominus nunquam damnavit; et hunc morem etiam nunc servant adhuc. De his videri potest Historia civitas, loco citato.

Vers. 18. — Gratias ago Deo meo... Rursus sicut circa donum linguarum testatur existimacionem, ob illud Deo gratias agens. Gratias ago Deo meo, quòd omnium vestrum linguis loqui noverim; Græca: Plusquam omnes linguis loquor. Hoc Dei donum est, illudque pluris facio, tantum abest ut contumax sit.

Vers. 19. — Sed in Ecclesia... Nihilominus malo in fidelium conventu, quævisque, id est, pauca verba, sensu suo, id est, sciens et intelligens que dico et ea valens interpretari; seu pauca verba, à me intellecta, id facis, hoc est, quod supra dixit eum qui loquitur linguam, loqui Deo, et spiritu loqui mysteria, et semetipsum edificare.

Sed alter non edificatur, id est, proximus tuus nullum ex verbis tuis percipit fructum, non promovetur ad salutem.

Vers. 18. — Gratias ago Deo meo, etc. Omnium vestrum, id est, omnium gentium, que vobiscum est inter vos versantur; linguis loquor. Quasi dicit Paulus: Non eleva; nec vilipere donum linguarum, nam et ipse eo utitur; sed non eo modo, quo vos in Ecclesia ad ostentacionem, sed ad edificacionem.

Vers. 19. — Sed in Ecclesia vobis, id est, multo, quinquè (paucissima) verba sensu meo (id est, intelli-

et aliis à me explicata, loqui ad illorum instructionem.

QUAM DECEM MILLIA, id est, innumera proferre in lingua peregrinā et ab auditoribus non intellectā. Hoc exemplo suo docet eos quid debeant optare et facere. Docet et paucis rectum concionandi modum: primò sciat et intelligit doctor que vult docere; secundo spondeat illud paucis et claris verbis exprimere.

VERS. 20. — FRATRES, NOLITE PERI... Ut hoc sum exemplum, summe sensum et iudicium jam declaratum imitentur Corinthii, eos aliquem interpellat, eorumque circa dona iudicium ita corrigat, ut et puerilem illorum ob ea petentiam humiliet.

NOLITE PERI PERI... Puerorum est ex apparentia de rebus iudicare; virorum verò prudentium, ex utilitate diiudicare; puerorum est de rebus speciosis, licet inutilibus gloriari; virorum autem solida aestimare, appetere et de eis gloriari. Itaque cavete, fratres, ne pueriliter, sed imprudenter ex apparentia de rebus iudicetis; linguas aestimantes, quia quamdam exchant admirationem.

SED MALITIA PARVULLI... Græcè: *Sed malitia parvulæ, id est, quantum ad malitiam, estote infantes.* Quid est hoc? ne nosse quidem quid sit vitium, ait D. Chrysostomus, quasi diceret: Opto quidem vos reparaiores, non quoad iustitiam iudici, sed quoad innocentiam animi, seu ut sitis ita simplices, ut malitiam non sciat. Ne ergo, sicut pueri ex apparentia moveamini ad plerumque estimanda, que minus estimanda sunt, et ad adæquatis appetenda que minus utilia.

SENSIBUS AUTEM PERFECTI ESTOTE; SYR.: *Mentibus autem perfecti, etc.*, id est, viri perfecti, seu perfectæ ætatis et prudentes. Itaque ut viri prudentes attendite quid melius et quid utilius sit; illud estimatè, appetite, præferite; et consequenter prophetia donum, ut pote nullis donò linguarum, præferite, et illud magis appetite.

VERS. 21. — IS LEGE SCRIPTUM EST... Ut suo iudicio conformes Corinthii, linguas minus aestiment, o-

gentia, quia intelligat loqui, ut et alios instruat, quam decem milia verborum in lingua peregrinā, quam audientes non intelligant.

VERS. 20. — FRATRES, NOLITE PERI OFFI SENSIBUS, q. d.: Mentis iudicia ac ratione nolite effici pueri, ut pueriliter ostentetis donum vestrum linguarum.

Sed malitia parvuli estote, id est, in malitia estote simplices, ut illa sit vobis incognita quasi infantibus: infantes sitis in malitia. Infans qui lari non potest, multò minus nosse malitiam. Sic et christianus in malo sit infans, ut illud non noverit, nec de eo fari aut disserrare possit. Verbi gratia, non sciat quid sit amulatio, pollutio, fornicatio. Tertullianus: *Repereraere, inquit, nos Apostolus jubet secundum Deum, ut malitia infantes per simplicitatem, ita decem sapientes sensibus simus.*

Sensibus autem perfecti estote. Sensibus, id est, mentis, animo. Similes estote viris adultis et ætate perfectis, sensus habeatis exercitatos ad spiritalem boni malitiae discretionem.

VERS. 21. — IN LEGE SCRIPTUM EST, ISAÏA 28. Aliquando enim lex vocatur, non solum Pentateuchus, sed et Prophetæ, totumque vetus Testamentum. Ita Chrysostomus.

Quoniam in aliis Anquiis et labiis aliis loquar populo

tendit ex Scripturarum testimonio, eos sapè inutiliter fuisse ad finem ad quem à Deo ordinatè sunt; simulque suum supradictum sensum et iudicium confirmat ipsius Dei testimonio.

In lege. Sub nomine legis comprehendit prophetas, sicut Christus Dominus, Joan. 15, 15, comprehendit et Psalmos. Itaque totum vetus Testamentum dicitur Lex. In lege, id est, Isaï. 28, 11 et 12, quem citat eodem sensu, sed non isdem verbis. Hujus textus sensum litteralem vide apud Cornelium à Lapide; allegoricus enim est is, quem D. Paulus exponit.

IN ALIIS LINGUIS... id est, linguis peregrinis et diversis idiomatibus loquar eis, scilicet Judæis.

ET NEC SIC EXAUDIET ME, id est, nec tamen ad me convertentur, ait D. Chrysostomus. Hoc signum spiritualiter datum fuit ad Judæorum conversionem; scilicet in die Pentecostes; sed illi vix signis non crediderunt; ita D. Thomas. *Loquebantur variis linguis apostoli...*, Act. 2; eos audierunt Judæi, increduli tamen plerique permanerunt; ad deum non sunt conversi. Sed cur hoc fecit Deus, si non erant credituri? ut semper carneretur facere qua sua sunt, ait D. Chrysostomus.

Deus que sua sunt semper facit, et providentiam suam ostendit, etiam sciat eos non obtenturos, ut incensurabiles sint. Theophylactus.

VERS. 22. — FRATRE LINGUE... Hinc concludit quod lingue date sint Ecclesie, præsertim ad convertendos infideles; qui tamen sapè non convertuntur, et vitium est in Judæis, v. 21.

PROPHETIA AUTEM... Prophetia verò donum, seu munus explicandi mysteria et veritates fidei, datum est præcipue propter fideles confirmandos, promovendos, consolandos, omnimodo adificandos. Hoc enim supponit fidem. Et hoc effectus in plerisque semper habet prophetia. Hinc tale donum magis utile, hincque magis estimandum et appetendum. Hincque verum quod v. 19, dixit: *Malo quinque verba...*

VERS. 25. — SI ERGO CONVENIAT... Hoc idem pro-

hulo. Sensus: Ego Dominus loquar populo huic Judæico, variis et peregrinis linguis; scilicet per apostolos meos; quod quidem præcipue fuit impletum in die Pentecostes, Act. 2, qui alius lingua non ad triduum, sed ad dedicationem loquebantur. Nam qui loquuntur linguis aliis, quasi habili sunt et barleri non intelligentibus, et deridere videntur auditores; et ipsi vicissim audientibus habentur ridendi, imò et insani, vel etiam temerarii. Unde quidem eorum qui apostolos audiebant variis loquentes linguis, irridentes dicebant, quia musto pleni sunt isti, Act. 2.

Et nec sic exaudiet me, dicit Dominus. Et nec sic audietur, id est, sine hujusmodi signo quod eis daturus sum; audient, sive exaudient me, id est, credent, obtemperabunt verbis meis que per apostolos loquar.

VERS. 22. — Itaque loquar in signum tant non fidelibus, qui jam credunt, sed infidelibus, ut credant. Prophetia autem, id est, doctrinae verbi Dei, et exhortationes, signum sunt non fidelibus, sed infidelibus. Signum, inquam, benedictionis, quia Deus suos erudit et benedicit, id est, ad omne bonum incitat et promovet.

VERS. 25. — Si ergo conveniat univèrsam Ecclesiam in unum, et omnes linguas loquantur (simul, mixtum, confusè, et tumultuarie), intrent autem idiotæ vel infideles,

quæ

hat ab inconvenienti, quòd ex dono linguarum potest evenire, et quod ex prophetia non accidit; scilicet, non modo non prodest semper donum linguarum, sed aliquando nocet infidelibus et fidelibus, ut hoc patet:

SI CONVENIAT UNIVERSA ECCLESIA. Supponimus quòd tota quedam particularis ecclesia, seu vestra, seu alia in eundem locum conveniat; et quòd OMNES LINGUIS LOQUANTUR ignotis, nemine interpretante.

INTRENT AUTEM IDOTÆ ACT INFIDELIS, id est, supponimus et quod tunc in hanc ecclesiam intrent idiotæ, linguarum ignari; vel etiam quòd aliquis infidelis, curiosus gratia, huc subrepat.

NONNE DICENT QUOD INSANIS, id est, nonne vos insanos reputabunt; quippe qui loquimini, que nullas intelligit. Quo casu, non modo non prosunt infidelibus, sed nocent lingue infidelibus et fidelibus. Porrò sic suum probat intentum Apostolus, ut et Corinthios de dono linguarum gloriandos humiliet, dicens: *Quia insanitis.*

VERS. 24. — SI AUTEM OMNES PROPHETENT... Omnino contrarium eveniet, si soli prophete loquantur, et lingua vulgari christianas veritates explicent: tunc enim non soli fideles adificabuntur, ut dictum est in v. 22, sed et si quis infidelis intraverit, non vos arguet et condemnabit, ut supra; sed ipse arguetur, convincetur et condemnabitur; id est, damnabilis demonstrabitur à prophetantibus.

SI AUTEM OMNES, unus scilicet post alterum, propheta, id est, lingua vulgari concionentur. INTRENT AUTEM, etc., CONVINCATUR AB OMNIBUS; scilicet prophetantibus. DUBITABUNT, id est, condemnatur, seu damnabilis demonstratur.

VERS. 25. — OCCULTA CORDIS EUS... Nam prophetae, lumine verbi Dei peccata, que in corde suo tecta gerit, detegit; eique manifestabunt.

ET ITA CADENS... id est, unde peccatorum suorum conscientia tactus, cadet pronus in faciem, seque peccatorem agnosces, Deum prostrato corpore reverebitur et adorabit pro misericordiâ obtinendâ.

PROSONTIANUS... Palam affirmans quòd verè Deus est in vobis; cum per vos mira et miranda operetur: nonne dicunt quòd insanitis?

VERS. 24. — Si autem omnes prophetent. Prophe-tate accipitur pro eo quòd est ex inspiratione divina proferre quedam occultis, præsertim pertinentia ad explanationem Scripturarum; atque ex his auditores instruit.

Intrent autem quis infidelis, vel idiota, convincitur ab omnibus, dicitur ab omnibus, quia nimirum ab omnibus prophetis, id est, doctoribus et concionatoribus, de sua indelitate, malis moribus et vitiis arguitur et increpatur.

VERS. 25. — Occulta cordis eius manifesta fiunt. Dum sic apud se per doctrinam prophetarum redarguitur et diiudicatur infidelis aut idiota; manifesta ei sunt qua prius in corde ipsius ita latebant, ut nec ipse qualia essent, agnosceret.

Et ita cadens in faciem adorabit Deum, id est, totò cordis et corporis humilitate verum Deum agnosces, sibi que deinceps colendum statuet.

Prosonitius quòd verè Deus in vobis sit, id est, proficis, palam affirmans et testificans, aperte confitens

Digitus Dei est hic. Hinc sequitur quòd prophetia omni modo et omni casu sit utilior dono linguarum; hoc enim finem intantum sapè non assequitur; scilicet, infidelium conversionem: imò è contra nocet aliquando fidelibus et infidelibus idiotis; prophetia verò non solum nunquam nocet, sed et ipsis infidelibus sapè prodest. Ex his prophetia effectibus patet quid per prophetam intelligat Apostolus. Sed et in isdem effectibus videat evangelicus concionator finem, ad quem debet tendere; scilicet, per claram veritatem evangelicarum expositionem, ipsi peccatori secreta, que gerit in corde, peccata, reddere manifesta; commque enarrantum ita ipsis oculis exhibere, ut ob eam horreat, et contremiscat; horrens et tremens ad Dei iudicium sui pedes correat; misericordiam et veniam imploraturus; sicque commutatus, conversus, humilifatus ac contritus, Deum deinceps concitatur, adoret atque colat.

VERS. 26. — Quid ERGO EST? Tot argumenti stabilitate prophetie excellentiâ, jam statuit Apostolus, ordinis amator, quomodo in cotibus ecclesiasticis utendum sit Spiritus sancti donis.

Primò, statuit in genere, ut illis ad Ecclesie edificationem utantur. Ilac enim est omnium charismatum finis. Vide hic Christianismi fundamentum et regulam. Quomodo enim est artificis officium adificare, ita etiam christiani proximos prodesse per omnia, dicitur Spiritus.

Quid ERGO EST, scilicet faciendum? interrogat, ut suis respondentibus instruat. Respondens ergo dicit: CUM CONVENIAT ad cœtus publicos, EXUSURGAT VESTRUM PSALMUM HABET, id est, quicumque ex vobis divinitus movetur vel ad edendum, vel ad canendum psalmum. Etiam, ait D. Chrysostomus, olim psalmos faciebant ex dono, et docebant ex dono. Per psalmum, intellige canticum spirituale ad Dei laudem.

DOCTRINAM HABET, id est, unde peccatorum suorum conscientia tactus, cadet pronus in faciem, seque peccatorem agnosces, Deum prostrato corpore reverebitur et adorabit pro misericordiâ obtinendâ.

AROCALYPTUM... vel ad explicandas latentes veritates per revelationem aliquam sibi factam;

LINGUAM... vel ad loquendum linguis peregrinis;

Deum christianorum esse verum Deum.

VERS. 26. — Quid ERGO (faciendum) est, fratres? Cum convenitis (in ecclesia) unusquisque vestrum psalmum habet. Quisquis vestrum vel psalmum habet, id est, canticum aliquod spirituale, quòd Deum laudet. Ad hoc enim quidam peculiariter inspiratur.

Doctrinam habet, Apocalypsim habet. Doctrina sermo scientie est, id est, que scientiam comprehendit; Apocalypsis verò, que revelatio est altiorum mysteriorum, comprehendit prophetiam, tanquam sermone sapientie per quem enuntianda est.

Lingua habet, interpretationem habet. Sensus est: Alius ex dono paratus est loqui peregrinā lingua; alius verò donum habet quò lingua interpretetur.

Omnia ad edificationem fiunt, id est, ad promovendam Ecclesiam Christi; et singula ejus membra, in vita spiritali. Caritas enim studium est, ubique edificare, quatenus aded edificanda materia. Nam et si alius non est quem adifices, te ipsum edificas.

VERS. 27. — Sive lingua quis loquitur. Quòd si, inquit, lingua quis loquitur, unus aut plures

INTERPRETATIONEM... vel ad interpretandum:
OMNIA AD EDIFICATIONEM; Hoc omnia decent ordine, et ad publicam convenientiam et talentorum à Deo datorum; qui aliud intendit, infidelis minister est, pravariicator est, fur et sacrilegus; qui Dei dona sibi facit propria, eaque ad semetipsum, quasi ad finem dirigit.

VERS. 27. — SIVE LINGUA QUIS...; Syr.: *Quid si quis lingua loquatur.*

Secundum, et aliquid speciatim quomodo linguarum dono sit utendum in convenientibus; scilicet, ut duo linguarum aut tres ad summum, successive loquantur, et unus sit interpret, qui vulgari sermone fideliter explicet quae lingua peregrina dicta fuerint.

SECUNDUM DUOS, id est, per duos hoc fiat, ACT ET MULTUM TRES, id est, ad summum tres, PER PARTES, id est, successive, unus post alterum. Nulli tunc dona sancti Spiritus habebant; Apostolus autem, ut videretur confusus, velut se simul omnes loquantur, et ne plerumque oportet prolongaretur oratio; velut ne plerumque duo aut tres in eodem coetu loquantur.

VERS. 28. — SI AUTEM NON FUERIT INTERPRETES, SI NON SIT quis interpretandi donum habens, TACEAT qui linguarum donum habet, tempus expectans quo possit utilis et cum edificatione loqui; interim sui sui et Deo loquatur, secretò, in corde, ne ceteros perturbet non intelligentes. Syr.: *Et inter semetipsum et Deum loquatur.*

VERS. 29. — PROPHETE AUTEM DUO.

Tertio, statim circa prophetas, ut duo vel tres successive loquantur; ceteri verò, propheta scilicet, iudicent an id quod à prophetantibus dicitur, sit utilis et sane doctrinae.

VERS. 30. — QUOT SI ALII...; id est, si tunc temporis, seu uno prophetae, Deus alium ex prophetis sedentibus et audientibus afflaverit, et quid ei melius

Secundum duos, aut ut multum tres. Duo aut ad summum tres loquantur, scilicet in uno conventu.
Et per partes, id est, quisque seorsum, puta vicissim, ne fiat confusio.

Et unus interpretetur, hoc est, unus aliquis interpretandi dono praeditus, statim interpretetur quod alius lingua peregrina dixerit; videlicet ne fructus careat huiusmodi sermo à nemine intellectus.

VERS. 28. — Si autem non fuerit interpret, taceat in ecclesia; quod si, impit, nullus adit qui possit interpretari, publicè in ecclesia non loquatur is qui donum linguarum habet.

Sit autem loquatur et Deo; tacitus et in corde loquatur sibi ipse, id est, ad sumum privatam edificationem; quia non alios edificari non potest. Item loquatur Deo, spiritu et pio affectu, quo ad orandum aut laudandum Deum movetur: quem utique affectum Deus, qui dedit, inspicit. Quod si faciat, non erit ei propterea inutile donum hoc, etiamsi interprete destituerit.

VERS. 29. — Propheta autem duo cui tres dicant, suis prophetias scilicet, sua dogmata, lumina, monita sibi à Deo aspirata.

Et ceteri, non vulgus, sed propheta, ut precessit, dixerint, ex dono sibi concessa, an id quod dicit propheta, sive doctor, sit verè propheta, id est, doctrina sana et utilis, nec ne.

VERS. 30. — Quod si alii aliquid melius revelaverit,

revelaverit, ille qui prior propheta, taceat et det tunc locum prophetandi. Hoc enim velle videtur Spiritus sanctus, novam suggerens revelationem.

VERS. 31. — POTESTIS ENIM...; Syr.: *Siquidem tua omnia potestas singularim prophetare, ut quisque discat, et quisque consolationem accipiat.* Quasi diceret: Ille ratione, nimirum si servetur modus et ordo quem praescribo, poterunt omnes prophetae ordine suo prophetae, ut omnes instructionem et exhortationem accipiant.

EXHORTENTER, passivè sumendum.

VERS. 32. — ET SPIRITUS PROPHETARUM...; Occurrit objectioni quae potest hic fieri, quasi diceret: Nec est quod quis dicat: Sic moveor et divinitus urgeor ut vel non possim tacere (hoc spectat ad actum prophetantem), vel non possim differre; hoc perinat ad alios prophetas inspiratos.

Et, id est, etiam; Syr.: Siquidem spiritus prophetiae subditus est prophetis. Testis est Jonas, spiritui propheticò resistens. Non est ergo de Dei prophetis, sicut de fanaticis idolorum vatibus, seu pythonibus: hi enim à demonibus arrepti sic agebantur, ut suae potestatis non essent; spiritus verò propheticus est in potestate prophetarum; hinc tacere possunt, ubi voluerint, et consequenter sibi invicem cedere, et vicem suam expectare. Lenis est Spiritus Dei, et leniter propheta agit; hinc sic afflat eos, ut non cogat. Pacificus est Spiritus Dei: hinc pacem et ordinem amat; neutrum perturbat. Spiritus propheticus à Deo quidem est; homini tamen prophetae subditus, quoad actum, ordinem et modum.

VERS. 58. — *Itaque, fratres mei dilecti, stabiles estote et immobiles, in fide scilicet resurrectionis, ut abundetis in operibus bonis, quæ Dominus Deo placeat, ad vos vos excitando per spem resurrectionis, et præmiis æternis; scientes quod labor vester non erit inanis, nec mercedis expertus apud Dominum. Hoc enim est in Domino.*

VERS. 58. — *Itaque, fratres mei dilecti, stabiles estote et immobiles, in fide scilicet resurrectionis, ut abundetis in operibus bonis, quæ Dominus Deo placeat, ad vos vos excitando per spem resurrectionis, et præmiis æternis; scientes quod labor vester non erit inanis, nec mercedis expertus apud Dominum. Hoc enim est in Domino.*

Apostolus, sicut et idem docuit Thessalonicenses. Vide ibi dicta cap. 4. Primum Epist., v. 14. Ipse D. Chrysostomus hoc putat esse Arcanum quod docet hic Apostolus. Idem dicit et Theophylactus, licet sentiant non omnes esse morituros.

IN NOVISSIMA TUBA, id est, ad clangorem tubæ, quæ dabitur ultimum signum. Solebant Iudei tuba populum convocare. Vide Num. 10, v. 27.

CANET ENIM TUBA, id est, personabit tuba extremi iudicii præannuntiata, sive sit vera et realis tuba, sive sit vox archangeli sonora, potens et efficax, de qua in Epist. ad Thess. 4, v. 15.

REURGENT IMMORTALES, tunc mortui omnes, etiam reprobi, reurgent immortales, ad corruptionis statum antiquam reversuri. Etiam reprobi resurgent incorrupti integritate membrorum, sed tamen corrumpendi dolore penarum, ait Anselmus post D. Aug., Epist. 146. Totum quod pertinet ad ordinem nature, conferretur etiam reprobus, D. Thomas.

ET NOS..., justis scilicet; exponit quod dixit: Non omnes immutabimur, sed nos justi tantum ad felicem statum reformabimur, ex animalibus bene spirituales. Secundum Græcos, et nos just, qui tunc vivemus, in dotes gloriosas, sine morte, transformabimur. Non dicit de seipso, sed de iis qui invenientur vivi, D. Chrysostomus.

Sed cur hoc in primâ persona sæpe dicit, vide ad Thess. cap. 4, v. 15, ut nos exemplo doceat de incertâ et terribili die iudicii cogitare, loqui, tremere, et ad illam nos continue preparare.

VERS. 55. — OPORTET ENIM CORREPTIBILE BOC.... Oportet, quia Deus decrevit, corruptibile hoc, manum palpans et nota indicans corpus suum. Hoc idem numero corpus, carnem et corruptioni nunc obnoxium, corpus idem manet, mortalitas autem et corruptio aboletur et evanescent, Theophylactus.

INSUERE, tanquam vestem pretiosam, incorruptiorem, seu incorruptibilitatem, quæ morbum, dolorem et mortem prorsus excludat.

ET MORTALE BOC.... hoc idem numero corpus, ob peccatum mortis obnoxium, inducere immortalitatem. Erit eadem caro, nunc mortalis, tunc immortalis, sicut idem est corpus vestitum, non vestitum.

VERS. 54. — CUM AUTEM MORTALE BOC.... Cum igitur hoc corpus factum fuerit, ex mortali et corruptibili, immortale et incorruptibile.

TUNC FIT, id est, tunc adimplebitur Scriptura, quæ dicit: ABSORPTA EST MORS IN VICTORIA. Aliqui theologo, id est, quæ omnem offensivam passionem excludat.

VERS. 55. — OPORTET ENIM CORRUPTIBILE BOC. inducere incorruptionem, etc. Pronomen hoc idem individuum corpus demonstrat.

VERS. 54. — CUM AUTEM MORTALE BOC. inducit immortalitatem, tunc fiet sermo, qui scriptus est. Tunc, et eo ipso, fiet, impletur hæc Scriptura: Absorpta est mors in victoria. Hæc sumpta est non ad verbum, sed quoad sensum ex Osce 15, ubi dicitur: De manu mortis liberabo eos, de morte redimam eos. Hoc enim in re idem est cum eo quod hic ait Apostolus: Absorpta est mors in victoria.

Imit hoc ex Isaia 25, 8, sumi, ubi D. Hieronymus vertit, præcipiabit mortem. Alii volunt ex Osce, non ad verbum, sed ad sensum, cap. 15, 14: De manu mortis liberabo eos, etc.; quod, inquit, idem est. Vide Cornel. à Lapide. Absorpta est, absorpta in totum et in æternum destructa; siquæ nihil ab eadem erit sanctis, in victoria, id est, per victoriam, quæ superata est à Christo.

CHRISTUS à mortuis resurgens vicit mortem; idem Christus sanctos suos in fine mundi suscitans à morte, mortem absorbebit in æternum, illam ad nihilum rediget (nisi quæ comparabit, sicut aqua cum absorpta fuerit, ait D. Anselmus).

VERS. 55. — UBI EST, MORS, VICTORIA....? Propheta et post eum Apostolus, in personâ iustorum triumphum canit de morte et inferno, seu de statu mortuorum. Tanquam Deo sacrificans pro victoriâ, ait D. Chrysostomus, et Deo afflatus, et futura videns quasi jam facta, jaenti morti insultat. Ubi est, mors, victoria tua? Victoria tua, quæ absorberet corpora mortuum, temporalis fuit; victoria nostra, quæ absorpta es in corporibus resurgentium, æterna constabit, D. Anselmus.

UBI EST, MORS, STIMULUS TUUS? Aculeus, quo solebas homines confodere, perit, confRACTUS EST.

VERS. 56. — STIMULUS AUTEM MORTIS PECCATUM EST. Osce dictum explicat evangelio sensu: Stimulus mortis, quo nos confodit, peccatum est; sicut scorpio, mors in aculeo robur habet, Theophylactus. Peccatum est stimulus mortis; et consequenter illâ gravatus, et ea in ipso vim habet, D. Chrysostomus. Aculeus autem mortis dicitur, quo mors facta est, non quem mors fecit; peccato enim morietur, non morte peccamus. Aculeus mortis est peccatum originale, per cujus vulnus mors intravit, divus Anselmus.

VIRTUS VERO PECCATI LEX, id est, potentia, vis, robur peccati lex, quia per occasionem legis, peccatum vetantis, revixit et vires accepit peccatum.

Nititur in vitium.

Deinde virtus peccati lex, quia peccatum eo gravius est, quo magis patet peccanti voluntas Dei peccatum vetantis; patet autem clarissime per legem voluntas Dei. Sicut lex contrahit ad cognoscendum peccatum, ita etiam ad augendum supplicium, D. Chrysostomus. Major et fortius est peccatum per scientiam, D. Ambrosius, sen, ut creditur, Hilarius Diaconus. Ante legem peccatores erant homines, post legem prævaricatores, id est, gravius peccaverunt, scilicet contra

VERS. 55. — UBI EST, MORS, VICTORIA TUA? etc. Cuius Paulus (Osce cap. 15, ubi noster seruit: Fero morsa tua, o mors; morsa tua es, inferne. Senus est: Ubi est, mors, victoriâ et stimula tua, quo soles homines occidere eisque dominari? Q. d.: Perit, confRACTUS est à Christo, qui est mors tua, o mors, et morsa tuo te, o inferne, dirupit et absorpsit.

VERS. 56. — Stimulus autem mortis peccatum est. Stimulus, per quem scilicet mors nobis præcipue nocet et pangit. Sicut enim scorpium licet parvus sit, per aculeum, ita mors per peccatum omnes occidit, ait Theophyl., quæ sine peccato nihil poterat.

Virtus vero peccati lex; q. d.: Peccatum maxime

legem ostendentem et damnantem peccatum, ut docet D. Aug., serm. 35 de Tempore. Si autem dum vellet prohibere, fit reddidit gravius, non est culpa in remedium confidenda, sed in eum qui male usus est medicamento, dicitur Chrysostomus.

VERS. 57. — DEO AUTEM GRATIAS... agamus, qui nobis dedit gratis et liberaliter vincere peccatum, et consequenter mortem, quæ est pena peccati.

PER DOMINUM NOSTRUM JESUM CHRISTUM, id est, per meritâ Domini nostri Jesu Christi, à quo nobis omnis gratia, quæ peccatum vincimus. Sed Deo gratias agimus, qui dedit nobis victoriam de morte et aculeo ejus, ut vinceremus mortem per immortalem resurrectionem; et aculeum ejus, peccatum, per gratuitam justificationem. Per Jesum Christum Dominum nostrum, per quem mediatorem omnia bona quæ habemus, dantur nobis à Patre, S. Anselmus.

VERS. 58. — ITAQUE, FRATRES MEI... hortando concludit: Cum sciat quod resurrectio futura sit, et consequenter merces honorum et malorum; deinceps ESTOTE STABILES IN FIDE resurrectionis, et IMMOBILES, ita ut nemo vos de hoc statu fidei et spei future dimo-

virtus exierit per legem, id est, per occasionem legis veteris; semper enim nititur in vitium, cupimusque negata. Ita Theodor., Theophyl., Ambros., Anselm.

VERS. 57. — Deo autem gratias agimus, qui dedit nobis victoriam (de peccato et morte) per Dominum nostrum Jesum Christum. Mors autem non destruitur nisi vita reddatur, et quidem perpetua: quod non contingit nisi per resurrectionem iustis promissam.

VERS. 58. — Itaque, fratres mei dilecti, stabiles estote et immobiles, in fide scilicet resurrectionis, ut abundetis in operibus bonis, quæ Dominus Deo placeat, ad vos vos excitando per spem resurrectionis, et præmittentes sentientes quod labor vester non erit inanis, nec mercedis expertus apud Dominum. Hoc enim est in Domino.

Corollarium est resurrectio mortuorum.

Crede quod Redemptor meus vivit, à mortuis surrexit, vivit, sedet, regnat beatus ad dexteram Dei, v. 5, 4, 5, etc. Crede quod Redemptor meus, Spiritus vivificans, resurrectio ipsa, vita et fons vite, me vivificabit mortuum; à mortuis surrecturus sum, in æternum spiritualiter victurus, v. 12, 20, 25, 24. Crede quod in hæc carne me vivificatus, sed et spiritualis, impassibilis, immortalis, clarus, agilis, subtilis factus, videbo Deum, Salvatorem meum, beatum, hæres Dei, coheres Christi, v. 28, 42, 35, 41, 55. Hoc credens, hocque sperans, gemo, desidero, expecto, memetipsum preparare volo. Gemo, ob hujus vite miseriam, ob hujus animas et mortalis corporis aggravationes. Quis me liberabit à corpore

CAPIT. XVI.

1. De collectis etiam, quæ fiunt in sanctis, sicut ordinavi ecclesiis Galatiæ, ita et vos facite.

2. Per unam sabbati unusquisque vestrum apud se seponat, recordans quod ei bene placuerit; ut non cum venero, tunc collectæ fiant.

3. Cum autem præses fuero, quos probaveritis per epistola, hos mittam perferre gratiam vestram in Jerusalem.

S. S. XXIV.

vere possit. Stabiles et immobiles dicit, ut per hanc repetitionem firmitatis et constantiâ necessitatem ostendat; quasi diceret: Ne tantisper in hæc fide vacilletis. Fides resurrectionis est ædificii christiani fundamentum; hoc fundamentum vacillante, nutat ædificium.

ABUNDANTES... S. S. Sed estote semper progredientes, in opere Domini, id est, in bonis et sanctis operibus, quibus vos ad resurrectionem preparatis.

SCIENTES... cum per fidem sciatis laborem vestrum non fore vobis inane et à mercede vacuum, sed magnam vobis fore mercedem in Domino. Etenim resurgemus et in æternum vivemus beati in Domino et cum Domino; hæres Dei, coheredes Christi; immensus Dei bonis fruamur in æternum. Hanc itaque mercedem possumus et debemus intueri, quæ nos ad laborem animemus. Si labor terret, merces inviet, ait divus Bernardus.

Nota cum D. Chrysostomo, non tantum bona operantes, sed libenter et abundanter et quidem semper, quod fiet, si omnia in charitate fiant.

Abundantes in opere Domini semper. Bona opera vocat opus Domini, vel quia Dominus ea diligit et exigit à nobis, ut exponit Theophylactus, assiduante Hærvæ, qui interpretatur opus mandatorum Domini: vel quia Dominus ea in nobis operatur. Deus est enim, ait idem Apostolus, qui operatur in vobis et velle et perficere, Philip. 2. Generaliter intelligi potest opus Domini, quodcumque fit ad Christi Dominum gloriam et honorem: quale esse debet omne opus hominis christiani.

Scientes quod labor vester non est inanis in Domino, hoc est, certissime persitatis, quod opera vestra bona non erunt à mercede vacuum apud Dominum. Labor est vocat opera bona, quod non sine labore et molestiâ fiat. Labor vester propter Dominum susceptus non erit frustraneus. Ita Occumenius.

CHAPITRE XVI.

1. Quant aux amonnes qu'on recueille pour les saints, faites la même chose que j'ai ordonnée aux églises de Galatie.

2. Que chacun de vous mette quelque chose à part chez soi le premier jour de la semaine, l'amusant peu à peu selon sa bonne volonté, afin qu'on n'attende pas à mon arrivée à recueillir les amonnes.

3. Et lorsque je serai arrivé, j'enverrai, avec des lettres de recommandation, ceux que vous aurez jugés propres pour porter vos charités à Jérusalem.

(Vingt-deux.)

- 4. Quod si dignum fuerit ut et ego eam, mecum ibunt.
- 5. Veniam autem ad vos, cum Macedoniae pertransiero; nam Macedoniae pertransibo.
- 6. Apud vos autem forsitan manabo, vel etiam hiemabo: ut vos me deducatis quocumque iero.
- 7. Nolo enim vos modo in transitu videre, spero enim mo aliquantulum temporis manere apud vos, si Dominus permiserit.
- 8. Permanebo autem Ephesi, usque ad Pentecosten.
- 9. Ostium enim mihi apertum est magnum et evidens, et adversarii multi.
- 10. Si autem venerit Timotheus, videte ut sine timore sit apud vos; opus enim Domini operatur, sicut et ego.
- 11. Ne quis ergo illum spernatis; deducto autem illum in pace, ut veniat ad me; exspecto enim illum cum fratribus.
- 12. De Apollo autem fratre vobis notum facio, quoniam multum rogavi eum ut veniret ad vos cum fratribus; et nunquam non fuit voluntas ut veniret: venit autem, cum et vacuum fuerit.
- 15. Vigilate, state in fide, virtiliter agite, et confortamini.
- 14. Omnia vestra in charitate fiant.
- 15. Obsecro autem vos, fratres, notis domum Stephanæ, et Fortunati, et Achaici; quoniam sunt primitie Achaie, et in ministerium sanctorum ordinaverunt seipsos.
- 16. Et et vos subditi sitis ejusmodi, et omni cooperanti et laboranti.
- 17. Gaudeo autem in presentia Stephanæ, et Fortunati, et Achaici; quoniam id, quod vobis decrat, ipse supplerunt.
- 18. Revertentur enim et meum spiritum, et vestrum. Cognoscite ergo qui hujusmodi sunt.
- 19. Salutant vos ecclesie Asiae. Salutant vos in Domino multum Aquila et Priscilla, cum domestica sua ecclesia; apud quos et hospiter.
- 20. Salutant vos omnes fratres. Salutate invicem in osculo sancto.
- 21. Salutatio mea manui Pauli.
- 22. Si quis non amat Dominum nostrum Jesum Christum, sit anathema, Maran atha.
- 23. Gratia Domini nostri Jesu Christi vobissem.
- 24. Caritas mea cum omnibus vobis in Christo domini. Amen.

- 4. Si la chose mérite que j'y aille moi-même, ils viendront avec moi.
- 5. Or j'irai voir quand j'enrai passé par la Macédoine, car je passerai par cette province;
- 6. Et peut-être que je m'arrêterai chez vous, et que même j'y passerai l'hiver, sinon que vous me conduisiez au lieu où je pourrai aller.
- 7. Car je ne vax pas cette fois vous voir en passant, mais j'espère que je demeurerai assez longtemps chez vous, si le Seigneur le permet.
- 8. Je demeurerai à Ephèse jusqu'au jour de la Pentecôte;
- 9. Car Dieu m'y ouvre visiblement une grande porte, et il s'y élève contre moi plusieurs ennemis.
- 10. Si Timothée va vous trouver, ayez soin qu'il soit en sûreté chez vous, parce qu'il travaille à l'œuvre du Seigneur aussi bien que moi.
- 11. Que personne donc ne le méprise; mais reconduisez-le en paix afin qu'il vienne me trouver, parce que je l'attends avec nos frères.
- 12. Pour ce qui est de mon frère Apollon, je vous assure que je l'ai fort prié d'aller vous voir avec quelques-uns de nos frères; mais enfin il n'a pas eu de venir le faire présentement. Il ira vous voir lorsqu'il en aura trouvé une occasion favorable.
- 13. Soyez vigilants; demeurez fermes dans la foi; agissez courageusement et soyez pleins de force;
- 14. Faites avec amour tout ce que vous faites.
- 15. Vous connaissez, mes frères, la famille de Stephanas, de Fortunat et d'Achaïe; vous savez qu'ils ont été les premiers de l'Achaïe, et qu'ils se sont consacrés au service des saints.
- 16. Je vous prie donc d'avoir pour eux la déférence qui leur est due, et pour tous ceux qui contribuent par leur peine et par leur travail à l'œuvre de Dieu.
- 17. Au reste, je me réjouis de l'arrivée de Stéphanas, de Fortunat et d'Achaïe, parce qu'ils ont suppléé à ce qui me manquait à cause de votre absence.
- 18. Car ils ont consolé mon esprit, aussi bien que le vôtre. Honorez donc de telles personnes.
- 19. Les églises d'Asie vous saluent. Aquilas et Priscille, chez qui je demeure, et l'église qui est dans leur maison, vous saluent avec beaucoup d'affection en Notre-Seigneur.
- 20. Tous nos frères vous saluent. Saluez-vous les uns les autres par un saint baiser.
- 21. Je vous écris ce salut, moi Paul, de ma propre main.
- 22. Si quelqu'un n'aime point Notre-Seigneur Jésus-Christ, qu'il soit anathème: Maran atha.
- 23. Que la grâce de Notre-Seigneur Jésus-Christ soit avec vous.
- 24. Pai pour vous tous une charité sincère en Jésus-Christ. Amen.

ANALYSIS.

Quatuor gravis vericulis Corinthios monet de collectâ pro pauperibus Hierosolymitanis faciendâ, etque modum præscribit hanc elemosinam et colligendi, et mitterendi.

¶ 5. De seipso loquitur Apostolus Corinthiis, quasi amici, quibusque multumque cum eis facturus, quò iturum, quando ad eos venturum, et quamdiu apud eos permaniturum.

¶ 10. Timotheum commendans, iria pro illo petit ab

eis: ut sit apud eos securus, habeatur in honore, dedicatur pacifice.

¶ 12. Sic exorat Apollon quòd nunc ad Corinthios non vadat, ut eos tamen solatur spe futuræ Apollon apud eos præsentia, ubi vacuum fuerit.

Beligna inampli in commendationibus et salutationibus. Non diligentes Dominum nostrum Jesum Christum anathematizat; diligentes amplectitur.

- 1. Quod spectat ad collectionem pecuniarum pro elemosinis, quæ sunt pro sublevandis pauperibus christianis, habitantibus Jerusalem; idem vos facite quod ecclesie Galatie faciendum præcepi.
- 2. Die Dominicâ unusquisque vestrum apud se reputat, ac recodant quod ei bene visum fuerit; et hoc moneo, ut in promptu sit pecunia, et non, cum venero, tunc colligenda;
- 3. Cum autem ad vos venero, quoscumque ex vobis elegeritis, ego hos cum meis litteris mittam Jerusalem, ut vestram perferant beneficentiam.
- 4. Quod si opera pretium fuerit ut et ego illuc vadam, mecum ibunt.
- 5. Ad vos autem veniam, cum pertransiero Macedonia: si quidem Macedonia obiter pertransibo.
- 6. Apud vos autem forsitan manabo, ut post hiemem, vos me deducatis quocumque proficiam.
- 7. Nolo nunc obiter et viam transiturus vos invisere; spero etenim me aliquantulum tempus apud vos commoraturum, si Dominus id permiserit.
- 8. Interim Ephesi commorabor usque ad Pentecosten.
- 9. Si quidem spes magna et evidens affulget fructus vestris, sed non sine negotio, quia adversarii multi, qui conantur impedire.
- 10. Quod si venerit ad vos Timotheus, videte ne quid illi contingat apud vos periculi; opus enim Domini in Evangelio promovendo mecum operatur, estque meus collega, et cooperarius.
- 11. Ne quis ergo illum, ut juvenem etate spernatis; sed ut apostolum illum honorate, abentem comitantem, et officiosè deducentes, ut ad me veniat; nam illum expecto cum fratribus.
- 12. Quod attinet ad Apollon, quem desideratis, notum vobis facio quòd illum vehementer hortatus sum ut ad vos iret cum aliquot fratribus; at certus ob cau-

VERS. 1. — DE COLLECTIS AUTEM...; Græcè, de collectâ, seu de collectione pecuniarum pro elemosinis.

QUE ERUNT IN SACRIS; Græcè, que in sanctis. Verbum non exprimitur, sed subintelligitur, vel que sit, vel que faciendus est; in sanctis, id est, pro sublevandis pauperibus christianis habitantibus Jerusalem, vel in Judæâ. Hi à suis contributibus, ob Christi fidem, fuerunt omnibus exuti bonis, Hebr. 10, 34, et eos apostoli in concilio Hierosolymitano commendaverunt Paulo et Barnabæ ad gentes missis, ad Galat. 2, 40; tantum ut pauperum memores essent, quod sollicitus sui facere.

VERS. 4. — DE COLLECTIS AUTEM, etc. In sanctos, hoc est, in christianos pauperes Hierosolymitanos agentes.

VERS. 5. — PER VIAM SABBAÏ, id est, in primo die hebdomadæ, videlicet dominicâ, unusquisque vestrum apud se ponat, recodens quod ei bene placuerit. Ut scilicet ante cenam et agere quisque apud se seponat, quod mox veniens in Ecclesiam ad cenam offerat in elemosinam et collectam. Recodens, Græcè thesauricus, quod de eo proprie dicitur, qui paulatim

ssas non fuit illi voluntas ad vos venire eundi; ibit autem cum erit opportunus et otium.

15. Interim, dum ad vos venio, vigilate, vestra saluti attenti, state in fide suscepta, infracto sitis animo contra male sciendentes, et fortes vosmet prestare.

14. Omnia vestra fiant in charitate et cum charitate.

15. Notis, fratres, que et qualis sit domus Stephanæ, et Fortunati, et Achaici; scitis quia primi ex Achaia crediderunt Domino, et esse totos fidelium ministerio dederunt, soliti in eos charitatis exhibentes officia; hinc ego vos obsecro

16. Ut illos reverentini, eisque et omnibus hujusmodi cooperantibus, et ad Evangelii propagationem laborantibus, honorem et obsequia præstetis.

17. Grata mihi fuit hic presentia Stephanæ, et Fortunati, et Achaici, quia presentia vestra defectum supplerunt.

18. Saepe contubernio et colloquio recalcitrant spiritum meum, imò et vestrum, quia totus vester. Tales ergo peccatarii honore prosequamini.

19. Salutant vos omnes Ecclesie, que sunt in Asia, Minori scilicet; salutant vos plurimum in Domino Aquila et Priscilla, cum ea que in domo eorum est, Ecclesia; apud quos et ego hospiter Ephesi.

20. Salutant vos omnes fideles; et vos salutate invicem in osculo pietatis, symbolo charitatis.

21. Saluto vos ego Paulus, atque id meâ propria manu subscribo.

22. Si quis non amat Dominum nostrum Jesum Christum, sit anathema, Maran Atha.

23. Gratia Domini nostri Jesu Christi sit vobissem.

Vos omnes sincerè diligo et amplector in Christo Jesu, Dominus nostro; ita et vos invicem diligite in Christo Jesu. Amen.

COMMENTARIA.

SICUT ORDINAVI; Syr., quemadmodum præcepi. Sensus ergo est: Quod spectat ad collectionem pecuniarum pro sanctis, seu fidelibus Hierosolymitanis sublevandis faciendam, vos idem facite, quod ecclesie Galatie faciendum præcepi; seu eundem tervale modum, quod illis constitui. Modum præcipit, rem non præcipit, sed liberam relinquat.

VERS. 2. — PER VIAM SABBAÏ...; Græcè, sabbatum. Duplex hic hebdomada. Primus, sabbatum, pro prima; apud Judæos numerus cardinalis pascitur per numerum, ut Gen. 1, v. 5: Factumque est vespere et mane, dies unus; id est, primus. Secundus hebdomada, sabbatum, pro, hebdomada. Apud eosdem collecta reperit et cumulat. Quod ei bene placuerit, pro modo facultatum seu lucri hebdomadarii quisque seponat et emanulum faciat, tribuendum in collectam publicam.

Ut non, cum venero, tunc collecta fiant. Vult Apostolus collectas prius heri particulatim per dies dominicas; ut, cum venierit, paratas eas inveniat, ita ut interim, ut summa ex his colligenda statim mitti possit Hierosolymam.

Judeos sabbatum erat septima dies, hęcque dies erat sacra et tota Deo devota. Ab hac autem die, tanquam à nobiliori parte, et ipsa hebdomada dicebatur sabbatum, ut: *Sejuno bis in sabbato*, id est, in hebdomada; et omnes alii dies dicebantur etiam sabbata, sed cum addito, prima sabbati, secunda sabbati, etc., id est, prima à sabbato, seu post sabbatum, etc., secunda post sabbatum. Itaque septima dies dicebatur absolutè sabbatum, cetera cum addito. *Per manum ergo sabbati*, id est, primà die à sabbato, seu die dominicâ, primâ die hebdomadæ. *Per unam sabbatorum*, id est, primâ dierum hebdomadæ.

UNUSQUISQUE VESTRUM APUD SE SEPNAT, RECOMENDENS. Græc., *thesaurizans*, id est, paulatim accumulans; tribuendum postea in collectione publicâ.

QUOD EI BENE PLACUERIT. Libera est elemosyna. Græc., quod prosperatum fuerit, seu quod, Deo proptero, bene successerit. A Deo est prosperitas; hinc et ad Deum referenda; facultates à Deo suppeditantur; ideò in Deum referendæ, seu quasi primitiæ, seu quasi decimæ.

Itaque sensus est: *Unusquisque vestrum*, die Dominicâ apud se (in arcuâ quadam domestica, ait D. Chrysostomus) *seponat*, paulatim thesaurizans, seu cumulans faciens, tribuendum in collectione publicâ, quod ei bene visum fuerit, pro modo facultatum et lucri, prout Deus ei benedixerit; ut cum venero, non fiant tuæ collectæ, sed paratæ sint, tantumque restet summam ex eis conflant mittere Jerusalem.

Nota doctrinalis.

Ex hoc loco bene colligitur quod jam tum ab apostolis septimæ diei solemnitas translata fuerit in diem Dominicam; ideò enim Apostolus vult primâ die post sabbatum collectas fieri, quia eâ die, utpote Dominicâ, conveniebant fideles divina celebrari mysteria, siquæ opportunitas erat elemosynas colligendi. Hinc etiam bene colligitur quod non omnia scripta sint, quæ servari jusserunt apostoli; sed quadam vivâ voce tradita, quæ traditiones apostolicæ dicuntur.

Observatio moralis.

Ex hoc eodem loco et ex praxi quam in hac die docet Apostolus, discat quilibet Christianus quod dies Dominica, dies orationis sit et elemosynæ dies; et ideò elemosynæ, quia dies orationis. Oraturus, et ideò quasi mendicus, accedat ad Deum, da mendicis ut exaudiaris; da, et dabitur tibi; quæ mensurâ mensurus fueris, remetietur tibi. Elemosynis mensurâ peccata tua, ut dimissis peccatis tuis, gratis ores et exaudiaris. Elemosyna diei Dominicæ erit redemptio peccatorum in hebdomadâ præteritâ commissorum;

VERS. 3, 4. — *Cum autem præsens fuero?... Quod si dignum fuerit ut et ego cum, etc.* Hinc verbis, tacitè estimantur eos ad largiorem collectam, videntur tantam quæ apostoli perierunt ministerio non sit indigna.

VERS. 5, 6. — *Veniam autem ad vos.... Apud vos autem forsitan manebis, ac si dicat: Adventus meus ad vos non erit transitus solum, ut dixi de Macedonia, sed erit mora durtiorum. Apparet autem fuisse moram*

erit et præservatio à peccatis in hebdomadâ sequenti; siquæ hac elemosyna redimet à præteritis, et præservabit à futuris. D. Chrysostomus hanc fidelibus oraturis dabat praxim.

Praxis christiana.

Pauperum arculam domi faciatis, et juxta locum in quo stas orans, sita sit, et quoties ad orandum fueris ingressus, deponere primùm elemosynam, et tunc emittè precationem, etc. Hanc habens arculam, habes arma adversus diabolum; precationem reddis altam; sanctum domum construis, quæ habet alimenta regis intus recondita. Ideò et juxta lectum sita sit arcula, noxque nullis perturbabitur visis et insomniis; tantum in eâ nihil turpiatur ex injustitiâ. Chrysostomus in Moralibus.

Superius dixerat: Domum tuam fac ecclesiam, arculam gazophylacium; esto custos sacre pecunie, à te ipso ordinatus dispensator pauperum; benignitas et humanitas dat tibi hoc sacerdotium.

VERS. 5. — *CUM AUTEM PRÆSENS FUERO; Græc., cum affuero; Syr., cum advenero.*

Quos PROBaveritis..., seu quos ex vobis elegeritis, ut fideles, et ad hoc opus aptos, ego eos mittam cum litteris meis, quibus scilicet et vestram liberalitatem commendem, et de eorum fidelitate testimonium perhibeam.

PERFERE GRATIAM VESTRAM, id est, beneficentiam. Divus Chrysostomus notat quod dicit Paulus abstinet à nomine elemosynæ; utitur autem nomine gratiæ, ut ostendat eos magna operari, ut ostendat eos lucrari.

VERS. 4. — *QUOD SI DIGNUM FUERIT... Quod si collecta tanta sit, ut æquum sit me ire, eos comitabor. Corinthios paulo tenaciores excitat ad largitatem; sed nota quàm sollicitè Paulus vitet minima scandala, minimamque suspicionem.*

Quos PROBaveritis. Liberam relinquit electionem. MECUM IBEANT, ne videatur aliquid sibi velle decerpere.

VERS. 5. — *VENIAM AUTEM AD VOS... Aperit illis, quasi amicis suis, quid sibi facturus, etc. An hæc omnia inferius dicenda compleverit Apostolus, controveritur. Sed noto quod hæc et similia verba significant voluntatem et animi propositum; unde, licet non succedat rei eventus, nihil propterea falsi in verbis, quia ex animo et bonâ fide dicta sunt.*

VERS. 6. — *HIEMABO, hibernabo, totam hiemam transigam.*

Ut vos RE... Fideles solebant apostolum suum à se discedentem deducere, in viâ comitari, et vitæico jurare.

VERS. 7. — *NOLO ENIM VOS... Nolo hunc, id est,*

trium ferè mensium, ex loco Actuum 29, addit, forsitan, propter rei incertitudinem.

Vel etiam hiemabo, id est, totam hiemam apud vos peragam, ut vos me deducatis quocumque iero. Fideles honorificum sibi dicebant, si quæ apostolum à se discedentem deducerent.

VERS. 7. — *Nolo enim... si Dominus permisit, id est, concesserit. Dominum Christum intelligere videtur, de quo dicitur Act. 16; Et non permisit eos spiri-*

in hac occasione, obiter tantum, et aliò propterea vos invisere.

VERS. 8. — *PERMANEBO AUTEM EPHESI... Hinc colligitur hanc Epistolam Ephesi scriptam esse.*

VERS. 9. — *OSTIUM ENIM MAGNUM... Duas dat rationes cur Ephesi sit permanens: prima, quia spes, occasio magna et evidens sese offert multis convertendi; secunda, quia ibi adversarii multi, qui resistunt et conantur impedire. Nihil terret Apostolum; ideò permanet, quia adversarii multi.*

EVIDENS, *ἐμφανής*. Nunc textus Græcus habet *ἐφ' ἑαυτῶν*, sed evidens magis convenit ostio; Syrus habet, *plenum operosis factis*.

VERS. 10. — *SI AUTEM VENERIT TIMOTHEUS... Paulus, qui sibi nihil timet, pro Timotheo discipulo suo timet. Timebat ne quis aut nobilitate, aut opibus, aut sapientiâ tunc, illum ut juvenem sperneret. Hinc rogat primò ut sit apud eos sine periculo, nullus sit ei molestus.*

Opus ENIM DOMINI... Meis est in Evangelio promovendo cooperarius et collega. *Opus Domini*, Evangelii promotio, seu propagatio. Maximum hic habes Timothei elogium; D. Pauli fuit collega et cooperarius, sicut et ego.

VERS. 11. — *NE QVIS ERGO... Hinc rogat secundo ne quis eum, ut ætate juvenem spernet; sed ut apostolum et Pauli collegam honoret; et in honoris testimonium, eum abentem deducant in pace, et lauto prospectantur vitæico. Hoc confirmat quod v. 6 dictum est, scilicet fideles, Evangelii præconem deducebant honorificè, et vitæico recreabant.*

tus Jesu. Hoc addit, quia nesciebat, an permissurus esset Dominus.

VERS. 8. — *Permanebo autem Ephesi, etc.; quia scilicet Ephesi erat celeberrimum illud Diane templum, ibique residebant Asia Minoris primarii. Unde Ephesi salubritate preconant Asia, et ut Philostr., lib. 8 Vita Apollonii, testatur, plurimum Ephesi vigebat sapientiâ; itaque major ibi messis erat S. Paulo: quæ causa fuit cur Ephesi morari et permanere statuerit.*

VERS. 9. — *Ostium enim mihi operosis est magnum et evidens.* Magna scilicet Ephesi mihi se aperit occasio et dicitur Evangelii seminandi, et convertendi multos. Ita Ambrosius.

Et adversarii multi. Verisimile est autem Judæos intelligi, qui in eâ civitate multi erant, siquæ more suo remoram Evangelio facturi: quemadmodum et ficerè jam operant: bestia mirum ille, cum quibus Ephesi pugnaverat. Ut dicitur est capite superiori.

VERS. 10. — *Si autem venerit Timotheus, videte ut sine timore sit apud vos, curate ut securè apud vos agat, id est, timendi causam non habeat; nemo sit ei molestus.*

Opus enim Domini operatur, sicut et ego. *Opus Domini*, Christi intelligere, id est, spectans ad promovendum Christi Evangelium. Cujusmodi opus in primis est ipsa Evangelii prædicatio.

VERS. 11. — *Ne quis ergo illum spernet, Græcè, vitæico id, nihil faciat. Quod metuendum erat ob ætatem ejus adhuc juvenilem.*

Destitit autem illum in pace, ut veniat ad me, scilicet, Ephesum, ubi nunc ago: *expecto enim illum cum fratribus.*

VERS. 12. — *De Apollo autem fratre vobis notum facio, quantum invitum rogavi eum sive hortatus sum eum, ut veniret ad vos cum fratribus, id est, ut ad vos*

VERS. 12. — *De APOLLO AUTEM FRATRE... Notum erat Corinthiis, et apud eos desideratus. Hinc Apollonius sese excusat quod eum non miserit. Quod attinet ad Apollo: NOTUM VOBIS FACIO QUANTUM, etc.; hæc verba non sunt in Græcè, nec in Syro, et putantur addita; NULTUM ROGAVI ILLUM, UT AD VOS IRET, sed certas ob causas non potuit; NON FUIT ILLI VOLUNTAS.*

VENIET AUTEM... Solatur Corinthios per spem.

VERS. 13. — *VIGILATE... Paucis multa. Dum ad vos veniam, de vestra salute sollicitus, vigilate contra diaboli astutias, et contra malè studentium insidias. STATE; vigilantis enim situs est, et stanti difficilè somnus obrepat.*

VIGILITE UT AGITE, Syr., *probate vos viros. Mulebrem fugite inconstantiam et levitatem. Et confortamini; forti et infracto sibi animo.*

VERS. 14. — *OMNIA VESTRA... Speciatim verò omnia facite, non ex contentione, aut ambitione; sed ex charitate, siquæ nulla erunt apud vos schismata.*

VERS. 15. — *OBSECO AUTEM VOS, FRATRES, NOTIS DOMUM STEPHANE, FORTUNATI ET ACHAEI. Græc. et Syr. solum habet, Stephanum. Nostis familiam Stephanæ, quæ, et qualis sit, et quanti meriti. Prima est quæ in Ecclesiâ fidem suscepit, FRUITUR.*

ET IN MINISTERIUM... Et præterea ex charitate sese ultrò sanctorum ministerio addiderunt, hospitalitatem et beneficentiam in illos exercentes. *Obsecro itaque*

VERS. 16. — *UT ET VOS SCRIBIT... Eos reverendo, honorando, eisque obsequendo. ET OMNI COOPERANTI... Idem præstate honoris et obsequii omni et collibet co-*

iret, vosque inviseret, fratribus aliquot comissus. Et utique non sibi voluit ut non veniret. Sensus est: Frustra cum hortatus sum ut ad vos iret. Nam ob certas causas non erat ei nullo pacto animus non eundi.

Veniet autem (ad vos, ô Corinthi, Apollo) cum ei tacuerim, id est, opportunitate, fuerit. Ita Ambrosius.

VERS. 13. — *Vigilate, state in fide, etc. Vigilare, id est, salutis vestre curam gerite, scilicet adversus malè studentium insidias. State (qui situs est vigilantis), id est, persistite in fide Evangelii, quod à nobis didicistis. Estate virili et infracto fortique animo adversus ea mala, quæ vobis ab hostibus et persecutoribus fidelium, seu Judæis, seu gentilibus, infurorant aut imminant.*

VERS. 14. — *Omnia vestra in charitate fiant, q. d. Paulus: O Corinthi, non in contentione, non cum ambitione et schismate, sed cum charitate christiani, quæ virtus est divina à Christo vobis infusa, omnia vestra facite.*

VERS. 15, 16. — *Obsecro autem vos, fratres... ut et vos subditi sitis ejusmodi, quod sic cum Theoph. ordinandum est: Obsecro vos, fratres, ut subditi sitis Stephanæ, Fortunati, Achæio (et omni cooperanti et laboranti); nota enim domum, id est, domos, puta familias eorum, quantum (quod) primitus sibi Achæio, primi scilicet qui in Achaïâ crediderunt Christo, quæ se suoque ordinaverunt et addiderunt ministerio sanctorum, ut scilicet exerceant hospitalitatem in christianos egenos et peregrinos, maxime qui laborant in Evangelio. Nota subditi sitis, nimirum honorando eos, eorum monita et exempla sequendo. Et omni cooperanti et laboranti, id est, non solum illis subditi sitis, sed et omnibus quicumque vel cum illis vel mecum rem evangelicam adiuvant. Tales enim præ aliis digni sunt honore.*

VERS. 17. — *Gaudeo autem in presentia Stephanæ,*

operanti ad Evangelii propagationem, et ad fideles sublevandos allaboranti.

VERS. 17. — **GABEBO AUTEM IN PRESENTIA STEPHANI, ET FORTUNATI, ET ACHAÏ.** Hi tres Corintho venerant Ephesum Pauli visendi gratia; testatur enim Apostolus quod illorum presentia fuerit sibi gratissima, quia scilicet sua presentia omnium Corinthiorum presentiam, quam Paulus desiderabat, suppleverunt.

VERS. 18. — **REFECERUNT.** Sua enim presentia et colloquio refocillarunt spiritum meum, qui et vesper est, quia vobis sum totus, et charitate conjunctissimus, nihilque nisi vestrum hominum cogitans et volens.

CHOMOSEITE.... honorate, colite, etc. Illos commendat Apostolus, timens ne Corinthii infenso sint in eos animo, quia eorum vita sibi manifestasset.

VERS. 19. — **SALUTATI VOS ECCLESIE ASTE,** scilicet minoris, in qua erat Ephesus, unde hanc Epistolam misit.

CUM DOMESTICA VITA ECCLESIAE. Id est, cum reliquis fidelibus, qui in eadem familia vivunt.

VERS. 20. — **IN OSCELO SANCTO,** id est, quod sanctos decet, estote sancti amoris symbolum.

VERS. 21. — **SALUTATIO, MEA MANU,** subauditur scripta. Hucusque dictavit Apostolus, scriptaque amanuensis; hic vero calamus sumptit Paulus, et propria manu scripsit quae sequuntur.

VERS. 22. — **SI QUIS NON AMAT.**... Dominum sui amore pressus, stylium chrumpit ex quadam animi commotione, et ante salutationem interjecit anathema in eos qui non amant Dominum nostrum Jesum Christum.

SIT ANATHEMA. Cum execratione separaretur et abjiceretur exitio destituitur.

MARAN ATHA. Vox Hebraeo-Syriaca, significans De-

um *Fortunati, et Achaï;* quia scilicet hi viri ipsi Paulo praesentes sunt; quoniam id quod vobis dicitur circa meum ministerium, ipsi supplere debent; ut ro vobis mihi ministrarent, et sic quibus et facultatibus me, remque christianam juverent et promoverent.

VERS. 18. — *Refecerunt enim et meum spiritum, et vestrum, quoque: quia mea refectio, vestra quoque refectio et recreatio est.*

Cognoscite ergo qui injuriamdi sunt, id est, reverentini, colite eos, honorificos habetote.

VERS. 19. — *Salutati vos ecclesia Aste.* Minorem Asteo intelligit, in qua erat Ephesus, ubi scribitur hanc Epistolam.

Salutati vos in Domino multum Aquila et Priscilla, cum domestica vita ecclesiae; Graeco, cum ea qua in domo eorum est ecclesia. Apud quos et hospitium me, remque christianam juverent et promoverent.

VERS. 20. — *Salutati vos omnes fratres, id est, fideles, qui circa nos sunt. Salutate invicem in osculo sancto, hoc est, cum osculo quod sanctos decet, quodque symbolum est sancti et christianam amorem.*

VERS. 21. — *Salutatio mea, manu Pauli, subauditur scripta hanc esse quae sequitur. Haec verba cum his quae sequuntur usque ad finem, affirmat Paulus sua manu se scripsisse loco salutationis qua elandi solet epistola. Nam reliquam Epistolam totam ipso dictante scriptam ab alio quoyam fuisse existinandum est. Piusquam ipsa verba salutis adscribat, per hyperbaton interpositi executione quendam in eos, qui salute sunt indigni, decessit.*

VERS. 22. — *Si quis non amat Dominum nostrum Jesum Christum, sit anathema. Maran Atha. Anathema est res quae cum execratione separatur, abjicitur, et destituitur ad extremum exitium; quod in hominibus*

minis noster venit. Supple, iudex et vindex, ut talen puniat, quasi imprecatio, quae peccatorum ad Dei iudicium renouit. Sicut illis qui cum amant, redemptio venturus est Christus; ita his, qui cum non amant, anathema sit, id est, ut illos abominetur et perdat; Ambrosius. Per unum hoc verbum omnes terruit; eos, qui membra sua faciebant membra meretricis; eos, qui fratres offendebant per immolata idolis; eos qui nominabantur ex hominibus; eos qui non credebant resurrectioni; D. Chrysostomus. Non solum autem terruit, sed etiam ostendit viam virtutis; et fontem vitii: quomodo enim quae vehemens fuerit charitas extinguit et expellit omnes peccatorum species; ita etiam quando fuerit imbecillior, facit ea germinare. Idem Chrysostomus. Charitas Christi, omnis virtus, sive omnis virtutis, extinctio omnis peccati. Non diligeret Christum, mors omnis virtutis, fons, origo, vita omnis peccati. Attende tibi, et hoc terribili tollit expergefactus: *Quisquis non amat Jesum, sit anathema, etc.*, vide num cum verè et sincere diligas; num ejus mandata ex amore servas; num illius Evangelii veritates diligas; num ejus membra, pauperes, in quibus habitas, et quos tibi, ut semetipsum, commendat, honores, diligas, adjuves; num Ecclesiam, ipsius corpus, reveraris; num crucem, Christi sponsum, honores, aures, cum reverentia suscipias. Quam panem Christum Dominum verè diligunt! Quot ergo pertervere debet hoc anathema: *Si quis non amat Dominum nostrum Jesum Christum, etc.* Diligam te, Domine fortitudo mea, firmamentum meum, et refugium meum; diligam te verè, sincerè, efficaciter; tua voluntati in omnibus cum affectu subditus; tuae veritati, tuos mores diligens et amplectens; temet-

est aeterna damnatio. Non sicut ergo verba excommunicationis; sed execrantis et denuntiantis eternam damnationem his qui Christum non amant, et infidelibus. Quales forè erant inter Corinthios, qui seculari sapientia philosophorum imbuti, Christum quiesque dominationem velut obiectum et humilem asperam iam cooperant. Sanè B. Thomas sensum hunc indicat dum sic exponit: *Si quis non amat Dominum Jesum Christum, id est, fidem Christi: et isti, inquit, sunt heretici, Lyran. referi ad Judaeos, negantes Dominum, id est, Messiam, venisse: et Jesum, quem apostoli Messiam ac Dominum predicabant, odio prosequentes, atque anathema dicentes, ut supra, c. 12; quibus vicissim meretricis dicitur anathema. Generaliter hoc anathemate percussit ac terri voluit omnes illos, quos Apostolus ob gravia peccata hanc Epistolam castigavit: ut schismaticos, fornicarios, idololatras cum fratribus offendendo comedentes, sacra mysteria indignè participantes, resurrectionem mortuorum non credentes; quibus utique cunctis imminet certus interitus, nisi poenitentiam agant.*

Maran Atha idem est quod: Dominus noster venit. Dices: Quis facit *Maran Atha*, id est, *Dominus noster venit*, ad rem et scopum Apostoli? Subjicit itaque Paulus post *anathema Maran Atha*, quia Hebraei quendam condemnantes solebant id facere sub comminatione et contestatione praesentis divini iudicii, ut patet Dan. 12, Ps. 9, etc.; *Maran Atha*, id est, Dominus noster venit, scilicet, vindex ad iudicium; aut potius, *Maran Atha*, id est, venit Dominus iudex, ut eum qui Christum non amat, anathemate feriatur, danet, et puniat. Est enim *Maran Atha* sicut et *anathema* vox execrantis et condemnantis.

ipsum in tuis ministris reverens, in pauperibus amans, in crucis adorans, te unum diligens, et omnia propter te.

VERS. 25. — **GRATIA DOMINI NOSTRI JESU CHRISTI VOSVOC.** Haec est salutatio quam propria manu, v. 21, dicit se scripsisse, estque quasi sigillum, quo suas Epistolas claudit Apostolus. Salutatio sanè tanto Apostolo digna.

VERS. 25. — *Gratia Domini nostri, etc.* Est autem haec salutatio quam dixit manū suā se subscribere, quā nimirum omne hominum salutari precatur à Deo per Christum his ad quos scribit; quia, ut ait Thom., in

Corollarium pietatis, seu in hoc capite ad pietatem maxime notanda, et ad proximum redigenda.

1^a Ex versu secundo nota quod dies dominica sit dies orationis et elemosynae; et idè elemosynae dies, quia dies orationis. Vide ibi dieta in commentario. Hincque collige quod hae dies transigi debent in orationibus et in operibus misericordiae faciendis, quibus Deus glorificatur, et anima nostra sanctificatur. Attende ergo tibi, et vide quomodo hunc diem transigas, an in oratione; in verbi divini meditatione; in operibus misericordiae, seu corporalibus, seu spiritualibus. Cave ad hodiernum abusu, seu à perverso modo dies festos celebrandi: post missam particularem uicunquam audiam, hi dies integri peraguntur in ludis, in deambulationibus, in potationibus, in eboreis, in lasciviis. Heu salubra mendacia, in quibus maxime offenditur Deus, qui maxime debet honorari; in quibus maxime conspiciatur christianitas, qui de-

GRATIA.... Omne bonum salutari illis à Deo peccator per Jesum Christum, vitam salutem, fortitudinem animae, gratiam, gloriam, etc.

CHARITAS MEA.... Vos sincerè charitate diligo in Christo Jesu; affectu, licet absens corpore, sum vobis conjunctissimus, affectu, inquam, non humano, aut carnali, sed tuo spirituali, et christiano. Amen.

gratia Domini nostri Jesu Christi continetur omniae bonum.

VERS. 21. — *Charitas mea, quā vos diligo, cum omnibus vobis sit, ut simili charitate sincerè vicissim me et invicem diligatis in Christo Jesu, et propter Christum. Ita Ambr. et Ansel. Amen.*

bebat maxime sanctificari! Cave et ad hodiernam pauperes duritia, et dominicis et aliis diebus assueti; proxium autem disce à D. Chrysostomo omnibus fidelibus orationis datam. Vide in commentario v. 2.

2^a Audientis terribile tonitru ab ore divi Pauli prolatum: Si quis non amat Dominum nostrum Jesum Christum, sit anathema, v. 22, attende tibi, et vide num verè diligas ipsum; habitas, mandata Dei servans ex amore; actus, frequentes charitatis actus exercens. Sin autem sis in actu, vel in habitu peccati mortalis; mandatorum Dei actualiter et habitualiter transgressor, frem, jam enim tua iudicialis sententia prolata est: *Maran Atha*; Dominus noster venit, iudex et vindex tibi dicitur: *Discede à me, maledicto, etc.* Ad tam terribile tonitru, qui non expergefcitur, non dormit, sed mortuus est.

IN EPISTOLAM II AD CORINTHIOS Præfationes.

Plerosque Corinthiorum prima divi Pauli Epistola meliores effecerat; hinc secunda haec, priore lenior, benignior, et ferè utique consolatoria. Et sanè par erat, ait divus Chrysostomus, ut quemadmodum Co-

Paulo apostolo suum ad Corinthios adventum quem promiserat, graves ob causas differente duntaxat, quibus vel illi sperarent, vel ipse stansisset: valeret temporis quidam ex circumcissionum pseudopostoli, quibus studium erat Evangelio legem Moysicam admiscere, et ex Evangelio quæstam facere, Paulo absente, libertis apud Corinthios se suamque doctrinam insinuaverant, non sine ambitione, Paulique eorum apostoli contemptu, cujus et doctrine et personae detrahant. Porro ea de quibus in priore Epistola Corinthios admonuerat, partim jam erant correctæ, partim non erant. Nam fornicarios quidem ille famosis, excommunicationis ignominia ad poenitentiam erat adductus; verum illa quædam gentilitatis ac veteris hominis vitia apud eos residebant. Sed et de collecta faciendâ

rintibus, cum peccarent, conceñsebat; sic etiam eos ad meliorem mentem reversionem, comprobaret, ac laudibus afficeret. Quia verò pseudoapostoli, prioris Epistolæ monitis ac correptionibus irritati, peioresque

in fratres pauperes Hierosolymæ degentes, necdum Apostoli prescripto satisfactum erat. Quibus intellectis, cum statim ad eos accurere non posset, hanc secundam scripsit Epistolam: in qua primum commemoratis afflictionibus in quas incidit, excusatus esse, causamque reddidit cur juxta promissum non veniret. Deinde fornicarium jubet in gratiam recipi, condonatione poenitentis relinquit. Tertio, monus sum apostolicum ex comparatione legis evangelicæ cum lege Moysicæ, commendat et extollit: obiter taxatis pseudoapostolorum hypocritarum; suamque Evangelio predicantem sinceritatem asserens. Quarto, subnequit exhortationem; quæ monet ut vitam ducant christianam professione dignam; atque infidelium mores et societatem vitent. Quinto, consolatur eos, ac debet quan-

operanti ad Evangelii propagationem, et ad fideles sublevandos allaboranti.

VERS. 17. — **GABEBO AUTEM IN PRESENTIA STEPHANI, ET FORTUNATI, ET ACHAÏ.** Hi tres Corintho venerant Ephesum Pauli visendi gratia; testatur enim Apostolus quod illorum presentia fuerit sibi gratissima, quia scilicet sua presentia omnium Corinthiorum presentiam, quam Paulus desiderabat, supplerent.

VERS. 18. — **REFRAGERENT.** Sua enim presentia et colloquio refocillarunt spiritum meum, qui et vesper est, quia vobis sum totus, et charitate conjunctissimus, nihilque nisi vestrum hominum cogitans et volens.

CHOMOSITE.... honorate, colite, etc. Illos commendat Apostolus, timens ne Corinthii infenso sint in eos animo, quia eorum vita sibi manifestasset.

VERS. 19. — **SALUTATI VOS ECCLESIE ASTE,** scilicet minoris, in qua erat Ephesus, unde hanc Epistolam misit.

CUM DOMESTICA VITA ECCLESIAE. Id est, cum reliquis fidelibus, qui in eadem familia vivunt.

VERS. 20. — **IN OSCELO SANCTO,** id est, quod sanctos decet, estote sancti amoris symbolum.

VERS. 21. — **SALUTATIO, MEA MANU,** subauditur scripta. Hucusque dictavit Apostolus, scriptaque amanuensis; hic vero calamus sumptit Paulus, et propria manu scripsit quae sequuntur.

VERS. 22. — **SI QUIS NON AMAT.**... Dominum sui amore pressus, stylium chrumpit ex quadam animi commotione, et ante salutationem interjecit anathema in eos qui non amant Dominum nostrum Jesum Christum.

SIT ANATHEMA. Cum execratione separaretur et abjiceretur exitio destituitur.

MARAN ATHA. Vox Hebraeo-Syriaca, significans De-

um *Fortunati, et Achaï;* quia scilicet hi viri ipsi Paulo praesentes sunt; quoniam id quod vobis dicitur circa meum ministerium, ipsi applicaverunt; et vos vobis mihi ministraverunt, et sic quibus et facultatibus me, remque christianam juverunt et promoverunt.

VERS. 18. — *Refragerunt enim et meum spiritum, et vestrum, quoque: quia mea refectio, vestra quoque refectio et recreatio est.*

Cognoscite ergo qui injuriamdi sunt, id est, reverentini, colite eos, honorificos habetote.

VERS. 19. — *Salutati vos ecclesia Aste.* Minorem Asteo intelligit, in qua erat Ephesus, ubi scribitur hanc Epistolam.

Salutati vos in Domino multum Aquila et Priscilla, cum domestica vita ecclesiae; Graeco, cum ea qua in domo eorum est ecclesia. Apud quos et hospitium me, remque christianam juverunt et promoverunt.

VERS. 20. — *Salutati vos omnes fratres, id est, fideles, qui circa nos sunt. Salutate invicem in osculo sancto, hoc est, cum osculo quod sanctos decet, quodque symbolum est sancti et christianam amorem.*

VERS. 21. — *Salutatio mea, manu Pauli, subauditur scripta hanc esse quae sequitur. Haec verba cum his quae sequuntur usque ad finem, affirmat Paulus sua manu se scripsisse loco salutationis qua clausi solet epistola. Nam reliquam Epistolam totam ipso dictante scriptam ab alio quoyam fuisse existinandum est. Piusquam ipsa verba salutis adscribat, per hyperbaton interpositi executione quendam in eos, qui salute sunt indigni, decessit.*

VERS. 22. — *Si quis non amat Dominum nostrum Jesum Christum, sit anathema. Maran Atha. Anathema est res quae cum execratione separatur, abjicitur, et destituitur ad extremum exitium; quod in hominibus*

VERS. 4. — *NAM ET QUI SUMUS IN HOC TABERNACULO (CORPORIS SCILICET), INGEMISCIMUS GRAVATI, SCILICET, OB JEJUS (CORPORIS) ONUS ET PONDUS;* ita tamen ut cum Nazianzeno dicamus: Domine, aufer à me tunicam hanc ita graveam (corpus scilicet terrestre, ponderosum, arduosum), sed est de nobis leviorum. *Et quid notamus expectari, enim, scilicet corpore, sed superindui, scilicet gloriâ;* si tamen vestiti carne et corpore, non è

QUI PERSEVERAVIT... SALVUS ERIT. Uterque sensus est bonus; sed quis de facto verus, et D. Pauli? Non sum persuasus, dubito.

VERS. 4. — *NAM ET QUI SUMUS...* Mem aliis verbis repetit, causam addens cur gemant sancti, et explicans modum, quo superinductionem cupiant. Nam quamdiu moramur in hoc mortali, educto, et luteo corpore; gemimus illis onere pressi, et ad incorruptibilem suspiramus.

EO QUOD SOLVMUS, id est, non quòd velimus hoc exui, scilicet per mortem: id enim natura refugit; sed vellemus per immutationem superindui immortalitate et dotibus gloriosis.

UT ABSORBETUR... ita ut per apprehensionem æternæ vitæ, sine morte mediâ, absorbeat lux corporis mortalitas et corruptio.

VERS. 5. — *QUI AUTEM EFFICIT NOS IN HOC IPSUM...* *Græcè, at operatus nos, seu qui effectus nos. Syr., parò qui dispoit nos, id est, qui nos formavit, paravit, format, parat, et aptat ad hoc immortalius indumentum, vel ad hoc cœlestis domicilium;* Deus est omnipotens.

QUI DEDIT VOBIS PIGNUS SPIRITUS, et ad hoc non tantum nos effecit, sed et illud nobis promisit, et in promissionis suæ securitatem, Spiritum sanctum nobis pignus dedit.

Observatio literalis.

DEI GRATIA SCRIBIT APOSTOLUS OMNE HUIUS NOSTRÆ IMMORTALITATIS MERITUM; nostramque hæc in re fidem et spem auget, tum ex omnipotentia Dei, tum ex sincerâ Dei voluntate et promissione, tum ex pignore nobis ad huius voluntatis et promissionis securitatem dato. Quasi diceret: Ad hoc ipsum immortalitatis indumentum Deus omnipotens nos effecit; illud præterea in sacris Scripturis multoties nobis promisit, et ne verbis ipsis diffideremus, suæ promissionis implenda pignus, Spiritum sanctum nobis dedit.

AD HOC IPSUM DEUS OMNIPOTENS NOS EFFECIT, 1^o in ipsâ creatione, quæ creavit Deus hominem immortalem, et quò nos ad imaginem suam creavit, ut ipsius beatitudinis essentis participes; 2^o in nostrâ regeneratione,

induti per mortem inveniamur. Apostolus enim ita loqui solet de resurrectione et die judicii, quasi in instet, et quasi eam ipse cum aliis tunc viventibus sit visurus. Unde 1^o Thess. 4: *Deinde, loquit, nos qui vivimus, qui restantur, simul rapiemur cum illis in nubibus obviam Christo in aera, et sic semper cum Domino erimus.*

Ut abhorreatur quod mortale est, à vitâ, mortalitas ad immortalitatem, ne scilicet corpus ab animâ deserat, sed, animâ habitante in corpore, fiat incolumis, quod ante ingloriosum fuit. Brevissime Tertullianus illud, volentes exui, sed superindui, sic exponit: Volentes mortem experiri, sed vitâ præveniri.

VERS. 5. — *QUI AUTEM EFFICIT NOS IN HOC IPSUM, DEUS.* Sensus est: Qui nos Evangelii ministris paravit atque formavit, et quòd præ paratque reddidit ad hoc ipsum, id est, ad induendum vel superinducendum domicilium cœlestis, Deus est.

QUI DEDIT VOBIS PIGNUS SPIRITUS. Ipse Spiritus sanctus, cujus multa dona magna et manifeste iam accepimus, ait Apostolus, est pignus, id est, artha futuræ gloriæ nobis data à Deo; ut de gloriâ immortalitatis

quæ filii Dei facti sumus in Christo, ut illius immortalitatis essemus hæredes. Etenim, inquit Theophylactus, per baptismum Deus sanctificavit animam et corpus, et utraq; diviora reddidit, à peccato nos liberans, ex quo mors propagata erat... À peccato vero postquam nos liberavit, corruptionem etiam destruxit; ex peccato enim corruptio.

Hoc ipsum Deus omnipotens sapientissime repromisit in Scripturis, ac tandem in promissionis suæ securitatem Spiritum sanctum pignus dedit. Qui nobis per baptismum Spiritum dedit, pignus quoque immortalitatis nobis impertit, ait Theophylactus. Futura immortalitatis pignus est Spiritus; et aliter, qui dedit nobis in presenti Spiritum ex parte, pignus quoddam dedit se totum quoque traditurum: quomodo autem dabit, nisi corpore et animo incorruptibiles futuri simus? Ubi igitur pusillum hic acciperis, arrhabonem videlicet, confido quod et totum tunc prorsus sis habiturus; idem Theophylactus.

Observatio moralis.

Qui autem effecit nos... qui dedit nobis pignus Spiritus. Quantum fidem, spem, fiduciamque nostram, his paucis verbis firmat Apostolus, æternamque corporis et anime vitam nos docet certo sperare!

Ad hoc creatas sum ab Omnipotente: et quia per peccatum jus ad hanc vitam perdidit, factusque sum mortalis, et filius iræ; ideo per baptismum in Christi sanguine ad eam regeneratus fui; omne peccatum, nuda mortalitas propagata erat, destructum fuit; mihi que regenerato, et in Dei filium adoptato, Deus æternam vitam repromisit. Et ne verbis ipsis diffiderem, sue promissionis implenda pignus, Spiritum sanctum dedit. O charitas! Hanc cogita, recogita, et serio perpende, ò anima mea, ut finis tui semper memineris, et in Deum nunquam ingrata, terrenis nequaquam inherens; sed ad æterna, tanquam ad finem tuum continue tendas, fide, spe, religione, bonis operibus. In charitate semper ambulans et proficiens; nec pati, nec mori reformidans, ut ad immortalitatem, et incorruptionem, ad quam te Deus creavit, pervenias.

Vers. 6. — *Adventes igitur semper.* Supple, sumus. Nunc incipit et de anime gloria agere, ut v. 8 clare patet. Hæc igitur fide et spe freti, bono semper animo sumus et in periculis et in passionibus, et in ipsa morte.

Scientes quomam dei semus... id est, quia scimus adipsam non dubitemus, imò certissimi sumus, si arriam suo tempore representemus. Eundem spiritum vocavit pignus datum in cordibus, supra, cap. 1.

Vers. 6. — *Adventes, confidentes, id est, audemus, confidimus, audetis et fidenter pericula et mortem pro Christo et Evangelio suscipimus, imò optamus. Igitur, qui scilicet hanc gloriam et vitam æternam quasi hereditatem speramus ejusque pignus Spiritum sanctum accepimus, ideo audemus quævis ardua et agere et pati semper, scientes quomam dium sumus in corpore, peregrinamur à Domino; q. d. : Hæc peregrini sumus, quia conscripti sumus civis coeli, et hæredes Dei; festinamus ergo ex peregrinatione hæc tendere, et consequi patriam nostram celestem, Denique Patris nostri hereditatem adire.*

Vers. 7. — *Per fidem enim ambulamus, etc.* Hoc

quod quandiu in hoc corpore habitamus, peregrinamur, et absentes sumus à Domino, id est, à conspectu Domini. Hæc in aliena patria, tanquam peregrini sumus, absumus à Christo, absumus à patria, ad quam creati sumus: procedi à visibus Dei, quæ est felicitas nostra.

Vers. 7. — *PER FIDEM ESIM...* Nunc enim in viâ sumus, et per fidem ambulamus, id est, fide duce et præviâ, tendimus ad patriam; seu gressus nostros, affectus nostros per obscuram fidei lumen dirigimus. *Lucerna pedibus meis verbum tuum.*

ET NON PER SPECIEM... id est, nondum ad clarum Dei in se visionem pervenimus; nondum facie ad faciem, seu ut est, videmus; seu nondum illius speciem, essentiam, propriam pulchritudinem intuemur, uno verbo nondum fruimur.

Vers. 8. — *ADVENTES AUTEM...* Repetit, ut perficiat quod versu sexto copii dicere, et quod per versus septimi parenthesim fuit interruptum.

ADVENTES, INQUAM, HÆC FIDE ET SPE FRET, ET OPTAVIS à corpore magis absentes esse, quam in eo commorari;

ET PRESENTES ESSE AD DOMINUM, id est, ipsi in patria jungi, ipsum videre, ipsoque frui.

Hæc beatitudinem anime, quæ fruuntur sancti, statim ac sunt à corpore separati; ob quam audent, confidunt, optant à corpore separari, ut Deo, summo bono, fruantur in anima.

Syrus paucis et clarè hos tres versus exprimit: *Quomam igitur scimus et persequi sumus, quod quandiu in corpore habitamus, peregrinamur à Domino nostro (per fidem enim ambulamus, et non per visum) propterea confidimus, et peroptamus peregrinari à corpore, et esse apud Dominum nostrum.*

Vers. 9. — *ET IDEO, id est, ut præsentem sumus aliquando ad Dominum, eoque fruamur; CONTENTIUS, Græcè, satagimus, id est, omni studio entium fideliter nostrum ministerium exequi, et sanctè vivere; et*

SIVE ABSENTES, SIVE PRESENTES, SYR, sive peregrini, sive incolæ, id est, sive vivi, sive mortui, vel sive nunc, sive tunc, illi placeamus; SYRUS, peroptamus, omnibus votis cupimus, magis, id est, valentes, peregrinari à corpore, et præsentem esse ad Dominum, id est, eligentes potius abesse à corpore, ut liceat adesse Deo, ejusque presentia, specie et facie perficere. Græcè, et domi agere ad Dominum, sive apud Dominum, id est, tanquam in patria præsentem apud Dominum morari. Tertullianus immorari dixit.

Vers. 9. — *Et ideo contenti sumus, certam, omni studio, ministerio, comatu et nisu nostro contenti sumus, certam et ambimus Deo placere, ut in hoc*

est, fide duce ac præviâ tendimus ad celestem patriam; nec adhuc ad speciem pertingimus, quia scilicet necdum ipsam speciem, id est, naturam et pulchritudinem Dei, in se contemplamur facie ad faciem.

Vers. 9. — *Et ideo contenti sumus, certam, omni studio, ministerio, comatu et nisu nostro contenti sumus, certam et ambimus Deo placere, ut in hoc*

credimus, si verè speramus, contendamus, ambiamus, omni studio entium ejus voluntatem in omnibus exequi; hinc pendet nostra salus; ut enim ait Theodoretus, non sufficit fides ad salutem, sed convenit benefactorum in omnibus colere et observare.

Vers. 10. — *OMNES ENIM NOS MANIFESTARI...* dat rationem ob quam nobis omni studio semper contendendum sit, ut Domino placeamus. Quia nos omnes, nemine excepto, oportet coram Christo, omnium tam vivorum, quam mortuorum iudice supremo, stare, examinari, denique manifestari, omnibus et angelis et hominibus.

ET UNUSQUISQUE REFERAT, quod ipsi debitum est, præmium vel penam, convenienter vite, vel bonæ, vel malæ, quam duxit, quandiu fuit in corpore.

Quæ tremenda exprimitur in hoc iudicio. Universale erit, omnes nos; nullus mortalium excipitur. Necessarium et inevitabile, oportet. Clarum, certum et evidens... manifestari; non exteriora tantum, sed et interiora. Clara licet, evidens et publica manifestatio etiam cordium, id est, intentionum, coram Deo, angelis et hominibus; hinc pudor et confusio. Irrevocabile, quia ANTE TRIBUNAL CHRISTI, coram supremo omnium iudice. Æquissimum, ut referat unusquisque, etc., iuxta facta, volita, et cogitata à se, quandiu vixit in corpore. Hæc! quid cogito, dum hæc terribilia non cogito?

Vers. 11. — *SCIENTES ERGO TIDOREM DOMINI. TIDOR* ibi per metonymiam ponitur, pro timoris objecto, scilicet pro tremendo Christi iudicio. Illud ergo tremendum iudicium scientes, et præ oculis habentes, sincerè et fideliter coram Deo agimus.

HOMINIBUS SUAVEMUS, id est, et nostram in agendo sinceritatem studemus hominibus suadere; scilicet ne cuiquam simus scandalo; vel illius actionis malæ suspensionem adversum nos præbeamus. Ita omnes Patres Græci, divus Chrysostomus, Theophylactus, Theodoretus, divus Athanasius, plerique Latini recentiores, Estius, Erasmus in paraphrasi.

HOMINIBUS SUAVEMUS, hoc est, offendiculis modemur, ait Theophylactus.

Hinc divus Chrysostomus inferit, quod ad evitandam nostram in Dei iudicio reprehensionem, non studio non patiamur nos à quocumque superari. Sive absentes, sive præsentem placere illi. Quomam ergo tanta presentia nobis proposita sunt ac promissa, propterea contendimus, certam atque omni studio committimus, fideliter ac sincerè coram Deo ministerium nostrum exsequendo; ut sive degentes in hoc domicilio corporis, sive ut ad eum pro mortem peregrinamus, id est, sui vivi, seu mortui, Christo Domino placeamus, acceptique simus.

Vers. 10. — *Omnes enim nos manifestari oportet ante tribunal Christi, q. d. : Contendimus placere Deo in omni opere nostro, ut in tribunali Christi, cui stendi sumus, donec gloria corporis, et bestia Dei presentia ac visione; non autem ea privemur cum illis qui Deo per opera mala displicerunt.*

Et referat unusquisque propria corporis, scilicet gesta et facta, prout gessit.

Vers. 11. — *Scientes ergo timorem Domini, id est, quia scimus timeendum esse Dominum iudicem et vindicem, hinc eundem hunc timorem hominibus suade-*

ficet nihil agere mali; non sufficit coram Deo bene agere; sed præterea nobis emendandum est, ne pravà apud homines suspicione laboremus; aut quiscumque per nos, etiam innocenter offendatur. Tanta debet esse nostra erga proximum charitas! Hinc quis hoc oculatissimum Dei iudicium reformidans, non dicat: *Ab occultis meis munda me, Domine, et ab alienis parce terro tuo?*

DEO AUTEM MANIFESTI SEMUS. Quod ad Deum spectat, ipsi nostra sinceritas patet, quæ nihil latet.

Spero autem et in conscientia... Confido quod et vobis in conscientia pateat, quicquid aliqui dicant vobis in contrarium. Testatur ipsorum conscientias, contra pseudo-apostolorum maledicta.

Vers. 12. — *NON ITERUM COMMENDAVIMUS...* Qui versu precedente studuit omnem de se ullius actionis, aut intentionis prave suspensionem à proximo suo avertere; hæc ab eodem proximo studet omnem vanæ gloriæ suspensionem de se amovere. Hoc ut melius intelligas, recordare quod in præfatione hujus Epistolæ dictum est ex divo Chrysostomo: pseudo-apostoli Paulum tradebant ut vanum et arrogantem, ob quendam ab illo dicta in priore Epistolâ, quibus sese laudare videbatur. Ad hanc calumniam transit Apostolus, illam deleturum. Hæc, inquit, vobis non dico, ut me, meoque in Evangelio predicandum socios, precationis attollam, vobisque reddam commendatos.

FRATRES, id est, sicut jam in prima Epistolâ quibusdam visus sum facere. Vide cap. 9, v. 1.

SEN OCCASIONE... Sed hæc dicimus, ut vobis de nobis apud pseudo-apostolos, qui nos contumelias dilacerant, gloriam ansam præbeamus; Theophylactus.

UT HABEATIS... in promptu, unde causam nostram tueamini adversus eos, qui GLORIANTER IN FACIE, id est, in iis quæ sub aspectum cadunt; in exterioribus, v. g., eruditione, divitiis, vel in quibusdam bonis apparentibus operibus, quæ faciunt, hincque gloriantur.

NON IS CORDE, in quo non habent unde gloriantur; propria enim vincuntur conscientia, ob occulta decora, de quibus c. 4, v. 2. Vel non in cordis puritate gloriantur, sicut nos apostoli, unde vera et solida coram Deo gloria. Beati mundo corde.

ma, ut eo Dominum timeant.

Deo autem manifesti sumus, q. d. : Deus scit me sincere bene timere, et timeam hunc alius suadere. Significatur enim manifesta Dei de nobis notitia sic presentis, ut semper ferat. Interim observa quod si Deo jam manifesti sumus, non ergo Christo nos manifestandos esse dequim in extremo iudicio, sed hominibus coram Christo.

Spero autem, et in conscientia vestra manifestos nos esse. Spero et confido sinceritatem nostram quâ in evangelico munere versamur, ita vobis jammidi manifestam et probatam esse, ut bene rectoque de nobis sentiatis.

Vers. 12. — *Non iterum commendamus nos vobis, ac si dicat Apostolus: Ideoque non hæc scribo, quod monegere studem me meoque Evangelii socios iterum vobis commendare; ut quorum in conscientias satis iustificatus sumus.*

Sed occasionem damus vobis gloriamur pro nobis; ut orebus vobis materiam gloriamur de nobis; idque

Quid proderit hypocritis fallax et inanis apud homines gloria, quibus interea, vera et solida deest apud Deum gloria? Id vere sim, quod sum apud Deum. Cetera, quidquid apparent hominibus, vana sunt, et nihil.

VERS. 15. — SIVE ENIM EXCEDIMUS... Hic ad suam, circa predicam in versu precedenti calumniam, justificationem descendit Apostolus; explicans cur, et quo animo semetipsum aliquando laudet, aliquando humiliet; neutrum sine necessitate; neutrum sui cuius, sed utrumque propter Dei gloriam, et proximum salutem.

SIVE ENIM EXCEDIMUS... Syr., non sive intempe- rante, Deo; sive temperantes, vobis. Mentis excessum hic vocat quod alibi vocat insaniam, scilicet de se gloriosum loqui. Itaque si, quasi rationis limites egressi, nihil aliud de nobis loquimur;

Deo, supple, insanit sumus; id est, Dei causâ id facimus, non dâ dei nobis, ut vilibus hominibus existimatis, contempti nos et nostram doctrinam habeatis, et propterea peratis, ait D. Chrysostomus. Hic enim apostolorum, et evangelicæ doctrine contemptus, in Dei contemptum, cuius sunt apostoli, cedere, et ad veram perditionem.

SIVE SOBRIUS... id est, sana mensis; humiliter, et modestè de nobis sentimus et loquimur. Sobrietatem seu temperantiam hoc loco vocavit humilitatem, mentis excessum, narrationem eorum qua rectè gesserat; Theodoratus.

Vobis, supple, sapimus; id vestri gratiâ facimus, ut modestè exemplum vobis præbeamus; seu, ut ait divus Chrysostomus, ut à nobis modestè et submissè de vobis sentire liceatis. Si desipimus ergo, Deo desipimus; si sapimus, vobis sapimus. Hæc in re nil propter nos, sed omnia propter Dei gloriam et vestram salutem.

VERS. 14. — CHARITAS ENIM CHRISTI GREGT... Græc., colibet. Syr., constringit.

adversus temulos gloria nostre pseudo-apostolos qui nobis obtrahant.

It habetis occasionem scilicet gloriandi de me, ad eos, contra eos, qui in facie gloriantur, qui externa se specie jactant, cum sibi non sint in conscientia bene concili, sicut hypocritæ et pseudo-apostoli, et non in corde, id est, non ex cordis ac conscientie testimonio; et non ita sentunt corde, uti fors de se prædicant; non illes intus se vident, quales exterius videri volunt; conscientia non respondet externa speciei.

VERS. 15. — SIVE ENIM MENT EXCEDIMUS, DEO; quasi dicat: Si nostri oblii vehementiâ aliqua aut zelo aliquidurimus quomundant putant insaniam, ut scilicet quasi insanit arripimus in laudes inhisierit nostri, hæc gloriosus divinitusque de nobis loquamur (superbia enim et jactantia videtur, et est insaniam, ait Ambrosius, seipsum laudare), Deo, hoc est, ad Dei honorem, id facimus. Sive sobrii sumus, in sermone scilicet indubitate nostris, nobis id sit, ut nimiam vos modestiam forsancimus. Ita Chrysost., S. August., Anselm., Theophil., et alii sic explicant, quasi dicat: Si rapimus in excessum vel extasim divini amoris, contemplationis et locutionis, dicentes: Nos autem revelata facie gloriam Domini speculantes; et: Contendimus, sive audentes, sive præsentates placere illi; et: Bonam voluntatem habemus magis peregrinari à corpore, et

Particula, enim, hunc versiculum cum precedenti jungit, indicatque hic rationem prædictorum reddi: scilicet, cur, sive insanit, Deo insanit; sive sapiat, proximo sapit; et cur nihil sui causâ faciat; sed omnia ob Dei gloriam et proximi salutem, quasi dicere: Ad sic agendum urget nos Christi charitas, qui omnia propter Dei gloriam et nostram salutem fecit, et ejus exemplum nos colubet aliter agere.

ESTIMANTES HOC... id est, dum enim apud nos serio perpendimus hoc, scilicet, QUONIAM SI USUS, id est, quod, quandoquidem ipse enim pro omnibus mortuus est.

ERGO OMNES MORTUI SUNT. Hinc inferimus quod omnes mortui sunt et consequenter nos ipsi mortui sumus, id est, æternæ morti obnoxii. Pro omnibus hominibus ab æternâ morte redimendis Christus mortuus est: ergo et pro nobis ipsis mortuus est. Mortui eramus; et pro nobis ab æternâ morte liberandis mortuus est Christus. O immensa! ô nimia et nimis urgens charitas!

Hic locus illustrandus et explicandus est eo, qui est, Ephes. 2, v. 5, 4, 5; videtur enim quod apud se perpendicularit, quod ibi dixit Apostolus: *Eramus naturâ filii iræ, sicut et ceteri. Deus autem, qui dives est in misericordiâ præter omniam charitatem suam, quâ dilexit nos, et cum excusis mortui peccatis, concitavit nos in Christo, cuius gratiâ salvati estis, et conversi estis, etc.* Confer hæc loca, et videbis quod hic breviter exprimit, sed revera idem apud se cogitat et sentit; quod ibi fusius explicat. Meditans, perpendens et penetrans Paulus inmensam charitatem, qua Christus pro Paulo à morte liberando mortuus est; Paulus ardebat, et urgebatur hæc nimia Christi charitate.

VERS. 15. — ET PRO OMNIBUS MORTUUS EST... supple, et estimantes quoniam pro omnibus mortuus... seu et dum præterea apud nos serio perpendimus quod ideò pro omnibus à morte liberandis et spiritaliter vivificandis mortuus est: ET ET QUI VIVIT, JAM NOX

presentes esse ad Dominum. Quâ in re gloriari et nos laudasse vixi sumus. Vel, ut verbi Chrys., si insaniam, hoc est, si videmus quandoque amore et contemplatione ebrii et insani, uti apostoli, Act. 2 et 20, Deo, id est, ad Dei gloriam id facimus. Excessus mentis est intentio ad superna, inquit Augustinus, ut et quasi de memoria labatur infirma. Sobrius somus totis, q. d.: Licet alta contemplantur, sobrie tamen de his loquimur, ut vos ea capere possitis.

VERS. 14. — CHARITAS ENIM CHRISTI URGET NOS, compellit nos, ut et nos Christi exemplo et amore idem faciamus, insaque totos hominibus impendamus, ut eos faciamus salvos à morte; ideoque, prout eis compedit, hinc mente excedamus, prout solari simus.

ESTIMANTES HOC, quoniam si unusquis mortuus est, ergo omnes mortui sunt, q. d.: Tanta fuit Christi charitas, ut pro omnibus moreretur. Unde sequitur nos fuisse mortuos; et ideò cum mortuus est, ut nos à morte et corporis et animæ liberaret. Est, quo magis patet Christi miseratio et charitas, quod scilicet et tanta mortis miseria, eam in se suspiciens, nos eriperit, quæ profectione urget nos, ut in Christum redimemur, eoque amore in proximi salutem laudem omnibus incolumam.

VERS. 15. — ET PRO OMNIBUS MORTUUS EST CHRISTUS, ut et qui vivit, jam non sibi, non suo gloriæ, voluntati, voluptati, rursus; sed et, qui pro ipso mortuus

SIBI VIVANT, SED EI, QUI... id est, ut ei, qui pro ipsum sunt à morte liberati; et vitam gratiâ possideat; non sibi vivant, sed Christo redemptori suo, qui pro eis MORTUUS EST ET RESURREXIT: seu, qui eos et à morte liberavit suâ propriâ morte; et eos suâ resurrectione resuscitavit. Confer citatum locum supra, *convincit et concitavit...*

Hinc inferimus quod nos, et omnes, qui hæc immensâ Christi charitate, ab æternâ morte sumus liberati, et divini gratiâ vitam resuscitati; non nobis, sed Christo debeamus vivere; non propter nos agere, sed propter ipsum; non nostra curare, sed quæ Dei; ita ut omnia propter Deum et proximi salutem faciamus. Hanc consequentiam in mente Apostolum habuisse testatur sequens versiculus, id est, hujus consequentiæ fons; immò hæc ipsamet consequentia.

VERS. 16. — ITAQUE NOS... hinc fit quod nos apostoli, hæc ineffabili charitate pressi.

EX HOC, scilicet tempore, Græc., ex tunc, id est, ex quo copiamus esse Christi, seu nobis mori, et Christo vivere, ex quo capimus esse christianis.

MEMINIMUS, id est, nihil, nec nos, nec alios carnaliter, seu propter nos; aut propter aliquas rationes humanas, aut cognoscimus, aut diligimus; sed omnia spiritaliter in Christo et propter Christum, cui vivimus.

Hæc pars, secundum carnem, potest vel ad ipsum cognoscendum referri; vel ad cognitum: et pato quod per utrumque respectum vera sit. Per primum, nos nobis mortui, Christo viventes, non cognoscimus, nec judicamus, nec diligimus, secundum carnales, seu humanos nostri cordis affectus; sed secundum Christi spiritum. Qualis vita, talis et operatio: quia ergo carni mortui sumus; secundum carnem non agimus: quia verò vivimus Christi spiritu, hinc et secundum eundem Christi spiritum agimus, cogitamus et loquimur. Per secundum etiâ respectum. Nos nobis mortui, cum Christo viventes et resuscitati, carnales in aliis hominibus circumstantias non attendimus, v. g., quod Judæi sint vel gentiles, divites vel pauperes, cognati aut alieni, etc., hæc non consideramus; nec presentis et futuræ; id est, omnes suæ vite actiones instituant ad nutum et voluntatem et honorem sui Domini, qui ipso sua morte redemit, eoque redemptionis iure servos efficit.

VERS. 16. — ITAQUE NOS EX HOC MEMINIMUS SECUNDUM CARNEM. Ex hoc, scilicet tempore, nam Græcè est, ex tunc, id est, dempsit; q. d.: Quia Christi tanta in nos est charitas, nosque urget, ideò nihil estimamus carnalia, id est, externa et præsentia extra Christum, nota famam, valetudinem, amicitias, cognationes. Ita Chrysost., ut sit persona pro re; neminem, hoc est, nihil, ait Natal. Apostolus opponit carni sive homini carnali novam creaturam, que in hæc vita est, et vivit per fidem et gratiam in Christo; ait enim: *Si qua ergo in Christo nova creatura, quare sic novis viam et proprie expleret: Ex hoc, id est, apostoli, neminem nostrum secundum carnem, id est, speciem externam, scilicet quod nobis sit cognatus, amicus, Judæus, nobilis, elegans, doctus; his affectibus naturalibus mortuus sum, quia in Christo recuperavi illi soli vivo, ipsum solum, et omnes in ipso*

quam propter hæc carnales et humanas rationes diligimus; sed secundum charitatis spiritum omnes diligimus in Christo, propter Deum. Nec aestimamus carnali affectu, aut propter carnalia diligimus; utpote nobis et carni mortui, Christo soli viventes. Imò nec Christum ipsum, cui soli vivimus, secundum carnem, id est, aut carnali affectu, aut propter humanas respectus, diligimus.

ET SI COGNOVIMUS SECUNDUM CARNEM CHRISTUM... id est, primò, si Christum nobis presentem cognovimus, dileximus, eique adhesimus, secundum carnales, seu humanos nostri cordis affectus; sicut amicus amico diligit: at jam talis affectus per spiritum sanctum cessavit in nobis. Hoc Apostolus in aliorum discipulorum persona dicit, ait D. Thomas; carnales erant, et ipsi Christo apud eos presentem, secundum carnalem affectum adhererant. Vide D. Thomam, qui et D. Augustinum citat. Secundo, si Christum aliquando secundum carnales et humanos respectus cognovimus et dileximus, v. g., quòd Judæus, noster affinis et cognatus, vel per alias temporales rationes et circumstantias: at jam talibus mortui, cum affectu prioris, utpote spirituali et divino estimamus, reveremur et adoramus, ut hominem Deum, redemptorem mundi, Deum et Dominum nostrum; eique ut tali vivimus, servimus; et ei soli vivendum et serviendum ubique prædicamus.

Quale est esse, tale est et vivere; et quale est vivere, tale est et operari: seu, ut dicitur, modum essendi requirit modus operandi. Quia ergo apostoli soli mortui, Christo conviventes, spirituales effecti sunt: ideò et spirituales fuerunt in vita et in operationibus: spiritaliter vivebant, cogitaverunt, dilexerunt, et omnia sua operati sunt. Hinc nihil propter se, propter sua commoda, propter suum honorem proprium; sed affectu supra omnia creata elevati, et toti in Deum absorpti, per ipsum, propter ipsum, et in ipso omnia sua operabantur. Hinc itaque verum est et concludendum restat, *si mente excedimus, id est, si insaniam magnificè loquentes de nobis; Deo, et propter Deum insaniamus; illius gloria cupidi, cui vivimus; non nostram, cui mortui sumus. Si sobrii sumus, vobis, si*

secundum charitatis spiritum, non secundum carnem amò; q. d.: Ego non quero placere hominibus, aut laudes et gloriam hominum, sed Dei.

Neminem nostrum secundum carnem, notitiâ videlicet amoris et propensionis affectus, id est, in nemine gloriarum carnalis propinquitas causâ, nec quidem in ipso Abraham patre nostro secundum carnem, quia laus omnis nostra et gloriatio est Christus.

Et si cognovimus secundum carnem Christum, hoc est, si aliquid ad Christum estimavimus et vidimus (si non ego Paulus, certe alii apostoli nostri) presentem, mortalem, carnis passionibus, fami, frigori obnoxium, hominem nobis similem, tunc non novimus nisi immortalem et impassibilem. Ita Chrys., Theodor.

Sed nunc jam non nostrum. Esi aliquando magnam et gloriosam putavimus, gentium et consanguinitatem esse Christi secundum carnem, et nos esse Hebræos Christi cognatos, aut etiam familiariter conversati sumus, jam illis terrestribus affectibus mortui sumus, et per Christum recreati angustius de eo sentimus, et

sapimus, modeste loquentes; vobis sapimus, propter vestram salutem, cui intendimus, nulla in vobis carnalia spectantes; nihil carnale à vobis sperantes, sed vos spiritualiter secundum Deum diligentes. Itaque nobis mortui, non nostra curamus, nec nosmetipsos predicantes. Carni mortui, neminem secundum carnem cognosecimus aut diligimus; nec quærimus vobis carnaliter placere; nec nos vobis carnaliter commendare reddere. Sed Deo viventes, Dei gloriam in omnibus quærimus: Christum, mundi salvatorem, spiritualiter et divine diligentes; salutem per Christum mundo datam, et vobis et omnibus, quos in charitate Christi diligimus, omni studio procurare stagemus. Et hæc est vera Apostoli contra pseudo-apostolorum calumnias defensio et justificatio. Nec semetipsum commendavit, nec Corinthiis aut aliis hominibus carnaliter placere studuit; sed Dei gloriam et proximorum salutem in omnibus suis operibus et verbis quæsit.

O divinum agendi modum! Deum in omnibus spectare, diligere, intendere; propter Deum, salutem proximis omni studio procurare! Talis fuit apostolorum agendi modus. Talis et tuus esse debet, et de hoc moneris in versu sequenti.

VERS. 17. — SI QUÆ ERGOS CHRISTO NOVA CREATURA: VETERA... GRÆC., si quis in Christo, nova creatura: vetera, etc. SYR., qui quis in Christo est; factus est nova creatura. Concludit Apostolus, unumquemque Christianum monens de suo statu, et eum ad novitatem vite et motum exhortans.

Nota ad intelligentiam.

Ut autem hanc conclusionem melius percipias, et textus connexionem, adverte, in superiora reflectens, quod duo asseruit Apostolus, et inde duo jam conclusit.

§ 14. Asseruit quod *Christus pro omnibus mortuus est*; hincque collegit: *Ergo omnes mortui sunt*, et consequenter et nos mortui eramus; sique pro me à morte liberando mortuus est Christus. § 15. Asseruit: *Ideo pro omnibus mortuus est Christus, ut in qui per ipsum à morte suo liberati, et vitam gratiæ possident, jam non sint erant*, sed Christo Redemptori suo, qui pro eis mortuus est et resurrexit. Hincque,

§ 16. collegit hoc sibi et suis collegis applicans: *Ideo nos apostoli nobis mortui sumus; Christo soli vivimus; ita ut nihil, nec nos nec alios homines, nec Christum ipsum, nisi spiritualiter cognoscamus aut diligamus.* Hic autem, § 17, hoc idem omnibus baptizatis applicans, et ad omnes Christianos extendens, infert: *Si quis ergo nobiscum est in Christo regeneratus, in Christum credens, Christumque professus, hic sciat se novam creaturam.* Illi

Christum tantum novimus secundum spiritum, id est, ut hominem divinum, orbis redemptorem, doctorem, auctorem gratiæ et salutis, atque ut tali vivimus et servimus, talenque orbe toto predicamus.

VERS. 17. — *Si quis ergo in Christo nova creatura.* Quare si quis est in Christo, nova creatura est, q. d.: *Si quis ergo mecum est in Christo regeneratus, et quasi in alium hominem et novam creaturam est re-*

VETERA TRANSIERUNT, id est, veteris et carnalis hominis affectus, cupiditates non ei dominantur: sciat se carni mortuum, nihilque secundum carnem cognoscit aut diligit.

ECCE FACTA SUNT OMNIA NOVA. Sicut illud novum esse, spirituale scilicet et divinum, in baptismo collatum est, ita sibi illi vita nova, novus vivendi modus, spirituales sint illi sensus et affectus. Carni mortuus est sibi, Christo vivus, secundum Christi spiritum vivat: sicut Christus surrexit à mortuis, ita et in novitate vite ambulat.

Observationes morales.

Hinc discamus 1^o quod christianismus, seu Ecclesia, mundus est novus; quilibet verò Christianus nova per Baptismum factus est creatura. Ante Baptismum erat in nihilo peccati: ut enim ait divus Augustinus, peccatum nihil est, et nihil sunt homines cum peccant; per Baptismum autem ex illo peccati nihilo transit ad esse supernaturale et divinum gratiæ; ex nihilo, seu homine nihili, factus est filius Dei, divina natura consors. Ecce nova creatio, et nova creatura.

Discamus 2^o quid sit novum esse in Baptismo receptum, esse scilicet spirituale, supernaturale et divinum, ita et novum agendi modum, spirituale et divinum, per charitatem nobis in Baptismo infusam. Nova debet esse novæ creaturæ operatio: sicut spiritualis et divina est creatura, ita spiritualiter et divine debet agere. Vetera nobis transierunt. Carni mortui, non secundum carnem debemus vivere; Christo convivificati et conresuscitati, secundum Christi Spiritum debemus agere. Utinam promissimus in Baptismo. Primum, remittatis Sathanæ et operibus ejus, peccatis scilicet; secundum, Deo obedientiam promittentes.

Discamus 3^o quod in quantum quis proficit in hoc spirituali agendi modo, in tantum proficit in christianismo. Tuum ergo consule modum agendi, et ex eo infer an sis, et quantum sis christianus. An carnaliter, an spiritualiter agis. Tunc verè christianus eris, cum tu tibi planè mortuus, Christo penitus vixeris, in novitate vite ambulans. Hoc autem ut in te fiat, immissam in te Christi charitatem frequenter et serio meditare.

1^o Cum divo Paulo cogita et perpende, pro me, naturâ iræ filio, et æternæ morti obnoxio, Christus mortuus est. Attende, pro me nihilo: imò qui nihilo sum minor et peior; Christus, Filius Dei, et Deus, mortuus est: suâ propriâ morte me redemit à morte. O charitas urgens! o charitas nimia! Pro bono vix quis audeat mori, et pro me pessimo, mortuus est optimus Filius Dei! pretioso sanguine suo factus est Redemptor meus copiosissimus, et ego ineffabili pre-

creatus et transmutatus; in hoc vetera transierunt, veteres scilicet, tum Judaismi ritus, tum potius affectus et iudicia, quæ est novissæ aliquem secundum carnem, quod præcessit. Ecce enim in tali factus sum omnia nova, ut novos habeat affectus, nova iudicia de re et spe christianâ, novam vitam, novam spem resurrectionis, novam gratiam, sanctitatem, justitiam.

tio sum ab eo redemptus. Emptus ergo sum Christi servus, mancipium sum Christi, totus Christi sum. Servus non est sus, sed domini sui servus. Emptus non est sus, sed redemptoris sui. Totum ergo me debeo Christo, Domino meo, Redemptori meo: omnia ergo mea non sunt mea; meum esse, meum vivere, meum operari, non sunt mea; sed sunt Christi, Domini mei, Redemptoris mei. Hæc omnia, et vitam, et honorem, et opera, et me totum debeo et debui in filius gloriam et honorem impendere, illi esse, illi vivere, illi operari debeo et debui. Quot ergo furta, imò sacrilegia hactenus commisi, o pissime Redemptor meus! Toties fur et sacrilegus fui, quoties propter me, propter homines vixi, aut egi, et non propter te. Etenim

2^o Perpende: Ideò pro me mortuus est Christus, ut non mihi vivam, sed ei qui pro me mortuus est et resurrexit. Nota duo in his verbis; et quod pro te mortuus est Christus, et quod pro te resurrexit. Nota et quod hinc duo à te Christus exigit, ait D. Thomas. Quia pro te mortuus est, et tu debes tibi ipsi mori, id est, pro Christo temetipsum abnegare. Quia verò pro te Christus resurrexit; et tu debes ita peccato, veteri vite, et tibi ipsi mori, ut resurgas ad novam Christi vitam; seu, ut Rom. 6: *Quomodo Christus surrexit à mortuis per gloriam Patris; ita et nos in novitate vite ambulavimus.* Tunc ergo verè christianus ero, cum mihi ipsi planè mortuus, Christo penitus vixeris, in novitate vite ambulavero.

Hic trice gratiæ effectus est, o Spiritus Dei! Veni itaque, veni sancte Spiritus! operare in me, quod in apostolis; da mihi cor novum, mihi mortuum, Christo vivum, Deum solum amans, et proximum in Deo, et propter Deum diligens; per te sim nova in Christo creatura, ei vivens qui pro me mortuus est et resurrexit.

VERS. 18. — OMNIA AUTEM EX DEO. SYRUS hæc jungit cum precedentibus; et facta sunt omnia nova à Deo ipso. Apostolus primum hujus novitatis principium ostendit Deum, ut ei gratias habeamus. *Omnia autem hæc nova, jam dicta, à Deo sunt, omnium hominum auctore.*

QUI NOS RECONCILIAVIT..., qui nos, per peccatum inimicos suos, in amicitiam recepit, nobisque gratiam contulit per Christum; seu per Christi, mediatoris nostri satisfactionem et merita.

ET DEDIT NOBIS MINISTERIUM..., et nos apostolos suos, facti hujus reconciliationis hominibus confidens, nuntios et cooperarios: seu nobis apostolis suis commissis officium hujus reconciliatiois hominum cum Deo (quam Christus nobis in suâ passione pro-

Ecce facta sunt omnia nova, hoc est, omnis vetustas in novitatem commutata est.

VERS. 18. — *Omnia autem nova jam dicta ex Deo, ex Dei donatione et gratiâ facta et data sunt, qui nos reconciliavit sibi per Christum, etc., ut per nostram predicationem persuadearis hominibus Christi fidem et penitentiam, novam et christianam vitam, itaque ipsos Deo reconcilians.*

S. S. XXIV.

meruit), verbo promulgande et Sacramentorum administratione procurande. Ad hoc enim reconciliatiois ministerium pertinet, non tantum predicandi munus, sed et potestas baptizandi, peccata remittendi, quam Christus in Evangelio suis apostolis dedit: hæc autem potestas, quam Christus suis delegavit apostolis, est à Deo. *Data est mihi omnia potestas... emittes ergo docete... baptizantes...* Matth. 28, 18. *Sicut misit me Pater, et ego mitto vos;* Joan. 20. Deus itaque nostræ reconciliationis auctor; Christus mediator; apostoli verò ministri; idem intellige et de apostolorum successoribus. Et hæc subordinationem hic nobis indicat Apostolus.

VERS. 19. — QUONIAM QUIDEM DEUS ERAT IN CURSUTO... Clarius explicat duo, quæ in versiculo precedenti dixit, scilicet, et quod Deus nostræ reconciliationis sit auctor, quam Christus nobis promeruit; et quod Deus sit fons et origo potestatis, quam Christus suis dedit apostolis.

QUONIAM QUIDEM; GRÆC., ut quia Deus; SYR., quod quidem Deus est, qui per Christum reconciliavit omniam cum majestate suâ. D. Chrysostomus et ceteri Patres Græci post eum, vertunt sicut et Syrus: *Deus erat reconciliatus, seu reconciliatus per Christum, et hanc sensum Estius potat magis congruum.* Multi tamen Latini, tum antiqui, tum recentiores intellexerunt: *Deus erat in Christo, scilicet, per unitatem essentie;* seu, ut ait Ambrosius, pater per id intelligitur esse in Filio, quod una eorum sit substantia: hi enim est unitas, alii nulla est differentia. Hocque textu probant unitatem Filii cum Patre. Deus ergo nostræ salutis auctor ERAT IN CURSUTO Filio suo, per unitatem essentie; erat et in illo, velut in propitiario; ibique intuitu meritum Christi, Filii sui, mediatoris nostri, ad singulos ejus actus et ad singulas passiones, ERAT RECONCILIANS SIBI MUNDUM.

NOS REPUTANS... id est, non imputans hominibus delicta ipsorum, sed gratis remittens et condonans propter hæc Christi merita; quibus ad singula momenta, gratiæ justificantis infusionem nobis promeruit.

ET POSUIT IN NOBIS..., et idem Deus misericors, et hominibus reconciliari volens, ob dilectum Filium suum, nobis apostolis suis commisit Evangelium remissionis peccatorum et reconciliationis ubique predicandum.

O profunditatem clementiæ divine! cum cum Pater Filium suum legatum misisset, eumque omnium conspicuus esset ab his qui reconciliatione indigebat, neque se tamen neglexit homines, verum ministerium reconciliationis, inquit, nobis apostolis suis dedit, ut

VERS. 19. — *Quoniam quidem Deus erat in Christo, id est, per Christum, mundum reconcilians sibi. Mundus hoc loco genus humanum significat.*

Nos reputans illis delicta ipsorum. Deus erat in Christo non imputans, hoc est, per Christum remittens, illis, id est, mundo sive hominibus, delicta ipsorum; adeoque eos sibi gratificans in dilecto Filio suo.

(Vingt-cinq.)

circumuentes legatione fungamur ad eos qui à Deo defecerunt, eosque ad eum perducamus. Theophylactus, v. 18.

VERS. 20. — Pro Christo ergo legatione fungamur. Ex dictis immediate in versiculo precedente, concludit hic ad apostolicum ministerium gloriam. Nos igitur constituti hic ad apostolicum ministerium gloriam, in ejusque montis substituti, legati sumus Dei ad homines; et quod Deus Pater per Christum hominem antea fecit, nunc per nos, Christi vicarios, pergit facere; ita ex D. Chrysostomo Theophylactus. Tanto ministerium in pretio est apud Deum hominum genus, ut et Filium dederit, idque cum eum mactatum iri exploratum haberet, et vestra causa nos apostolos creavit; itaque non abs re, omnia propter vos, dixit supra.

TANQUAM DEO EXHORTATE...; SYR.: Et perinde est ac si Deus rogaret vos per nos. Ne existimetis vos à nobis rogari; Christus ipse vos rogat; Pater ipse per nos vos orat atque obsecrat. D. Chrysostomus. Quemadmodum per Christum adhortatur nos Pater, sic et nunc per nos adhortatur, ut ipsi reconciliemini. Theophylactus.

OBSECRAMUS PRO CHRISTO. Vos et omnes homines rogamus et obsecramus vice et loco Christi, cui in hac legatione successimus.

RECONCILIAMINI DEO; hoc est quod et Christus, et Pater ipse per nos vos obsecrat: *Reconciliamini Deo.* O miram pietatis et indulgentiæ, sive humilitatis magnitudinem! ait Theophylactus; ipse est per nos offensus, et quasi deliquit in nos, per legatos intercedit ut condonemur Deo, id est, ut cum ipso redeamus in gratiam. Redite cum Deo in gratiam. *Credite, penitentiam, et, per Christi meritum Deo reconciliamini.* Christi passio meruit nobis reconciliationem; hæc verò per fidem, per penitentiam, per Sacra-

Et posuit in nobis verbum reconciliationis; ut reconciliatio mundi, quam Deus in Christo paravit, effectui demandaret, nobis Apostolis injunxit munus evangelizandi mundo gratiam hanc reconciliationis; nos elegit ac fecit ministros annuntians tanti beneficii.

VERS. 20. — Pro Christo ergo legatione fungamur. Pro Christo, id est, vice et loco Christi, et, ut alibi loquitur, in persona Christi, cujus apostoli sumus. Tanquam Deo exhortante per nos. Obsecramus pro Christo, reconciliamini Deo; q. d.: Obsecramus vice Christi, quasi legati Christi, et quasi Christus per nos vos obsecrat, ut velitis Deo reconciliari. En qua industria, efficaciam, zelo nititur Apostolus in Corinthios convertit.

VERS. 21. — Eum, qui non noceret peccatum, scilicet per experientiam, qui tamen noceret illud per simplicem notitiam, ait D. Thomas, id est, Christum, qui peccatum nunquam fecerat.

Pro nobis peccatum fecit, id est, hostiam pro peccato nostro fecit Deus Christum pro nobis, ne nos quasi victimæ piaculæ, illud æternam morte et igne lucremus. Ac si dicat Apostolus: Nostrum peccatum, ut in quo posuerit iniquitatem omnium nostrorum, Isaie 53. Sic alibi Christus dicitur factus pro nobis maledictum,

ments nobis applicatur. Sicque conciliantur quod v. 19: *Reconciliavit nos sibi, et quod hic: Reconciliamini Deo.*

VERS. 21. — Eum enim; Græc., eum enim; Syr., idem. Rationem affert que nos moveat ad sperandum et quærendam eum fiduciam nostram cum Deo reconciliationem. Tanta fuit in nos misericordia Dei, ut Filium suum, qui peccatum non noceret, qui ipsa justitia erat, D. Chrysostomus et Theophylactus. Qui nulli unquam peccato fuit obnoxius, imò sic alienus à peccato, ac si illud prorsus ignoraret. Quod alienum est à conscientia, videtur alienum et à scientia, ait ex D. Augustino Fromondus.

Pro nobis peccatum fecit, id est, ut peccatorem et sceleratissimum hominem pro nobis morti tradidit, D. Chrysostomus; seu nostri causâ maledixit, quasi ipsum peccatum esset; seu quasi esset omnium peccatorum reus, et quasi peccatum universale. *Posuit in eo iniquitatem omnium nostrorum.* Isaie 53, 6. *Agna Dei qui tollit peccata mundi. Peccatum ergo fecit, id est, hostiam pro peccatis nostris.* Christus, ipsa met justitia, omnium hominum peccatis onustus, verò dicitur peccatum, et verius quam vel hircus emissarius, vel aliæ victimæ Judaicæ, que umbra tantum Christi erant.

UT NOS EFFICEREMUS JUSTITIA DEI, id est, justæ gratiæ Dei; valde, perfecti justî, justî coram Deo; participes justitiæ Dei.

In ipso, ut ejus membra, vel per ipsius merita; ut peccatores justificarentur apud Deum in Christo, Ambrosius. Nota cum divo Anselmo: Ipse ergo peccatum, ut nos justitia, non nostra, sed Dei; non in nobis, sed in illo; sicut ipse peccatum, non sumus, sed nostrum; nec in se, sed in nobis, similitudine carnis peccati, in qua crucifixus est.

quia scriptum est: *Maledictus omnis qui pendet in ligno,* Gal. 3, et Hebr. 21.

Ut nos efficiamus justitia Dei in ipso, id est, per ipsum Christum, hoc est, per Christi meritum; q. d.: Ut nos efficiamus justî apud Deum, justitia à Deo infusa per merita Christi. Dicitur justitia, non justî, ait Theophyl., ut excellentiam gratiæ significet, qua fit ut nullus in justo sit noxius, nulla peccati macula, sed omnis et tota gratia ac justitia. Dei justitiam nobis attribuit B. Augustinus passim exponit, eam que in nobis est, non à nobis, sed in Deo; id est, quam nobis internum et inherentem, ex Deo gratia habemus, lib. de Sp. et Lit., c. 9 et 18; tract. 26 super Joan., serm. 45 de Verbis Apost., c. 1; Psal. 98; et lib. 5 contra Pelag., c. 7; quibus locis disertè explicat quemadmodum eadem vocetur justitia Dei et nostra: *Dei, quia à Deo est; nostra verò, quia in nobis; Dei, quia Deus eam donat; nostra, quia nos eam recipimus.* Nam et demum coram Deo, id est, vera justitia nostra est, quam in nobis Deus ipse facit; cui nihil placere potest, nisi quod suum est. Itaque sentit Apostolus Christum pro nobis factum esse peccatum, ut nos per eum verè justî efficieremur, ac nempe justitia, que Deo probata sit. *Justitia Dei, quia Deus debet non nobis, sed Christo, et Christi meritis, ut justitiam nobis infundat, et peccata remittat.* Ita August., Enchir. 41.

Corollarium pietatis, seu in hoc capite ad pietatem maxime notanda, et ad praxim redigenda.

1^a Nota quinque in Dei judicio terribilia, v. 10, et hinc sequelam, nimirum coram Deo et hominibus agere sincerè. Vide v. 11, in commentario.

2^a Immensam Christi erga nos omnes charitatem seriò et sapè perpende, de qua vide v. 14 et 15, et hinc sequelam, scilicet ut non nobis ipsis, sed Christo vivamus. Vide commentarium.

3^a Nota, et in praxim redige christianam agendi modum, de quo versibus 16 et 17, in commentario.

4^a Notet Dei minister versus 18, 19, 20, 21, et diu

CAPUT VI.

1. Advjuvantes autem exhortamur, ne in vacuum gratiam Dei recipiatis.

2. Ait enim: Tempore accepto exaudivit et in die salutis adjurvi te, Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis.

3. Nemini dantes ullam offensionem, et non vituperetor ministerium nostram;

4. Sed in omnibus exhibeamus nosmetipsos, sicut Dei ministros, in multa patientiâ, in tribulationibus, in necessitatibus, in angustiis,

5. In plagis, in carceribus, in seditionibus, in laboribus, in vigiliis, in jejuniis,

6. In castitate, in scientiâ, in longanimitate, in suavitate, in Spiritu sancto, in charitate non ficta,

7. In verbo veritatis, in virtute Dei, per arma justitiæ à dextris et à sinistris;

8. Per gloriam et ignobilitatem, per infamiam et bonam famam; ut seductores, et veraces: sicut qui ignoti et cogniti;

9. Quasi morientes, et ecce vivimus; ut castigati, et non mortificati;

10. Quasi tristes, semper autem gaudentes; sicut egentes, multos autem locupletantes; tanquam nihil habentes, et omnia possidentes.

11. Os nostrum patet ad vos, ô Corinthii; cor nostrum dilatatum est.

12. Non angustiamini in nobis, angustiamini autem in visceribus vestris.

13. Eandem autem habentes remunerationem, tanquam filiis dico, dilatamini et vos.

14. Nolite jugum ducere cum infidelibus. Que enim participatio justitiæ cum iniquitate? aut qua societas luci ad tenebras?

15. Que autem conventio Christi ad Belial? aut qua pars fidei cum infidelibus?

16. Qui autem consensus templo Dei cum idolis? Vos enim estis templum Dei vivi, sicut dicit Deus: Quoniam inhabitabo in illis, et inambulabo inter eos, et ero illorum Deus, et ipsi erunt mihi populus.

17. Propter quod exite de medio eorum, et separamini, dicit Dominus, immundum ne tetigeritis;

18. Etego recipiam vos: et ero vobis in patrem, et vos eritis mihi in filios et filias, dicit Dominus omnipotens.

CHAPITRE VI.

1. Étant donc les coopérateurs de Dieu, nous vous exhortons à ne pas recevoir en vain la grâce de Dieu.

2. Car il dit lui-même: Je vous ai exaucé au temps favorable, et je vous ai aidé au jour du salut. Voici maintenant le temps favorable; voici maintenant le jour du salut.

3. Nous prenons garde aussi de ne donner à personne aucun sujet de scandale, afin que notre ministère ne soit point déshonoré.

4. Mais, agissant en toutes choses comme des ministres de Dieu, nous nous rendons recommandables par une grande patience dans les maux, dans les nécessités pressantes, et dans les extrêmes afflictions,

5. Dans les plaies, dans les prisons, dans les séditions, dans les travaux, dans les veilles, dans les jeûnes;

6. Par la pureté, par la science, par une douceur persévérante, par la bonté, par les fruits du Saint-Esprit, par une charité sincère,

7. Par la parole de vérité, par la force de Dieu, par les armes de la justice pour combattre à droite et à gauche;

8. Parmi l'honneur et l'ignominie; parmi la mauvaise et la bonne réputation; comme des séducteurs, quoique sincères et véritables; comme inconnus, quoique très-couus;

9. Comme toujours mourants, et vivant néanmoins; comme châtés, mais non jusqu'à être tués;

10. Comme tristes et toujours dans la joie; comme pauvres et enrichissant plusieurs; comme n'ayant rien, et possédant tout.

11. Ô Corinthiens! ma bouche s'ouvre, et mon cœur s'étend par l'affection que je vous porte.

12. Mes entrailles ne sont point resserrées pour vous; mais les vôtres le sont pour moi.

13. Rendez-moi donc amour pour amour; je vous parle comme à mes enfants; étendez aussi pour moi votre cœur.

14. Ne vous attachez point à un même joug avec les infidèles, car quelle union peut-il y avoir entre la justice et l'iniquité? quel commerce entre la lumière et les ténèbres?

15. Quel accord entre Jésus-Christ et Bélial? quelle société entre le fidèle et l'infidèle?

16. Quel rapport entre le temple de Dieu et les idoles? car vous êtes le temple du Dieu vivant, comme Dieu dit lui-même: J'habiterai en eux, et je m'y promènerai; je serai leur Dieu, et ils seront mon peuple.

17. C'est pourquoi sortez du milieu de ces personnes, dit le Seigneur; séparez-vous d'eux, et ne touchez point à ce qui est impur;

18. Et je vous recevrai; je serai votre père, et vous serez mes fils et mes filles, dit le Seigneur tout-puissant.

ANALYSIS.

Tanquam Dei legatus, et humiliter cum Deo reconciliationis minister, hortatur Corinthios ut Dei gratia, suo ministerio eis collata, fideliter respondeant; atque pressius ipsos ad id urget, monet opportunum eis salutis tempus, à prophetâ predictum et optatum, adesse, v. 1 et 2.

14. Et quo si je me suis loué de vous, en lui parlant, je n'ai point eu sujet d'en rougir; mais plutôt que nous ne vous ayons rien dit que dans la vérité, aussi le témoignage avantageux que nous avons rendu de vous à Titus, s'est trouvé conforme à la vérité.

15. C'est pourquoi il ressent dans son cœur un redoublement d'affection envers vous, lorsqu'il se souvient de l'obéissance que vous lui avez tous rendue, et combien vous l'avez reçu avec crainte et tremblement.

16. Je me réjouis donc de ce que je puis me promettre tout de vous.

ANALYSIS.

sibi transiit perat ad id quod dicturus est de gaudio, quod ex eorum emendatione percipit.

§ 5. Antequam hoc summi gaudium explicet; exagereat mala que recens in Macedonia passus est, intra et foris. Magna fuit tribulatio; àt magna gaudium. 1. ob adventum Titî, Paulo charissimî, v. 6; 2. ob consolationem, quam Titus habuit apud Corinthios ex eorum penitentia, et quam Paulus communicavit, hæc eorum illi referens penitentiam, v. 7. Hinc v. 8 et 9, Paulum non penitentem scripsisse; imò Paulus gaudet, non de Corinthiorum tristitia, sed de eorum penitentia, quia secundum Deum.

§ 10, 11, etc. Hujus salutaris penitentia signa et effectus refert: propter que consolatur Paulus; ipsius consolatio augetur Titî consolatione.

§ 15 et 16. Titus Corinthios teneris diligit; et de ipso gaudet Paulus, quod optima quoque potest in posterum ab illis expectare.

PARAPHRASIS.

In vobis, magna mihi et frequens apud alios de vobis, tantquam mihi addeitis, gloriatio: repletus sum ob vos consolatione; imò abundo et superabundo gaudio; ita ut omnium tribulationum nostrarum molestiam superet, illasque sensim in vobis exstinguat hoc de vobis gaudium.

5. Non sine causâ tribulationes commemoro. Etenim cum in Macedonia venissemus, nulla corpori nostro data est à laboribus relaxatio: sed undique pressi sumus: foris, apertis persecutioibus, intus, timoribus malorum, quibus erat præcautum.

6. Sed Deus, afflictorum et maximè humilium consolator, nos consolatus est per adventum Titî nobis charissimî, et tandem à nobis expectatî.

7. Non solum autem per adventum Titî nos Deus consolatus est, sed etiam per consolationem, quam Titus ipse à vobis recepit, et quam in nos refodit, referens nobis vestrum vos emendandi desiderium; vestram de peccatis vestris letum et dolorem; ferventem vestrum erga me amorem, zelumque me tuendi contra obtractores: ita ut, his auditis, magis gavisus sim, quam antea fueram contristatus de vestra morositudine.

8. Certè etsi vos contristavi per priorem Epistolam meam, cognito nunc hujus tristitiæ fructu, non me penitet, quanquam antea penituerit; quia videbam quòd Epistola illa magnam vobis intulerat tristitiam, licèt ad horam tantum duraturam.

9. Nunc gaudeo, non quia morosi fuistis, sed quia per morositatem illam pervenistis ad penitentiam: contristati enim estis ob offensam Dei, unde meliores effecti estis; tantum abest ut ullam à nobis detrimentum passi sitis.

10. Illa enim tristitia que ex amore Dei est, et Deo placita, parit penitentiam stabilem et salutarem; tristitia vero que ex amore seculi est, mortem gignit æternam.

11. Ecco hæc ipsum in vobis videre est; etenim hæc vestra secundum Deum tristitia, quantum in vobis reperit sollicitudinem, non solum; sed et satisfactionem, quæ vosmetipsos purgatis; non solum, sed et indignationem adversus incestuosum; non solum, sed et

VERS. 1. — Hæc ergo... Conclusio sequens ex dictis in fine cap. 6, v. 16, 17, 18.

HABENTES PROMISSIONES, scilicet, nos fore templum Dei, et Deum in nobis habiturum; nos fore Dei filios et filias, et Deum nobis fore Patrem.

MUNDEMUS NOS, scilicet, per penitentiam et per fugam peccati.

AN OMNI INQUINAMENTO CARNIS ET SPIRITUS, id est, ab omnibus sordibus peccati, seu carnalis, v. g., gula, luxurie, etc.; seu spiritualis, v. g., superbiæ, invidia, etc. Templum Dei sumus, cap. 6, v. 16, templum autem Dei docet mundities et sanctitudo. Itaque videte ne Dei templum quocumque peccato profandis: è contra templum Dei orate, munditia et sanctitate. Filii Dei sumus: sancti ergo sitis, sicut et Pater noster sanctus est.

PERFICIENTES, scilicet, per bona opera, sanctificationem nostram. In Baptismo sanctificati sumus; et corpus nostrum et anima nostra sanctificata sunt.

VERS. 1. — Hæc ergo habentes promissiones, christianis, minime, Christianos fore templum Dei, ejusque filios et filias, atque habituros Deum in se habitantem et inambulantem, ut precessit.

Mundemus nos ab omni inquinamento carnis et spiritualis. Hinc theologî sumunt divisionem peccati in carnale, quod versatur circa objectum carnale, facitque hominem quasi bestiam, ut est gula, libido, ebrietas; et spirituale, quod versatur circa objectum spirituale, facitque hominem quasi demonem, ut est ira, superbia, invidia.

Perficientes sanctificationem in timore Dei, perficientes quotidianò profectum sanctitatem in baptismo

timorem, ne quid tale deinceps contingat; non solum, sed et desiderium Deo satisfaciendi; non solum, sed et zelum et ardorem in flagitiosos; non solum, sed et vindictam, quâ punisisset seculum? Uno verbo, his omnibus declaratis vos puros et insones esse in hoc negotio.

12. Prout quod vobis hæc de re scripsi, non scripsi ejus tantum gratiâ, qui peccaverat, ut ejus salutem considerem; nec propter eum in quem peccatum est, ut satisfactionem illi providerem; sed etiam et præcipue, ut meam ergo vos omnes coram Deo pastorem sollicitudinem manifestarem; non scilicet unius aut alterius lues totam Ecclesiam inficeret.

15. Idcirco, cognito successu, consolationem accipimus; at læc nostra consolatio accrevit, inique multo uberius ob gaudium Titî; seu quod à vobis Titus secum attulit, nililique communicavit; ex eo quod per vos omnes recreatus fuerit animus ejus.

14. Unde fit, ut si quid Titus, de vestro in me affectu glorians dixi; non sim pudefactus: sed sicut quocumque vobis dixi, vera comperis; sic et Titus vera comperit, que ipsi dixeram glorians de vobis.

15. Hinc et amor illius in vos major et tenerior est, dum recordatur quòd promptitudine illi, mandata mea perferenti, obedivisti; quantum cum reverentiâ ac timore illum ad vos venientem excepisti.

16. Gaudeo certè vos talis mihi comperis esse, ut nihil sit boni quod à vobis non possim expectare.

COMMENTARIA.

Hæc autem sanctificatio, que in Baptismo inchoata est, toto vite tempore perficienda est bonis operibus.

In timore Dei, filialis, scilicet, seu in amore, et cum amore factis. Timor filialis, non tantum innotet, sed et perfectio veræ sanctitatis. Omnis ergo christianus, quia Dei templum et Dei filius, debet omne, seu carnale, seu spirituale peccatum horrere, lugere, detestari: sed hoc ei non sufficit. Debet præterea toto vite tempore sanctitati vacare, inchoatam in Baptismo sanctificationem suam, bonis operibus in charitate et ex charitate facis perficere. Quotid magis sacerdos christianus, qui per consecrationem est quasi Christi pater, et in quo quotidie Christus per Sacramentum habitat quasi corporaliter; quanto magis, inquam, debet quodlibet horrere peccatum, et eminationi studere sanctitati! *Mundamini qui fertis eam Domini; Isai. 52.*

VERS. 2. — CAPITE NOS. Hæc conclamatione ex proximè dictis deducta, Apostolus ad suam apologiam refert; inchoatam: quia nimirum sanctitas consistit in munditia carnis et spiritus, inquinamento utriusque jam dicto contraria. *Perficientes, inquam, in timore, id est, per timorem Dei, ejus scilicet templum sumus.*

VERS. 2. — CAPITE NOS. Id est, amplectamini nos. Hinc visceribus charitatis, sicut ego vixissim vos animo complector. Ita Theoph. S. Thomas exponit capite nos per invitationem.

Neminem lesimus, injuriâ affectimus. Neminem corrupimus, quod fit per mala vitæ exempla. *Corrumptum bonos mores colloquii præca.*

Neminem extorsimus, neminem fraudavimus, nullius rem extorsimus, vel vi aut fraude occupavimus.

et alludens ad id quod v. 12 dixit: *Dilatamini et vos, ait*:

Capite nos, id est, recipite nos in cordibus vestris: seu, ut ait Ambrosius, capaces esote nostri. Verbum Graecum significat receptionem locati in loco, quasi diceret: Locate nos in cordibus vestris; concedite nobis locum in eis non arctum, sed amplum: ideo, *dilatamini et vos*.

Capite nos, id est, amate nos; quamquam non dixit, amate, sed quod miserationem redolebat: *Capite*. Quisnam nos, inquit, à vestris mentibus abegit? quis eiecit? quid causae est, quamobrem in vobis coarctemur? *Capite nos*; atque hinc rursum ratione ipsos ad se pertrahit; D. Chrysostomus.

NEMINEM LESIMUS... Vidisti charitatis Paulinae flammam et ardorem in verbo; *Capite nos*, amate nos. Ille observa modestiam et prudentiam ejus. Non enarat sua in eos beneficia, ob quae deberent eum amare; sed his, modestiae causâ, suppressis *neminem*, inquit, *lesimus*, id est, nihil fecimus ob quod à vobis minus amemur. Hoc quidem modestè dicit, sed et prudenter; ut et minus molestus habeat oratio, et acrius tamen feriat, ait D. Chrysostomus. Quasi diceret: Si neminem laesi, cur ergo à multis minus diligor, et minus diligor, quam qui vos ledunt. Notat hic pseudo-apostolus, suosque mores innocuos vitiosus illorum moribus opponit.

NEMINEM LESIMUS. Graecè, *injuria fecimus*. Syr., *in neminem iniquè egimus*.

NEMINEM CORRUPTIMUS, falsâ doctrinâ, aut malo exemplo.

NEMINEM CIRCVENVENIMUS, id est, neminem fraudavimus, res illius dolo, vel arte extorquentes. *Neminem depravati sumus*, ait Arab. versio. Cur ergo minus à vobis diligimur, quam qui talia perpetravit apud vos? Hoc Corinthiis arguit injustitiam; qui falsos doctores, corruptores, et dolosos raptores, pleris faciebant quam apostolos, veritatis doctores, et sanctitatis magistros et exempla. Et hanc dicit asperitatem, licet non aperte, seniens Apostolus, sermonem suum temperat.

VERS. 5. — NON AB CONDEMNATIONEM... Ne exacerbet eos, quos vult demulcere, corrigit, aut saltem lenit, quod dicit. Non averso animo, vobis hæc dico, et ut condemnem; sed ex charitate, et quia diligo: etenim jam pluries dixi vobis: *Yoa eis in cordibus nostris*, cap. 6, v. 11; cap. 5, v. 52; vosque ita diligo, ut vobiscum, et pro vobis aequè paratus sim et mori et vivere. Vide cap. 12, v. 15: *Libentissimè impendat et superimpendat*.

VERS. 5. — Non ad condemnationem vestram dico, quasi damnem, culpam et arguam vos talia de me suscipere, quod scilicet aliquem laeserim, aut circumvenierim. Ita Anselmus.

Proditimus enim quod in cordibus nostris estis, ad commorationem, et ad convecendum; q. d.: Ita vos amo, et vobiscum, et pro vobis mori et vivere paratus sim.

VERS. 4. — Multa mihi fiducia est apud nos, id est, ita bene de vobis sentio, ut eum magna fiducia et sermone libertate vobiscum agam, vosque etiam admodum, confidens vos benignè ac placidè meas admonitiones et inreprobatones accepturos.

VERS. 4. — MULTA MIHI FIDUCIA... Hæc dicit, tum ut excuset suam cum eis loquendi libertatem, tum et ut hinc sui cordis apertione et effusione, eorum corda dilatet; sibi quæ amicitiam conciliet, quoniam ab eis postulat: tum denique ut molliorem transitum sibi faciat ad gaudium, de quo v. 6 dicturus est ob eorum emendationem. Sæcè ergo et mirâ arte tria simul præstat: excusat, dilatât, transit.

MAGNA MIHI FIDUCIA IN VOBIS. De vestrà amicitia multum confido; hinc vobis libere loquor.

MULTA MIHI GLORIATIO PRO VOBIS, id est, de vobis: seu multum et sæpè de vobis apud alios glorior.

REPLETUS SUM CONSOLATIONE, à vobis emanante, ob vestram emendationem, de qua brevi.

SEPERABENDO GAUDIO; non tantum plenus sum, sed abundo; non tantum abundo, sed superabundo gaudio: ita ut gaudium super omnem tribulationem nostrarum tristitiam, licet magnam, prævaleat, illiusque sensum extinguat in me.

Notanda ad intelligentiam.

Hæc apostolica verba miram mihi redolent charitatem, quæ Paulus Corinthiorum pater, inexplicabili filiorum suorum salutis sibi flagrans; eorum sibi benevolentiam, amicitiam, fiduciam, sollicitudinem et ardentem curam; ut et illorum sanationem perficiat; et sanctificationem absolvat. *Multa mihi fiducia*... sum eis cor aperit ut et ipsi suum aperiant; confidit, ut confidant. *Multa mihi gloriatio*... existimat, pleris facit illos; gloriatur de illis, sicut pater de filiis sapientibus: ut et ipsi suum patrem æstimet, venerentur, eique obediant. *Repletus sum*... superabundo gaudio... Ob illorum emendationem exuberat gaudio; ut alacris et constantius in penitentia perseveret; suique in bono perseverantia, patrem et apostolum suum, sibi charissimum, lætitiâ perfundant.

Notandum ad mores.

Ab hoc apostolice charitatis exemplo discat omnis ecclesiasticus superior, summam erga suos inferiores exhibere charitatem; multam illis fiduciam testari; suam de eorum virtutibus existimationem, ubi opus est, manifestare. Caveat maximè ne subditi patere se non diligi, non curari, non æstimari: hinc enim schismata. Caret et contra ut sciant se suo superiori esse cordi, curæ, existimationi; hinc inio, pax. Propterea Pauli secutus exemplum, confidat; ut et ipsi confidant. *Multa mihi fiducia*. Glorietur, ut et ipsi gloriarentur. *Multa mihi*... Gaudet de eorum virtutibus, ut in bono perseverent. At hæc, sicut in Apostolo, sincera sint, non hypercritica; ex charitate nascuntur, non ex

Multa mihi gloriatio pro vobis, de vobis; id est, multum ac sæpè apud alios de vobis ac vestri nomine glorior, prædicans obedientiam vestram erga me apostolum et patrem vestrum.

Repletus sum consolatione, id est, maximum solatium super malis que passus sum, attulit mihi vestra correctio, per Titium annuntiata.

Superabundo gaudio in omni tribulatione nostrâ, id est, in omnibus afflictionibus et pressuris que mihi tristitia afferunt, tam exuberant gaudio à vobis profecto perlassus sum, ut omnem tristitiam extinxerit.

cupidditate, seu ex philantia. His sincerae charitatis indicibus, superior suos inferiores sibi devincit, illorum sibi fiduciam conciliabit; sibi autem fidentes, et fiducialiter secum agentes, pacificè reget, in charitate perficiet et sanctificabit.

VERS. 5. — NAM ET CUM VENISSEMUS... Antequam suum eis explicet gaudium, exponit que et quanta fuerit tribulatio, quam recens passus est, et quam tegit in v. 4. Narrat ergo adversa que in Macedonia recentè passus est, eaque exaggerat; ut clarior pateat quantum sit illud gaudium, quod tot et tantorum malorum tristitia prævaleat. Nam post acerbam tribulationem, que nobis in Asia facta est, de qua cap. 1, v. 8, cum hinc Epheso pulsus venimus in Macedoniam.

NULLAM REQUIEM, AUT RELAXATIONEM HABUIT CARO nostra, seu corpus nostrum. Caro requiem non habuit, sed habuit spiritus. Spiritus enim requievit in spe future retributionis, dum caro laboraret in dolore presentis afflictionis, ait S. Anselmus. Anima Pauli invincibilis erat, ait Theophylactus. Renovatur de die in diem, ut dixit ipse Paulus, cap. 4, v. 16.

SED OMNEM TRIBULATIONEM... Graecè, *sed in omnibus afflictis*, supple finimus, sed potius omne genus afflictionum experti sumus.

FORIS PUGNA, extra nos, apertas sustinimus ab infidelibus persecutiones.

INTUS TIMORES, in corde timores novarum et secretarum persecutionum, quibus præcavendum erat et hinc sensus videtur naturalior. Vel timores, ne fides impedimentum, aut scandalum pateretur, ait Primasius à Fromondo citatus. Vel ne qui nuper erant conversi, desererent, ait S. Anselmus, qui etiam sic interpretatur: Foris pugnae, ab apertis inimicis. Intus timores, à falsis fratribus. Sic et Ecclesia, addit ideam sanctus, semper habet inimicos et quos ferat foris, et quos gemat intus; foris facilius evitabiles, intus difficilius tolerabiles. Sunt enim falsi fratres, sunt mali filii, et tamen filii; qui non contra nos blasphemant Christum: sed nobiscum adorant Christum, et in nobis persequuntur Christum, sicut Absalon patrem suum. De his est timor in Ecclesia, ne ceteros ad imitationem sui pertrahant: valde enim periculosum est infirmis habitare cum talibus; hincque D. Anselmus. Nota quod Lucas, in Act. apost., cap. 20, meminit quidem hujus itineris in Macedoniam, sed nullam hujus tribulationis facit mentionem; unde colligitur quod multa fecit et passus est D. Paulus, quæ D. Lucas non retulit.

VERS. 5. — Nam et cum venissemus in Macedoniam, nullam requiem habuit caro nostra. Tanta mala repente nobis excitata sunt ab adversariis, ut carni, id est, corpori nostro, quod sine fomentis et requie diu subsistere nequit, nulla daretur relaxatio, nulla requies.

Sed omnem tribulationem passi sumus; undique tribulationes irruebant in nos.

Foris pugnae, intus timores. Exterius erat nobis pugnandum cum hostibus Evangelii; interius vero, id est, in animo patiebantur timores novarum persecutionum.

VERS. 6. — SED QUI CONSOLATUR HUMILES... Grande quidem fuit illud malum, quod et foris et intus passi sumus, sed prevaluit gaudium. Nam Deus afflictorum, et maximè humilium consolator, nos consolatus est per adventum Titii, à vobis ad me reversi, et mihi de vobis bona et gratissima nuntians. Titium D. Paulus miserat ad Corinthios, ut per eum cognosceret quid apud eos operata esset prior Epistola, quam ad eos scriperat; hinc cap. 2, v. 13, Titium Paulus Troade quaesierat; et eo ibi non reperto, transit in Macedoniam, nolens ire Corinthum, antequam hujus Ecclesiam statum cognovisset. Titus ergo D. Paulo charissimus, et ab eo dicit et sollicitè expectatus, Corintho tandem adventit ad Paulum, et eique Corinthiorum emendationem narrat. Hinc Apostolo magna consolatio, et quod Titus redierit, et quod Corinthii respiciant.

VERS. 7. — NON SOLUM AUTEM IN... id est, non solum autem per adventum Titii, quem vehementer optabam, nos Deus consolatus est; sed etiam per consolationem, quam ipse Titus de vobis accepit, et quam in nos refudit.

REFERENS NOBIS VESTRUM DESIDERIUM. Syr., *vestram charitatem erga nos*. Ipse enim nobis annuntiavit vestrum mei videndi desiderium; seu quanto ardore nos videre cupivisset. S. Anselmus ait, *vestrum de emendatione desiderium*. D. Thomas: *Vestram desiderium de profectum in melius*.

VESTREM FELTUM, ob peccata vestra, vel ob meam in vos stomachationem, ait D. Chrysostomus.

VESTRAM EMULATIONEM PRO ME, id est, ferventem erga me amorem vestrum, zelum me et collegas vestros tuendi contra obtractores.

ITA ET MAGIS GAUDEREM. Syr., *que cum audiret, gaudii plurimum habui*. Juxta hanc versionem, quam multi sequuntur, *magis*, ponitur pro *maximè*; et explicatio hæc simplicior videtur. Qui vero sumunt *magis*, comparativè; hi secundum diversos respectus comparationis, diversimodè explicant. Vel per respectum ad superiora: *ITA ET MAGIS GAUDEREM* de vestra correctione quam dolcham de nostrâ tribulatione, ita D. Anselmus. Vel ita ut consolatio Titii auxilium meum de ejus adventu gaudium; ex presentia Titii exhilaratus, magis gavissus sum; quæ talia mihi de vobis nuntiavit, ait Theophylactus.

Per respectum ad sequentia; ita ut his auditis magis gavissus sim, quam antea fueram ob vestra delicta contristatus. (*Et si posuisset*.)

Vel ita ut ex auditis majus perciperem gaudium quam fuerat dolor, senseram ex eo quod vos in Epi-

VERS. 6. — Sed qui consolatur humiles, etc., quia Titus Corintho reversus, bona de statu Corinthiorum annuntiabat.

VERS. 7. — Non solum autem in adventu ejus, vestram correctionem annuntiavit.

Sed etiam in consolatione, quæ consolatus est in vobis, consolationem accepit Titus in vobis. Referens nobis vestram desiderium, emendationis.

Vestrum felitum pro peccatis penitentiam. Vestram emulationem pro me, quæ scilicet me, necnonque bonorem et apostolorum zelus contra obtractores tuæ et propugnare. Ita ut magis gauderem. Apostolus,

stelo contristatorem. (Quoniam est contristari.)

Vers. 8. — QUONIAM ET SI CONTRISTAVI VOS..... Hinc occasione accipit excusandi se, quod in Epistola sua graviter eos increpaverit; et tristitia, quam illis causavit, epistolam ostendit. Certè, etsi vos, per priorem meam Epistolam, contristavi, vos in eâ duriorè increpans, nunc cognito hujus tristitiae fructu, non me poenitet.

ET SI POENITERET, id est, etsi poeniterit aliquantulum, ante adventum Titî, cum adhuc incertus essem de operato Epistolæ meæ successu, poenitentiæ me vos contristasse. Non poenitit Paulum scripsisse: quia et Dei spiritum allatus scripsit; et id postulabat Ecclesiæ Corinthiæcæ status. Sed ipsum poenitit de aliquo Epistolæ suæ effectu, scilicet de tristitiâ, quam causavit illis suis. Non secus ac pater condolet dolori, quem filio, per reprehensionem aut castigationem causavit. Hoc explicat sequentibus verbis.

VIDENS QUOD EPISTOLA ILLA..... Poenitit; quia patet quod Epistola illa magnam vobis intulerat tristitiam, licet ad tempus tantum duratorem.

Nota quod in nostra Vulgata, hæc verba, videns quod Epistola illa..... jurgantur immediate præcedentibus, ita ut causam significant, cur Paulum poeniterit; quia patet quod Epistola illa..... In Græco autem, ubi post hæc verba; et poenitit, fit inter periodus; et nova inchoatur, per hæc verba, videns, seu, video quod, datur ratio cur Paulum non poeniteat: Non me poenitet, quia videns quod ad breve tempus vos contristavit.

Vers. 9. — NUNC GAUDEO..... non quia mestri fuisset, licet ad horam tantum; sed quia per mortificationem illam pervenistis ad poenitentiam. Non vestra tristitia, sed poenitentia vestra tristitiæ fructus, mihi gaudium peperit. Sicut medicus non gaudet de amaritudine, sed de effectu, scilicet de sanitate, ait D. Thomas.

CONTRISTATI ENIM ESTIS SECUNDUM DEUM, id est, juxta Dei voluntatem et beneplacitum; scilicet ob offensam Dei.

UT IN NECESSITATE UT NULLUM EX VOBIS DETRIMENTUM passis sitis, seu ob nostram correctionem; quinimo lucrum maximum feceritis; meliores enim effecti estis; Deique gratiam recuperastis.

auditis his quo Titus reberat, majus gaudium ex eis cepit, quam fateri dolere quoniam peccaverat ex eo quod Corinthios sua Epistola contristasset.

Vers. 8. — Quoniam et si contristavi vos in Epistola, non me poenitet; non dolo me et scripsisse que vos contristarent, postquam Titus à vobis reversus annuntiavit quem fructum peperit in vobis illa nostra severior objurgatio.

Etsi poeniteret, videns quod Epistola illa (etsi ad horam) vos contristavit, tamen profuit vobis, vosque commovit ad agendam poenitentiam, que vobis jurem conscientie pacem et lætitiâ conciliavit.

Vers. 9. — Nunc gaudeo, non quia contristati estis, sed quia contristati estis ad poenitentiam; q. d.: Non gaudeo de tristitiâ vestra, sed de fructu tristitiæ, qui est poenitentia seu correctio vestra. Contristati enim estis secundum Deum, id est, tristitiâ procedenti ex amore Dei et justitiâ quam Deus præcipit; non autem ex amore seculi, quam statim post vocat seculi tristitiâ. Et enim qualis amor est, talis et tristitiâ.

Vers. 10. — QUÆ ENIM SECUNDUM DEUM..... Nota cum D. Thomâ, quod omnis tristitiâ ex amore causatur; tristatur enim quis, quia caret eo quod amat. Qualis ergo amor, talis et tristitiâ. Est autem duplex amor; unus, quo Deus diligitur; et ex hoc oritur tristitiâ secundum Deum: alius, quo seculum amatur; et ex hoc causatur tristitiâ seculi. Tristitiâ ergo secundam Deum, est tristitiâ ex amore Dei orta, ob Deum offensum. Et hæc tristitiâ parit poenitentiam. Est quidem poenitentia, quia dolo de peccato ob Deum sicque contritio est. Et parit poenitentiam, scilicet actus satisfactorius poenitentia, quos versiculo sequenti refert Apostolus.

IN SALUTEM STABILEM. Græc., hanc poenitentiam, id est, que poenitentia est causa salutis æternæ et nunquam penitende. Vel parit poenitentiam stabilem et salutarem. Seclum autem tristitiâ, seu de secularibus amissis, de opibus, honoribus, et ex cupiditate orta, mortem parit æternam. Supponit amor immo dicus et mortalis. Charitas, animæ vita, vitam parit æternam. Cupiditas, mors animæ, mortem parit æternam. Itaque per seculi tristitiâ, eam intelligit que mortem detrimentum affert, ait D. Chrysostomus; nam moror ad peccata duxerat utilis est. Quod hinc liquido perspicui potest: etenim qui ob amissas opes in morore est, in omnimodum acceptum, hæc ratione non resarcit: qui ob alienam mortem, ob morbum, etc., morore discruciat; jaculentium non excitat, morbum non repellit, imò auget, etc. Atqui ob peccata in morore est, is solus è morore fructum capit: peccata enim absumit ac delet. Quoniam enim medicamentum istud ad hoc tantum comparatum est: idcirco hæc etiam duntaxat vim habet, utilitatemque suam exerit; in aliis rebus non modo non juvat, sed etiam obest, divus Chrysostomus, Hæcque;

Vers. 11. — ECCE ENIM BOI IPSUM....., hoc ipsum, scilicet, quod tristitiâ secundum Deum, poenitentiam parit salutarem, in vobismetipsis videte.

QUANTAM ENIM HÆC VESTRA SECUNDUM DEUM TRISTITIÂ, peperit IN VOBIS SOLICITUDINEM! Græc., studium, Syr., actualitatem; scilicet vos emendandam, Deum placandam, scandalosus corrigendi.

Sed, subintellige, non solum; sed, vel imò.

Ut in nullo detrimentum patiantur ex vobis, qui vobis causa tristitiæ finimus, cum ea tristitiâ vobis fuerit admodum salutaris.

Vers. 10. — Quæ enim secundum Deum tristitiâ est, poenitentiam in salutem stabilem operatur, id est, efficit poenitentiam esse salutarem; vult si dicam: Homo studiosus efficit hominem doctum; et sobrius, sanum; ut perspicuus sensus sit, tristitiâ, que est secundum Deum, causam esse salutis.

Seculi autem tristitiâ mortem operatur. Tristitiâ seculi sen mundi, tristitiâ est secundum seculum, que nascitur ex amore seculi; quam patiuntur homines ex omissione vel impedita perceptione eorum que carnaliter diliguntur. Tale est quod dicit: Justum est me gaudere de hæc tristitiâ vestra que secundum Deum est, quia longe alius est effectus illius tristitiæ, quam tristitiæ seculi. Nam illa salutem et vitam æternam perpotant; hæc verò mortem æternam conciliat.

Vers. 11. — Ecce enim hæc ipsum, secundum Deum contristari vos, quantum in vobis operatur sollicitudinem;

DEFENSIONEM. Græc., anæloyias, excusationem, quâ vos circa factum incestuosi, excusastis apud Titum.

Sed, subintellige, non solum, vel imò, INDIGNATIONEM, adversus hunc et alios flagitiosos.

Sed, id est, non solum, vel imò, TIMOREM, ne talia crimina detriceps apud vos perpetrentur.

Sed, id est, non solum, vel imò, DESIDERIUM DEO satisfaciendi, vel nos videndi.

Sed, id est, non solum, sed, vel imò, EMULATIONEM, seu studium et zelum boni, vel zelum pro me adversus peccatores, ait Fromondus.

Sed, id est, non solum, sed, vel imò, VINDICTAM, quâ incestuosum et alios punivistis. Septem hic enumerantur effectus poenitentia gradatim ascendentes.

IN OMBUS EXHIBUITIS..... Tot argumentis manifestatis vos insontes esse et puros à participatione criminis in hoc incestuosi negotio.

IGITUR ET SI SCRIPSI..... Igitur quod vobis hæc de re scripsi, scripsi non tantum ut ejus, qui peccaverat, salutem consulere, scilicet incestuosi; nec etiam propter eum qui passus est injuriam, seu patris illius, ut ei satisfactionem providerem.

Hinc inferunt quod viveret adhuc ille pater, cujus uxorem filius acceperat.

Sed, etiam et præcipue UT MEAM ERGA VOS PASTORALEM SOLICITUDINEM ORABAR DEO, et circa vestram salutem manifestarem. Græc., studium vestrum pro vobis; Syr., ut immo teat coram Deo diligentibus vestra propter sed defensionem, sed indignationem, sed timorem, sed desiderium, sed emulationem, sed vindictam; q. d.: Tristitiâ hæc de Deo offenso non tantum induxit sollicitudinem reconciliandis, sed et defensionem Pauli; imò indignationem contra peccatum, insuper timorem sanctum cavendi detriceps peccata, quinimò desiderium satisfactionis, imò veri emulacionem et zelum contra peccatores, adeoque tandem vindictam et castigationem peccatorum, qui summs est poenitentia gradus et fructus.

In omnibus exhibuistis vos incontaminatos esse negotio; Syrus: Ostendistis quod puri sitis in illo negotio; id est, à fornicarii peccato alieni et immunes; licet enim id initio punire n-glexeritis, jam tamen displicentiam ejus ostendistis illud vindicando et poenitendo. Ita Anselmus et Theophylactus.

Vers. 12. — Igitur, etsi scripsi vobis non propter eum qui fecit injuriam, non propter fornicarium, nec propter eum qui passus est, id est, qui injuriâ affectus est, nimirum pater, cujus uxore, sua scilicet noverca, ille incestuosus abusus est.

Sed ad manifestandam sollicitudinem nostram, q. d.: Cum priori Epistola ærius scripsi, non particulatim incestuosus, vel parentis ejus injurias persequi vobis; sed ostendere sollicitudinem quam pro communi Ecclesiæ vestre salute gero, ut scilicet ab eâ commune hoc scandalum et publicum infamiam depellerem.

Quam habemus pro vobis coram Deo. Significat sollicitudinem suam fuisse sinceram et ex charitate profectam, qualem velit probari coram Deo giudice.

Vers. 15. — Ideo consolui unum. In consolatione autem nostrâ, abundantius magis gavisus sumus super gaudio Titî. Id est, idcirco consolationem accepimus ex consolatione vestri; quin uberius insuper gavisi

non, id est, ut appareat quantum me ametis coram Deo.

Vers. 15. — Ideo CONSOLUI SUMUS, ob hæc faciendâ dicta consolationem accepimus.

IN CONSOLATIONE AUTEM NOSTRâ..... At hæc nostra consolatio multum accrevit, fuit uberior ob gaudium Titî: eò quod spiritus ejus ab omnibus vobis fuerit refocillatus, recreatus.

Vers. 14. — Etsi quid apud illem...; ita ut si quid ei, cum illum ad vos mitterem, magnificè dixi de vobis, scilicet, de vobis glorians, ut pater de filiis sapientibus; non erubescam de hæc meâ gloriatione: sed sicut quæcumque vobis de Tito dixi, per experientiam versa compertis; sic et Titus vera compertit, que ipsi dixeram de vobis. Imò tam vera, ut ipsa appareat veritas.

Vero simile est quod illis de Tito laudibus multa dixerit, ait D. Chrysostomus.

Vers. 15. — ET VISCERA EJUS.....; hinc tenerius in vos affectus est, dum recordatur quâ promptitudine, etc. Vide paraphrasim.

Vers. 16. — Gaudere quod...; quod tales sitis; ut possim in omnibus optima quæque de vobis polliceri. Confidenter et libere possum vos munere, arguere, corrigere, optima proponere, v. g., elemosinam, seu bonorum vestrorum in pauperes largitionem, de qua cap. 8.

Sicut sapiens medicus jam penè sanata vulnera leuissimis medicamentis curat, ut prius inreputatis uestura sanetur; D. Anselmus.

utimus ob gaudium Titî, quod recreatus sit spiritus illius ab omnibus vobis.

Quia relictus est spiritus ejus ab omnibus vobis, recreatus fuit vestra correctione, dicta, zelo.

Vers. 14. — Et si quid apud illum de vobis glorians eum, non eum confusus, tanquam inaniter et falso glorians.

Sed sicut omnia vobis in veritate locuti sumus, id est, sicut quæcumque vobis tanquam apostolis prædixi vera fuerunt, quia sermo noster qui fuit apud vos, non est in illo Est et Non, sed Est in illo fuit.

Ita et gloriatio nostra que fuit ad Titum, veritas facta est, hoc est, et verba mea quibus apud Titum de vobis iterum glorians, comperit quales esse vera. Titus enim tales vos invenit, quales ego vos apud eum descripsi.

Vers. 15. — Et viscera ejus abundantius in vobis sunt, Viscera vocat intimos affectus. Cur et viscera ejus magis jam in vos propendunt quam ante; plus jam vos diligit Titus quam ante.

Reminiscens omnium vestrum obedientiam; dum recordatur et secum recollit quantum cum obedientia suscepistis nostra monita, que ad vos detulit.

Quomodo cum timore et tremore excipiat illum; hoc est, dum iterum recordatur quantum cum sollicitudine eum à vobis missum suscepisset, metentes ne quid in vobis esset quod eum offenderet.

Vers. 16. — Gaudere quod in omnibus, etc. Gaudet me tantum fiducie invenisse apud vos, ut absque periculo offensivis possum libere vobiscum agere, non modo, corripiendo, incipendo, quæ etiam tenendo piquiam à vobis. Adnotat enim (Eugenius hoc dicere Apostolum ut viam præstruat orationi subsequenti de elemosinâ.

Corollarium pietatis, seu in hoc copite ad pietatem maximè notanda, et ad praxim redigenda.

1^o Notet omnis christianus rationes, ob quas toto vite tempore debet horrere peccatum, sanctitati verò continuè studere, v. 1.

2^o Notet omnis superior ecclesiasticus sanctam et mirandam artem, quò divi Pauli charitas erga Co-

CAPUT VIII.

1. Notam autem facimus vobis, fratres, gratiam Dei, quæ data est in Ecclesiis Macedoniae.

2. Quòd in multo experimento tribulationis, abundantia gaudii ipsorum fuit : et altissima paupertas eorum abundavit in divitiis simplicitatis eorum.

3. Quia secundum virtutem, testimonium illis reddo, et supra virtutem voluntarii fuerunt.

4. Cum multa exhortatione observantes nos gratiam et communicationem ministerii quod fit in sanctis.

5. Et non sicut speravimus, sed semetipsos dederunt primum Domino, deinde nobis per voluntatem Dei.

6. Ita ut rogaemus Titum, ut quemadmodum cepit, ita et perficiat in vobis etiam gratiam istam ;

7. Sed sicut in omnibus abundantia fidei, et sermone, et scientiæ et omni sollicitudine, insuper et charitate vestrà in nos, ut et in hæc gratià abundetis.

8. Non quasi imperans dico ; sed per aliorum sollicitudinem, etiam vestræ charitatis ingenium bonum comprobans.

9. Scitis enim gratiam Domini nostri Jesu Christi, quoniam propter vos egenus factus est, cum esset dives, ut illius inopià vos divites essetis.

10. Et consilium in hoc do : hoc enim vobis utile est, qui non solum facere, sed et velle cupistis ab anno priore :

11. Nunc verò et facto perficite : ut quemadmodum promptus est animus voluntatis, ita sit et perficiendi ex eo quod habetis.

12. Si enim voluntas prompta est, secundum id quod habet, accepta est, non secundum id quod non habet.

13. Non enim ut illis sit remissio, vobis autem tribulatio, sed ex æqualitate.

14. In presentibus tempore vestra abundantia illorum inopiàm supplet ; ut et illorum abundantia vestræ inopiæ sit supplementum, ut fiat æqualitas, sicut scriptum est :

15. Qui multum, non abundavit ; et qui modicum, non minoravit.

16. Gratias autem Deo, qui dedit eandem sollicitudinem pro vobis in corde Titii.

17. Quoniam exhortationem quidem suscepit : sed cum sollicitus esset, suà voluntate profectus est ad vos.

18. Misimus etiam cum illo fratrem, cuius laus est in Evangelio per omnes Ecclesias :

rinthios utiliter, v. 4. Ut eam in suis subditos imitetur suo modo, ibid., v. 4. Notet tamen in Corinthiis effectus tristitiæ, quæ secundum Deum est, seu vera poenitentia ; ut eam in suis subditis, ubi opus fuerit, non veretur suis correctionibus procurare, v. 10.

CHAPITRE VIII.

1. Il fait maintenant, mes frères, que je vous fasse savoir la grâce que Dieu a faite aux Eglises de Macedoniae.

2. C'est que leur joie s'est d'autant plus redoublée, qu'ils ont été éprouvés par de plus grandes afflictions ; et que leur profonde pauvreté a répandu avec abondance les richesses de leur charité sincère.

3. Car il est vrai, et il faut que je leur rende ce témoignage, qu'ils se sont portés d'eux-mêmes à donner autant qu'ils pouvaient ; et même au-delà de ce qu'ils pouvaient ;

4. Nous conjurant avec beaucoup de prières de recevoir leurs aumônes, et de souffrir qu'ils eussent part à la charité qu'on fait aux saints.

5. Et ils n'ont pas fait seulement en cela ce que nous avions espéré d'eux ; mais ils se sont donnés eux-mêmes, premièrement au Seigneur, et puis à nous par la volonté de Dieu ;

6. C'est pourquoi nous avons prié Tite, que, comme il a déjà commencé, il achève de vous rendre parfaits en cette grâce :

7. Et que, comme vous êtes riches en toutes choses, en foi, en paroles, en sciences, en toutes sortes de soins, et dans l'affection que vous nous portez, vous le soyez aussi en cette grâce.

8. Ce que je ne vous dis pas néanmoins pour vous imposer une loi, mais seulement pour vous porter, par l'exemple de l'ardeur des autres, à donner des preuves de votre charité sincère.

9. Car vous savez quelle a été la bonté de notre Seigneur Jésus-Christ, qui, étant riche s'est rendu pauvre pour l'amour de vous, afin que vous devinsiez riches par sa pauvreté.

10. C'est donc ici un conseil que je vous donne, parce qu'il vous est utile, et que vous n'avez pas seulement commencé les premiers à faire cette charité, mais que vous en avez de vous-mêmes formé le dessein dès l'année passée.

11. Achevez donc maintenant ce que vous avez commencé dès lors, afin que, comme vous avez une prompte volonté d'assister vos frères, vous les assistiez aussi effectivement de ce que vous avez.

12. Car lorsqu'un homme a une grande volonté de donner, Dieu la reçoit, ne demandant de lui que ce qu'il veut, et non ce qu'il ne peut pas.

13. Et ainsi je n'entends pas que les autres soient soulagés, et que vous soyez surchargés ; mais que, pour ôter l'inégalité,

14. Votre abondance supplée maintenant à leur pauvreté, afin que votre pauvreté soit soulagée par leur abondance, et qu'ainsi tout soit réduit à l'égalité, selon qu'il est écrit.

15. Celui qui en recueillit beaucoup n'en eut pas plus que les autres ; et celui qui en recueillit peu, n'en eut pas moins.

16. Or, je rends grâces à Dieu de ce qu'il a donné au cœur de Tite la même sollicitude que j'ai pour vous.

17. Car non seulement il a bien reçu la prière que je lui ai faite, mais s'y étant porté de lui-même avec encore plus d'affection, il est parti de son propre mouvement pour aller vous voir.

18. Nous avons envoyé aussi avec lui notre frère, qui est devenu célèbre, par l'Évangile, dans toutes les Eglises.

19. Non solum autem, sed et ordinatus est ab Ecclesiis comes peregrinationis nostræ in hæc gratiam, quæ ministratur à nobis ad Domini gloriam, et destinatum voluntatem nostram :

20. Deviantes hoc, ne quis nos vituperet in hæc plenitudine, quæ ministratur à nobis.

21. Providemus enim bona non solum coram Deo, sed etiam coram hominibus.

22. Misimus autem eum illis et fratrem nostrum, quem probavimus in multis sæpe sollicitum esse, nunc autem multò sollicitiorem, confidentià multà in vos.

23. Sive pro Titho, qui est socius meus et in vos adiutor, sive fratres nostri, apostoli ecclesiarum, gloria Christi.

24. Omissionem ergo, quæ est charitatis vestræ, et nostræ gloriæ pro vobis, in illos ostendite in faciem ecclesiarum.

In hoc capite Corinthiis hortatur ad eleemosynam pauperibus Ierosolymitanis faciendam. Huius autem exhortationis eordium ducti ad exemplo Macedoniae, quos ex omni parte commendat, ut Corinthios ad imitationem pressius excitet.

§ 1, 2, 3, 4, 5. Quoniam pauperes sint, et exhausti, fuerunt tamen liberales, pro viribus et supra vires ; voluntarii, imò cum precibus, non sua tantum dederunt ; sed et semetipsos, pœnos ad omnem Dei voluntatem et nostram.

§ 6. Hoc eorum exemplo motus, Paulus Titum rogat, ut ad Corinthios redeat, eos ad eandem beneficentiam hortaturus ; imò eò abundantiore, quò Corinthii sunt in omnibus ditiores, v. 3.

§ 8. Hic in re nihil imperat Apostolus, ne Corinthios tenaciores laudet ; sed eos hortatur 1^o exemplo Macedoniae ; 2^o et præcipiendū exemplo Christi Domini, quò dives existens ut Deus, medicavit ut homo, ut nos illius inopià dilaceremur, v. 9 ; 3^o ex ipsorum proposito et voluntate, ut qui sponte suò et voluerunt et primi caperent, v. 11.

PARAPHRASIS.

1. Scire vos volo, fratres, gratiam admirandam, quam Deus contulit ecclesiis Macedoniae.

2. Primum ergo notum vobis facio, quòd per multas tribulationes probati, non modo constantes fuerunt ; sed et letati sunt, et valde letati : notum quoque vobis facio, quòd fidei extremè pauperes, fuere tamen liberalissimi ; abundanter et sincero corde in usum pauperum contulerunt.

3. Fuere, inquam, liberalissimi ; quia pro viribus, et supra vires (testor ego, qui adsum), non rogati, sed sponte et ultrò sua largiti sunt.

4. Instanter à nobis obsecrantes gratiam communicandi ministerio, quòd fit in sanctis.

5. Et non hoc tantum fecerunt quòd sperabamus, sed et semetipsos totos obtulerunt Christo hominò, et nobis, ejus ministris, ad omnem Dei voluntatem.

6. Et hæc Macedoniae beneficentià motus, Titum rogavi, ut ad vos redeat, suis exhortationibus per-

S. S. XXIV,

19. Et de plus, c'est aussi lui qui a été choisi par les églises pour nous accompagner dans nos voyages, et prendre part au soin que nous avons de procurer cette assistance à nos frères, pour la gloire du Seigneur, et pour secourir notre bonne volonté.

20. Notre dessein a été d'éviter que personne ne puisse rien nous reprocher sur le sujet de cette aumône abondante, dont nous sommes les dispensateurs ;

21. Car nous tâchons de faire le bien avec tant de circonspection, qu'il soit approuvé, non seulement de Dieu, mais aussi des hommes.

22. Nous avons envoyé encore avec eux notre frère, que nous avons reconnu zélé et vigilant en plusieurs rencontres, et qui l'est encore beaucoup plus en celle-ci, à cause de la grande confiance qu'il a en vous.

23. Soit à cause de Tite, qui est uni avec moi, et qui travaille comme moi pour votre salut, et nos autres frères qui sont les apôtres des églises, et la gloire de Jésus-Christ.

24. Donnez-leur donc devant les églises des preuves de votre charité ; et faites voir que c'est avec sujet que nous nous sommes loués de vous.

ANALYSIS.

runt hoc idem facere : quod ergo ab anno præterito, et spontè voluntatis et copistis, nunc perficite pro viribus, v. 10, 11.

§ 12. Nihil exigit supra vires : nec vult ab eis in tantà copià dari, ut ipsi sit rei familiaris angustia, dum pauperes Ierosolymitanis, ab eis ditati, erunt in abundantia, v. 15. Sed optat, hoc charitatis commercium, quondam inter divites et pauperes æqualitatem ferri : nunc in hæc sita dicitur ex abundantia suà dent pauperibus ; ut in futuro, ex spirituali pauperum abundantia recipiant, acque neutri in viribus deficiat, v. 13, 15.

§ 16, 17, 18, 19, 22. Laudat Titum et alios duas ceteros, quos Corinthiam misit ad hæc eleemosynarum collectionem.

§ 20 et 21. Talis ac tantus viros mittit, ne vel minima sit de eis suspicio.

§ 25 et 24. Ex tantorum virorum gravitate urget Corinthios, ad tantam et tale charitatis specimen exhibendam, ut de eis ipse merito possit gloriari.

acturus hæc quoque beneficentiam, quam incepit, cum esset apud vos.

7. Inò ut sicut in omnibus bonis excellitis, in fidei dono, in dono linguarum, dono scientiæ, dono diligentie in administrando, dono charitatis, quam erga nos declarastis ; ita et in hæc quoque dote sitis eximi.

8. Non id vobis præcipio, sed per Macedoniae diligentiam et fervorem, charitatis vestræ sinceritatem, et bonam infolent aliis probatam et exploratam reddere volo.

9. Recordamini Dominum Jesum : notis enim existimam illius in nos gratiam et charitatem ; qui dives existens, ut Deus, propter vos in assumpti naturæ egenus factus est, ut vos illius inopià in spiritualibus essetis divites. Ipsum imitamini, pauperes ditare.

10. Et hæc in re consilium vobis do, non impero. Id autem vobis consulo, quia vobis utile ; vobis, inquam, qui non solum id cupistis, sed et spontè vo-

(Vingt-six.)

luisis ab anno præterito; sicut Macedones prævenisti et facto et voto.

11. Nunc ergo absolute quod cupistis; ut quemadmodum prompti fuistis ad volendum, ita prompti sitis ad perficiendum; missisque iuxta suas facultates.

13. Si enim bona voluntas adsit, et faciat secundum id quod habet et potest; Deo accepta est: non postulat id quod non habetur.

13. Non enim exigo tantam à vobis conferri copiam, ut illi beneficentia vestra ditari; vivant remissius, et in otio; vobis autem sit rei familiaris angustia; sed velim quamdam later vos æqualitatem fieri.

14. Nunc in hæc vita, vestra in temporalibus abundantia prosperam copiam sublevet; ut et illorum in spiritualibus abundantia vestra spirituali inopia suppleat in futuro; sicut quædam fiet æqualitas, quantum neutri in neutro deficiat.

15. Sicut scriptum est Exod. 16. 18: Qui molinam de manna collegit, non plus habuit; et qui modicum collegit, non minus reperit; hanc paritatem faciat apud vos charitas.

16. Gratias autem ago Deo, qui Tito eandem ac mihi dedit sollicitudinem pro vobis.

17. Etenim nostram ad vos eundem exhortationem suscepit quidem; sed sine stimulis non eguit; quia enim vestri molinam studiosus est et amans, sponte sua, et alacriter ad vos profectus est.

18. Misimus etiam quæcumque illum, qui passim per omnes ecclesias laudatur et celebratur

COMMENTARIA.

VERS. 1. — NOTAM ALIUM FACIENS... quasi diceret: Notam vobis loci tribulationem, quam in Macedonia passus sum. Cap. 7. v. 5. dixi vobis et gaudium, quo in omni nostra tribulatione superabundavi. Nunc autem et vos scire volo gratiam admirandam, quam Deus contulit ecclesiis Macedonia; tribulationis meæ eiusmodi.

GRATIAM DEI. Otium bonum à Deo est, et Dei gratia. Duplex autem bonum Deus contulit Macedonibus: bonum beneficentia, bonum patientia; et utrumque perfectum et emansum; in tribulatione enim non tantum fieri patientes, sed et alacres, et præ gaudio exultantes. In paupertate summa fuerunt non tantum liberales, sed et magnifici; hæc singularis gratia Dei.

VERS. 2. — QUOD IN MULTO EXPERIMENTO TRIBULATIONIS ABUNDANTIA CADDO IPSORUM FUIT. Fuit hoc est in Græc., sed ab interprete additum. Syr., quantum per probationem nullam afflictionis liberam, uberior fuit ipsorum gaudium. Ambrosius, quod in multa probatione pressura, abundavit gaudium ipsorum.

VERS. 3. — NOTAM ANTIAM FACIENS VOBIS, etc. nota patientiam magnam, liberalitatem et misericordiam quam Deus dedit christianis Macedonia.

VERS. 2. — QUOD IN MULTO EXPERIMENTO TRIBULATIONIS ABUNDANTIA QUODI IPSORUM FUIT, q. d.: Cum in variis tribulationibus quasi experimentis probarentur, erant in magno gaudio, coque abundabant.

Et altissima, id est, profundissima, et quasi ad fundum usque exhausta, paupertas eorum, abundavit in di-

propter Evangelium à se scriptum et prædicatum.

19. Næc id solam, sed et publico ecclesiarum suffragio orlistus est omnes peregrinationis nostræ; tum ut mecum prædicet; tum ut mecum hæc vestrorum elemosiarum gratiam pauperibus procurat: quod charitatis officium administrans ad Domini gloriam, et ad animi nostri promptitudinem, in pauperum obsequio declarandam.

20. Tales ac tanta viros misimus ad vos, ne quis suspicetur nos quidquam ex hæc pecuniarum copia, quas colligimus et perferimus, in usum nostrum sublegere.

21. Etenim sollicitè curamus bona operari, non solum coram Deo, cordis inspectore, sed etiam coram hominibus, exteriora tantum spectantibus, et omni modo curamus ne eos scandalizemus.

22. Cum autem duobus viris vobis spectatissimis, misimus alium fratrem nostrum, quem in multis et sexagenario diligenter et solidum expertus sum; sed quem in hoc negotio diligentiorum futurum confido, ob multam fidem et existimationem ejus de vobis.

23. Sive ergo propter Titum, qui meus collega est et participes laborum, quos vestri causâ suscipio; sive ob alios duos fratres nostros, qui ab ecclesiis debent, et missi sunt, et gloria Christi dici possunt.

24. Ostendite quanta sit vestra charitas, et quæ merito de vobis apud alios gloriatur: id autem talibus viris exhibentes, et ecclesiis à quibus missi sunt, ostendetis.

Primum ergo vobis notum facio quod per multas afflictiones et persecutiones probati, non eas tantum constanter passi sumus; sed et ex eis magnum pereperunt gaudium.

IN MULTO EXPERIMENTO... Quam fuerunt illæ Macedonum persecutiones? Primum probabile est quod participes fuerint tribulationis, de qua D. Paulus cap. 7. v. 5. Secundum certum est quod alias antea graves passi sunt, de quibus primæ Thess. cap. 2. v. 14; et cap. 1. v. 6: *Et vos imitatores nostri facti estis et Domini, excipientes eorum in tribulatione multa, cum gaudio Spiritus sancti. Multis ergo persecutionibus, et tribulationibus probati, lætati sunt, et valde lætati.*

ABUNDANTIA GAUDIÏ, quasi diceret: Quod major tribulatio, eò majus gaudium: multiplicatio tribulationis fuit et gaudii multiplicatio. *Abundantia gaudii*, id est, ingens et quæ verbis non potest explicari lætitia in ipsis nota est, ait D. Chrysostomus.

Unde tale et tantum in tribulatione gaudium? Ex spe retributionis æternæ à Christo promissa: *Beati*

vitas simplicitatis eorum; hoc est, in copiam et abundantiam benignitatis et elemosynæ eorum; q. d.: Macedones copiosissime et benignissime sua largiti sunt, cum essent pauperes. Nota. Simplicitas hic significat candidam, liberalem et alacrem largiendi voluntatem: non enim ex donorum multitudine, sed ex animi promptitudine liberalitas æstimatur, ait Chrysostomus et Theophylactus.

eritis... Gaudete in illa die et exultate, ecce enim merces vestra multa est in celo. Luc. 6. 23. *Constanter mala pati, virtus quidem est patientia; at in passionibus gaudere, patientiæ perfectio est: apostolica patientia est: Ite gaudentes, etc.; christiana patientia est: Omne gaudium exultatione, fratres mei, cum in tentationibus variis incidideris; Jacobi 1. v. 2.*

ET ALTISSIMA PAUPERIAS ROMÆ. Græc., et secundum profundum paupertatis eorum. Syr., et profunditas egestatis eorum exultavit per divitias simplicitatis eorum. Ambrosius, et quod profusa paupertas eorum.

Notum quoque vobis facimus quod summa, profunda et infima paupertas eorum exultavit in opulentiam sinceri cordis liberalitatem. Licet spoliati et ad fundum usque exhausti (nam à suis contribulibus talia passi sunt, quia fideles Judæi à suis, primæ Thess. 2. v. 14), lætæ tamen et abundantem, simplici et sincero corde contulerunt in usum pauperum: licet extremè pauperes, tamen liberalissimi.

Simplicitas hic significat sinceritatem, seu candidam et alacrem largiendi voluntatem. Tribulatio læta, et valde læta: paupertas liberalis, imò magnifica; effectus sunt admirandæ Dei gratiæ, signa sunt omnipotentia Dei in humanâ fragilitate operantis. Hanc Dei gratiam miremur in sanctis: illam et humiliter amulemur; saltem cum ordinariâ Dei gratiâ, sumus in tribulatione patientes; in abundantia liberales.

VERS. 5. — QUIA SECUNDUM VIRTUTEM... Explicat et probat hanc Macedonum simplicitatis abundantiam, quasi diceret: Verè abundavit eorum paupertas; quia pro viribus et supra vires.

TESTIMONIUM... Græc., tator, id est, testis ego sum, qui præsens adsum.

VOLUNTARIUM... non rogati, sed sponte et ultrò liberales fuerunt.

VERS. 3. — CUM MULTA EXHORTATIONE... In Græc. additur, suscipere nos. Syr., affliguntur à nobis multa cum observatione, ut in partem venirent beneficentia ministerii sanctorum. Theodoretus, ipsi nos rogaverunt ut sanctorum subventionis curam gererent. Hanc subventionem vocat gratiam et communicationem, quia per utrumque fit lucrum ejus qui impertit, ex eodem Theodoretus.

SIC QUASI BENEDICTIONEM... sic autem sit parata et collecta, ut patam apparet quod sit liberalis et spontanea beneficentia. Si charitatis et liberalitatis donum, libenter, hilariter et largè datum.

NON TANQUAM AVARITIAM, non sit avaritiae tributum, tardè, invite, parè, et cum verbis malo ominantibus datum.

Transit Apostolus ad abundantiam et absterilitatem; et hæc conditiones ex ipso nomine Græco deducit; sit de facto, *ἀπορίας*. Derivatur ab *ἴς*, id est, *bonè*, et *ἴσος*, id est, *dico*, vel *colligo*; *ἀπορίας* ergo significat et benedictionem, et bonam collectionem. Sit revera benedictio, *ἀπορίας*, benedictionis nomen mereatur; sit bona, ubi collatio, celeriter, spontaneè, et hilariter data.

Dicit modum eleemosynam faciendi; scilicet, animo et vultu læto, cum verbis gratiosis, quasi qui incertum facit; et tunc est benedictio; et causa benedictionis æternæ à Deo et ab hominibus. Qui autem eleemosynam tristis, invitus dat, hic avaritiam dat, non benedictionem, ait S. Chrysostomus.

VERS. 6. — HOC AUTEM DICO; in Græc., *hoc autem* (non est dico). Explico quod dixi, tanquam benedictionem et non avaritiam.

QUI PARCÈ SEMINAT, PARCÈ ET METET... Eleemosyna semen est, quod in manu pauperis, quasi in agro Dei seritur; et cuius messis in sinu Dei colligitur. Sicut agricola, qui parcè seminavit, parcè et metit; ita et qui parvam facit eleemosynam; parvam recipiet à Deo mercedem. Intellege parvam in comparatione multum seminantis; erit enim semper magna merces in communi. *Et imenerint vos imperatores*, etc.; in hæc materia laudis et vituperii circa eleemosynas, et tenacem avaritiam.

VERS. 7. — NECESSARIUM ERGO EXISTIMAVI ROGARE FRATRES, ut præveniant ad vos. Græcè, *ut præcederent ad vos*; præcederent, inquam, priusquam ego veniam cum Macedonibus.

ET PRÆPARAT REPRIMISAM BENEDICTIONEM, beneficentiam et eleemosynam vestram.

Hanc paratam esse, sic quasi benedictionem, ut videatur spontanea et liberalis beneficentia; non tanquam avaritiam, non verò ab avaris extorta. Ita Anselmus.

VERS. 8. — HOC AUTEM DICO, q. d.: Hoc est quod volo dicere, aut quod volo vos scire.

Qui parcè seminavit, parcè et metet; et qui seminavit in

paratione seminis, seu eleemosynæ date.

Sicut agricola, qui multum et copiosè seminavit, multum et copiosè metet; ita

QUI SEMINAT IN BENEDICTIONIBUS. Vide v. 5 quid significat *ἀπορίας*; largè, copiosè, in beneficentis, valde beneficè largitur pauperibus; qui multas benedictiones, beneficentias, uberes collationes, quasi semina effundit in pauperes; amplam, uberem, copiosam mercedem à Deo recipiet.

Cum facis eleemosynam recordare quod seminavit et consequenter quod plus recepturus es, quam seminavit; sed eà proportionem, quã plus aut minus dederis; plus aut minus libenter et hilariter dederis. Pro modo largitionis erit et modus præmii. Qui dat liberaliter, à Deo recipiet liberaliter. Hæc tamen liberalitas ex animo potius quam ex dono estimatur, ut patet in vultu, quia duo tantum minuta dedit. In ista ergo liberalitate aita est messis abundantia. Si multum habes, da multum; si parum habes, da libenter et gratis.

VERS. 7. — UNUSQUISQUE PROUT... Hoc tamen non dico, ut quemquam invitum cogam; etenim non tantum exigo quàm animum. *Unusquisque* docet quod voluerit; sicut in corde suo proposuit, ait det hilariter. Tertiam expressiõnem assignat eleemosynæ conditionem.

NON EX TRISTITIA, quam parit animus avarus, qui dat parum et tristis; sed hilariter, animo et vultu læto.

NON EX NECESSITATE, quasi per vim, quasi coactus, vel potentiam auctoritatis; vel aliorum tantum exemplo; ut suo consulat honori; sed sponte et libenter.

HILAREM ENIM DATOREM DEUS DATUR, id est, approbat et remunerat. Eleemosyna charitatis fructus est, à corde ergo procedat per claritatem spero, dilatato; deat eam gaudio et libenter. *In omni dato hilarem facultatem* num. Ecclesiastici 35, v. 11. Si panem dederis tristis, et panem et meritum perdidisti; Aug., in Psal. 42. Apud homines qui apparent tantum vident, sufficit quod quis operetur actum virtutis; apud Deum, qui cor intuetur, non sufficit quod solum operetur actum virtutis secundum speciem, nisi etiam secundum delatum modum operetur; scilicet, delectabiliter et cum gaudio; et idè non datorem tantum, sed hilarem datorem diligit Deus; et non tristem et remunerantem; D. Thomas.

VERS. 8. — POTENS EST AUTEM DEUS. Stabilis bonæ eleemosynæ conditionibus, occurrit timida cuidam cogitationi, quæ possent ab eleemosyna promptè,

benedictionibus, de benedictionibus et metet. Ostendit hæc sententia, ab exemplo eorum qui seminant, largè tribuendum esse, ut larga sit retributio.

VERS. 7. — UNUSQUISQUE PROUT DESTINAVIT IN CORDE suo, non ex tristitia, quam parit avarus animus, aut ex necessitate, consulendi suæ fame et pudori; q. d.: Volo bonum vestrum, etiamsi exiguum sit, esse voluntarium, ne mercede privetur apud Deum.

Hilarem enim datorem diligit Deus. Hilarem datorem vocat eum qui libenter et ex animo dat.

VERS. 8. — POTENS EST AUTEM DEUS omnem gratiam abundare facere in vobis, etc.; ut scilicet assidue, cunctim et abundè facere possitis eleemosynas, aliisque et aliis benefecere.

largè, hilariter faciendè averti; scilicet, si sic largiamur, forte nos ipsi indigebimus. Quibus respondet, id ne timeatis. *Potens est Deus*... *Syr., facultas abundem est in manibus Dei omnem beneficentiam augendi in vobis*. Quasi diceret: Deus, qui cum liberalibus liberalis est, potest facere, ut pro vestra eleemosyna, omne genus bonorum abundet in vobis; seu potest omnium bonorum abundantiam vobis dare.

UT IN OMNIBUS... ita ut in omni re, in omni tempore, omnem et plenam sufficientiam habeatis; seu que vobis sufficient ad honestè vivendum.

ABUNDETIS... et præterea habeatis abundè ad omnia pietatis opera exercenda. Qui paucis contentus, sibi sufficientiam tantum tribuit; is multum poterit aliis dare. Sibi parvus, in pauperes magnificus. In carnalibus, quantum sat sit, ipsis petit; at in spiritualibus, ut etiam abundant, postulat; D. Chrysostomus.

VERS. 9. — SICUT SCRIPTUM EST... Auctoritate Scripturæ et exemplo ex eà deducto confirmat fiduciam in Dei potentiam; seu confirmat quod in versiculo precedente dixit: *Potens est Deus*... *Sicut scriptum est*... quasi diceret: Ita ut quid simile vobis contingat, quod de viro justo scriptum est in psal. 111.

DISPERSAT, id est, more seminantis sparsit opes suas; et eas in pauperes liberaliter et largè distribuit.

IUSTITIA EJUS, id est, eleemosyna ejus; quæ iustus lit iustior; et quæ peccator ad iustitiam disponitur. Iustus quippe homines elicit, ait D. Chrysostomus, peccata in modum ignis absorbens et condiciens, cum largissimè profunditur. Eleemosyna igitur, seu opera misericordie, hic iustitia dicitur, sicut Matth. 6, 1: *Attendite ne iustitiam vestram faciat coram hominibus*. Iustitia itaque, seu eleemosyna ejus, licet dispersa, non perit, sed MANET et fructificat. Sicut semina in terram projecta non perent, sed uberiore fructu succrescent; ita eleemosyna iusti in pauperes sparsa non perit, sed permanet et fructificat.

IN SECULO SECLI, id est, in seculo tum præsens, tum futurum; ait Theophylactus; seu in tempore et in æternitate. Permanet et fructificat in tempore quidem, per benedictionem Dei sæpè multiplicantis bona temporalia iusti eleemosynarii, quibus possit ampliores rursus eleemosynas facere; seu, ut ait D. Paulus, *abundare in omni opus bonum*. In æternitate verò permanet et fructificat; quia præmia continue parit æternæ.

Observatio litteralis.

Ex præcedentibus in v. 8, et ex sequentibus v. 10, mihi videtur quod hæc sit mens D. Pauli; in citatione hujus Psalmistæ versiculi, scilicet, quod eleemosyna iusti maneat in tempore et in æternitate, ita ut largitur tribuendo non deficiat in tempore. In his enim versibus ita vult Apostolus Corinthios ad amplam eleemosynam, per intuitum mercedis æternæ, inducere.

VERS. 9. — SICUT SCRIPTUM EST (in psal. 111): *Disperavit, dedit pauperibus*, id est, more seminantis spargit opes suas, ac distribuit eas in pauperes. *Iustitia ejus manet in seculo sæculi*; manet scilicet in Dei memoria, et in æternæ mercede, quasi segete et messe.

VERS. 10. — QUI AUTEM ADMINISTRAT SEMEN SEMINANTI,

ere; ut et per intuitum divinæ omnipotentie, ab eorum cordibus omnem repellat diffidentiam, ne ho eleemosynam largitionem, ipsis necessaria desint. Inò vult ut credant et sperent quòd Deus eis et sibi sufficientia dabit, et abundè ad omnia pietatis opera in alios exercendè. Hanc in Deum fiduciam illis inspirat,

1^a allegatione divinæ omnipotentie;

2^a auctoritate Scripturæ, et exemplo viri iusti, da quo Psalmista loquitur;

3^a promissione et similitudine de quibus v. 10; sed ante:

Observatio moralis.

Ille cum D. Chrysostomo mirare, quòd quæ asserta pervenit, eodem cum dispergunt, manent et quidem in perpetuum. Quocirca, inquit, plenà, cõteritque manu seranus.

Hinc divus Basilus opes puteis comparat, in Lucam 12. Putei continuò exhausti et copiosiore et pulchriore flunt aqua; dimissa verò et quieti factio putrent; sic et opes recedunt inutiles sunt, translate in pauperes fructum parant.

Clemens Alexandrinus, lib. 5. Pasdag., cap. 7, eadem naturam similitudine; et alteram addit. Sicut ad ubera quæ suguntur, hæc confidere solet; ita et opes confluent ad eos qui erogant illas.

VERS. 10. — QUI AUTEM ADMINISTRAT... PANEM PRÆSTARE... Ille nostra Vulgata dicitur ab hodierno Græco; quod iuxta Græcum optat Apostolus: *Suppediet, multiplicabit, auget*; optativo modo, iuxta nostram Vulgatam Apostolus promittit: *Præstabit, multiplicabit, auget*. D. Chrysostomus, Theodoretus, Theophylactus volum et orationem esse dico. Arabica versio in optativo; Syriaca versio sicut et noster interpres in futuro loquitur: *Largitur, multiplicabit, auget*. Item Æthiopica versio.

Quò longius omnem Corinthiorum diffidentiam repellat Apostolus, illis hæc duo promittit, que in v. 8 Deo possibilis dixit; et que in v. 9 iusti ordinariò contingere probavit ex Scripturis; scilicet, sufficientiam ad honestè vivendum; et abundantiam ad dandum pauperibus. Hæc autem ita promittit ut et rem elegantem similitudine illustret, et suadet. Deum comparat hero temporali; eleemosynarium, colono; eleemosynam, semini. Sicut hortus, qui suo colono semen administrat, quod in agro suo seminat; eidem colono dat panem et omnia victui necessaria, et præterea in tempore messis, facit illum tunc messis participem; quæ participatione, multiplicatis ejus seminibus, longè plura in anno sequenti potest seminare et metere; et sic deinceps in annis sequentibus; ita ut crescat quotannis seminum multiplicatio; ita Deus, qui eleemosynario, quasi suo colono, SEMEN, id est, bona temporalia dedit quod in pauperibus, agro suo, sereret; eidem et victui necess-

ut suum agrum seminet, et panem ad manducandum præstabit, multiplicabit, auget, q. d.: Potens est Deus præstare, multiplicare, et sic deinceps in annis vestrum.

Et multiplicabit semen vestrum, et auget incrementa frugum iustitiarum vestrarum, quasi segete et messe. Charitatis vestre, scilicet dabit incrementum gratia

BARIA PRESTABIT; et ejus facultates MULTIPLICABIT, quos rursus in plures possit pauperes dispergere: sicque magis ac magis mereri. Hæc est similitudo; illiusque sensus. Jam ad verba.

QUI AUTEM ADMINISTRAT, id est, Deus, qui vobis, servis suis, suppeditat bona, quæ distribuat: sen qui dat vobis facultatem elemosynam faciendi, et aliorum inopiam sublevandi.

ET PASER... id est, victum et omnia alia vobis necessaria dabit.

ET MULTIPLICABIT... et insuper multiplicabit hæc bona temporalia, quæ seminatis in pauperes: sicut multiplicat semina in terram facta. Ecce carnalem elemosynæ mercedem; ait D. Chrysostomus.

ET AUGMENTA INCREMENTA FRUGUM. GRÆC. *fructus geminos*, seu geminam JESTITÆ VESTRÆ, id est, et quod precipuum est *augenti* spiritalis provenus *justitiæ vestræ*; scilicet dabit hic incrementum gratiæ, et in celo gloriæ. Ecce spiritalem remunerationem.

Incrementum gratiæ, majoris gloriæ meritum, fructus sunt et soboles justitiæ, seu charitatis quæ per elemosynam exercetur. Triplicem itaque observa messem pro uno elemosynæ semine, temporalem, spirituales, æternam. Dona temporalia per elemosynam multiplicantur. Gratia et sanctitas interna augetur. Continuo crescit gloria meritorum. Itaque quàm merito Christus dixit, Act. 20, 35: *Beatus est magis dare, quam accipere*. Multo majus enim est dantis, quam recipientis emolumentum. Deus crescit in gratiâ; crescit in gloriæ merito: ordinariè ditatur et temporaliter. Ordinariè dixi, quia plerumque plus abundant elemosynarii, quam avari. Hic tamen providentiæ modus non est perpetuus, ut notat Estius: quia Deus ad suorum probationem et majorem gloriam, de rebus aliter disponit.

VERS. 11. — Ut in omnibus... id est, ut in temporalibus et spiritualibus bonis divites facti.

ABUNDETIS IN OMNIBUS SIMPLICITATE... id est, possitis in posterum corde simplici et affectu sincero omne charitatis genus abundanter exercere.

SIMPLICITAS; hic, manifestantia, aiunt D. Chrysostomus, Theodoretus; candida liberalitas, candida et liberalis largiendi voluntas, ait Gagnius.

hic, et gloriæ in celo. Ita Theophylactus. Fruges enim intelligit divitiæ et æternæ remunerationis, ait Anselmus.

VERS. 11. — Et in omnibus locupletati, abundetis in omni simplicitate. Deus ea quæ dixi vobis prestabit (aut prestat), utpote qui vobis omnia divites perfectæ simplicitatis, id est, virtutis sincere liberalitatis.

Quæ operatur per nos gratiarum actionem Deo, id est, quæ vestra simplicitas efficit, ut per nos gratiæ agantur Deo.

VERS. 12. — Quoniam ministerium hujus officii, administratio scilicet hujus collectæ elemosynarum, non solum supplet ea quæ desunt sanctis, etc., ut per multos, ac præsertim eos qui vestræ liberalitatis sunt participes: gratiæ Deo agantur.

VERS. 13. — Per probationem ministerii hujus glorificantes Deum, dum per nostrum ministerium, probata illis vestra liberalitate, Deum glorificant.

In obedientiâ confessionis vestræ, in Evangelium

Docet hic divitiarum finem et usum. Non sunt defendende: non sunt in vanis aut voluptuosis expendende; sed ad omnem simplicitatem habenda, id est, ad omne bonum opus simplici et sincero charitatis affectu exercenda.

QUÆ OPERATUR... quæ vestra simplicitas et manifestantia, materiam nobis præbet Deo gratias agendi. Elemosyna semen est gratiarum actionis. A Deo procedit bonum quod datis, et bona voluntas, quæ datis; ad Deum redit utrumque per nostram gratiarum actionem.

VERS. 12. — QUONIAM MINISTERIUM... GRÆC. *ἐκ τῆς λειτουργίας*, *diaconia hujus liturgiæ*. Syr., quia functio ministerii hujus...

Probat propter eorum elemosynam Deo gratias agi, et alias recenset elemosynæ utilitates, quibus hæc rem conficit. Quoniam collectio et administratio harum elemosynarum, non solum supplet sanctorum inopia, eis necessaria suppeditando; sed præterea facit, ut ob id plurimæ à multis Deo reddantur gratiarum actiones.

VERS. 13. — PER PROBATIONEM... id est, per experientiam, explorationem, id est, vestram quippe beneficentiam; per nostrum ministerium experti, Deum glorificant.

IN OBEDIENTIA CONFSSIONIS... Syr.: *Quid anbjecti illis confessioni Evangelii Christi*. 1° Deum glorificant quod per opera vestra apparat quod vere christiani sitis et Evangelii sequaces. Sen ob vestram obedientiam fidei christiæ et Evangelii Christi: quam professioni. Charitas in pauperes præcipitur ab Evangelio. Reddunt ergo Deo gratias ob vestram fidem et obedientiam Evangelio; seu ob vestram fidem veram, vivam et operantem.

ET SIMPLICITATE... 2° Ob candidam et sinceram liberalitatem, quæ illos et alios omnes vestrorum bonorum participes effecistis.

VERS. 14. — ET IN IPSORUM OBSERVATIONE... 3° Et glorificant Deum per orationes quas fundunt pro vobis, quos et optant videre, ob excellentem gratiam vobis à Deo collatam: fidem et charitatem, ex quibus orta est beneficentia vestra.

VERS. 15. — GRATIAS DEO SUPER INENARRABILI

Christi. Glorificant Deum in obedientiâ vestrâ, quæ contemnit, et profitemini Evangelium Christi. Unde Syrus: Glorificant Christum quod subditi sitis confessioni Evangelii Christi. In Evangelium, id est, erga Evangelium, vel Evangelii.

Et simplicitate communicationis in illos et in omnes, id est, et super liberalitate vestrâ, quæ simplici animo paratque intentione participes bonorum vestrorum temporalium feceritis ipsos ac ceteros Christi pauperes.

VERS. 14. — Et in ipsorum observatione, pro vobis, q. d.: Pauperes Hierosolymitani, qui vestram elemosynam recipient, dum per vobis orant et observant, glorificant etiam Deum.

Desiderantur vos propter eductorem gratiam Dei in vobis; id est, qui magno vestri videndorum desiderio tenentur, idque propter eminentem Dei gratiam, quam vobis inesse cognoscunt; gratiam, inquam, fidei, ac beneficentiæ ex fide profectæ.

VERS. 15. — Gratias Deo super, etc., dono, scilicet

nono rtes. Paulus quasi pro pauperibus gratias agit Deo, pro dono ineffabili, beneficentiæ, cujus fructus charitatis et elemosynæ vestræ, ex quo tam multa bona, totque Dei laudes undequaque redundant, ut

Cerollarium pietatis, seu in hoc capite ad pietatem maxime notanda, et ad praxim redigenda.

In capite præcedenti ordinem vidisti servandum in elemosynâ benè et sanctè faciendâ. Cur primò dandum Deo; deinde danda pauperi substantia. Hoc Apostolus docuit in capite præcedenti. Vide corollarium pietatis: in hoc autem capite:

1° Nota modum quo danda sit hæc pauperi substantia, nimirum promptè, largè, hilariter. Promptè danda est elemosyna; bonæ voluntatis fructus est, et charitatis donum: sit ergo prompta, detur celestiter. Nescit enim tarda molimina Spiritus sancti gratia. Largè et abundanter danda; semen est gloriæ, in paupere, quasi in agro Dei sata, et cujus messis in sinu Dei colligitur eo abundantior, quò copiosius fuerit semen: sit ergo larga, multa, abundans. Qui parèc seminat, parèc et metet; et qui copiosè seminat, metet copiosè. Hilariter et lætè danda; æterni regni emptio et acquisitio est: quis æternum Dei regnum acquirat tristis? Fiat ergo hilariter, corde aperto, vultu læto, cum verbis honestis et gratiosis, quasi qui lucrum facit maximum. Ad hæc vide v. 1, 2, 3, 4, 5, 6, 7.

2° Nota duo verba quibus utitur Apostolus, et quorum uno hæc tres elemosynæ conditiones exprimit; altero autem tria vitia illis opposita rejicit. Elemosyna, inquit, non sit avaritia, seu non sit avaritiæ donum; quod invitè, et ideo tardè, parèc, et cum tristitiâ datur. Elemosyna sit benedictio, quæ datur ex animo, et ideo promptè, largè, hilariter. Vide v. 5.

3° Nota v. 8, 9, 10, 11, quomodo sic omnem diffidentiam à fidelium cordibus repellat, ut eos ad hæc tres elemosynæ conditiones adimplendas efficaciter excitet, intuitu multiplicis utilitatis et temporalis et æternæ. Vide in commentario triplicem mensuram,

CAPUT X.

CHAPITRE X.

1. Insuper enim ego Paulus obsecro vos, per mansuetudinem et modestiam Christi, qui in facie quidem humilis sum inter vos, absens autem confido in vobis.

2. Rogo autem vos ne præsens audeam, per eam confidentiam quæ existimor audere in quosdam, qui arbitrantur nos tanquam secundum carnem ambulantes.

3. In carne enim ambulantes, non secundum carnem militamus.

4. Nam arma militiæ nostræ non carnalia sunt, sed potentia Dei ad destructionem munitionum, consilia destruentes.

5. Et omnem altitudinem extollemus se adversus scientiam Dei, et in captivitate redigentes omnem intellectum in obsequium Christi,

verbis non possunt enarrari; ob æternam gloriam, quam nec oculus vidit...

merito dicatur inenarrabile. Vide Chrysostomum.

poralem, spirituales et æternam, pro uno elemosynæ semine; v. 10.

4° Nota v. 12 apostolicam D. Pauli praxim in hæc sua functione elemosynas pauperibus Hierosolymitanis à Corinthiis fidelibus procurandi. Hanc elemosynarum oblationem Apostolus aspiciat ut sacrificium; cujus sacerdotes erant Corinthii offerentes; diaconi autem ministrantes, ipse Paulus, Titus, et alii ejus comites; victimæ, ipsa elemosynæ; altare, pauperes Hierosolymitani; fumus et fragrans odor, gratiarum actio, et gloria Dei. Et hinc discere apostolicis oculis elemosynam aspiceret. *Liturgia est*. Mysticum sacrificium, cujus es sacerdos, et quod ubique Deo potes et debes offerre.

PRAXIS.

Cum itaque pauperem fide præditum cernis elemosynam à te petentem, altare statim cogita; existima te aram Christi videre, ait D. Chrysostomus: hoc igitur altare revere, et super illud sacrificia. Super hoc altare mysticum, honora Dominum de tua substantiâ, Prov. 3, 9. De deo tuis divitiis, offer sacrificium, ex quo gloria et gratiarum actio, quasi fumus, ascendat ad Dominum. Da itaque, si potes, et da promptè, largè, hilariter, animo et vultu læto, et cum verbis gratiosis. Recordare quod sacrifices et offeras ipsi Deo, omnium honorum auctori. Si nihil habes de bonis externis, da de tua substantiâ internâ, da affectum, da compassionem, verbum consolatorium, da vel lacrymulam. Discas viscera aperire indigentibus; da pro magno promptitudinem, si nihil aliud habes; da vel lacrymulam: magnum enim remedium est afflictio misericordiâ; D. Gregor. Nazian., orat. de Curâ pauperum. Alia multa de elemosynâ vide in capite octavo in commentario, et in corollario pietatis.

1. Mais moi-même Paul, je vous conjure par la douceur et la modestie de Jésus-Christ, moi qui, étant présent, paraîs bas et méprisable parmi vous, au lieu qu'étant absent, j'agis envers vous avec hardiesse;

2. Je vous prie qu'étant présent, je ne sois point obligé d'user avec confiance de cette hardiesse avec laquelle on m'accuse d'agir envers quelques-uns, qui s'imaginent que nous vivons selon la chair;

3. Car, encore que nous vivions dans la chair, nous ne combatons pas selon la chair.

4. Les armes de notre milice ne sont point charnelles; mais elles sont puissantes en Dieu, pour renverser les remparts ennemis; et c'est par ces armes que nous détruisons les raisonnements humains;

5. Et tout ce qui s'élève avec hauteur contre la science de Dieu; et que nous réduisons en servitude tous les esprits, pour les soumettre à l'obéissance de Jésus-Christ;

6. Et in promptu habentes ulcisci omnem inobedientiam, cum impleta fuerit vestra obedientia.

7. Que secundam faciem sunt, videte. Si quis confidit sibi Christi se esse, hoc cogitet iterum apud se, quia sicut ipse Christi est, ita et nos.

8. Nam et si amplius aliquid gloriaris fuero de potestate nostra, quam dedit nobis Dominus in edificationem, et non in destructionem vestram, non erubescam.

9. Ut autem non existimet tanquam terrere vos per epistolas

10. (Quoniam quidem epistole, inquit, graves sunt et fortes; presentia autem corporis infirma, et sermo contemptibilis);

11. Hoc cogitet qui ejusmodi est, quia quales sumus verbo per epistolas, absentes, tales et presentes in facto.

12. Non enim audeamus inserere, aut comparare nos quibusdam qui seipsos commendat; sed ipsi in nobis nosmetipsos metientes, et comparantes nosmetipsos nobis.

13. Nos autem non in immensum gloriamur, sed secundam mensuram regule que mensus est nobis Deus mensuram pertingendi usque ad vos.

14. Non enim quasi non pertingentes ad vos, superextendimus nos; usque ad vos enim pervenimus in Evangelio Christi.

15. Non in immensum gloriantes in alienis laboribus; spem autem habentes crescentis fidei vestre, in vobis magnificari secundam regulam nostram in abundantiam.

16. Etiam in illa, que ultra vos sunt, evangelizare, non in aliena regula in his que preparata sunt gloriosi.

17. Qui autem gloriantur, in Domino gloriantur.

18. Non enim qui seipsam commendat, ille probatus est, sed quem Deus commendat.

6. Avant en notre main le pouvoir de punir tous les desobeissants, lorsque vous aurez satisfait à tout ce que l'obissance demande de vous.

7. Jugez au moins des choses selon qu'elles paraissent. Si quelqu'un se persuade en lui-même qu'il est à Jésus-Christ, il doit aussi considérer en lui-même que, comme il est à Jésus-Christ, nous sommes aussi à Jésus-Christ.

8. Car quand je ne glorifierais un peu davantage de la puissance que le Seigneur m'a donnée pour votre edification, et non pour votre destruction; je n'aurais pas sujet d'en rougir.

9. Mais afin qu'il ne semble pas que je veuille vous étonner par des lettres

10. (Parce qu'à la vérité, disent-ils, les lettres sont graves et fortes; mais lorsqu'il est présent, il paraît las en sa personne et méprisable en son discours);

11. Que celui donc qui est dans ce sentiment, considère qu'étant présents, nous nous conduisons dans nos actions de la même manière que nous parlons dans nos lettres, étant absents.

12. Car nous n'osons pas nous mettre au rang de quelques-uns, qui se relèvent eux-mêmes, ni nous comparer à eux; mais nous nous mesurons sur ce que nous sommes véritablement en nous, et nous ne nous comparons qu'avec nous-mêmes.

13. Or nous, nous ne nous glorifions point démesurément, mais nous renfermions dans les bornes du partage que Dieu nous a donné, nous nous glorifions d'être parvenus jusqu'à vous.

14. Car nous ne nous étendons pas au delà de ce que nous devons, comme si nous n'étions pas parvenus jusqu'à vous, puisque nous sommes arrivés jusqu'à vous, en prêchant l'Évangile de Jésus-Christ.

15. Nous ne nous relevons donc point démesurément, en nous attribuant les travaux des autres, mais nous espérons que votre foi croîssant toujours en vous de plus en plus, nous étendrons notre partage beaucoup plus loin.

16. En prêchant l'Évangile aux nations qui sont au delà de vous, sans entreprendre sur le partage d'un autre, et nous glorifiant d'avoir été sur ce qu'il aurait déjà préparé.

17. Que celui donc qui se glorifie, ne se glorifie que dans le Seigneur.

18. Car ce n'est pas celui qui se rend témoignage à lui-même, qui est vraiment estimable; mais c'est celui à qui Dieu rend témoignage.

ANALYSIS.

In hoc, et duobus sequentibus capitulis eam propriam apologiam scribit Apostolus contra pseudo-apostolos, et quoniam ab eis deceptos, qui ex priorum epistolarum irritati, Paulum si eorum, in presentia suadent et humiliter, in absentia vero audacem et per litteras fulminantem; hincque traducebant eum et hominum sanum, carnalem, ac in Evangelii ministerio, astutia, simulatione, aliisque mediis carnalibus utentem.

Primo itaque et secundo verbi auctoritatem apostolicam cum humilitate christianam coniungens, obicit per Christi mansuetudinem, ne cogitanti ipsius in eo auctoritate sit.

§ 3. In carne vixit quidem, sed non secundum carnem militat: arma quippe ejus spiritalia, eoque Dei virtute potentissima; tum ad omnes, quocumque infidelium intellectus debellandos et captivandos in obsequium Christi; tum ad omnem facinoram inobedientiam puniendam. Hæc apostolica puniendi auctoritate se tandem verarum minatur, v. 6.

Interim, v. 7, Corinthiis nec ipsis casus iudicium committit; ex factis ergo evidentibus et notis iudicent,

an sibi Paulo preferri debeant pseudo-apostoli: si enim illi Christi ministri sunt, patet quod et ego; in hoc ergo solent per sum illis.

Molestè suppressit v. 8 facta Corinthiis nota, quibus tantum posset extollere potentiam, ne illam extolunt, eideat velle metum per epistolas incutere: tunc enim, inquit, quod epistolæ meæ graves sint et fortes; presentia vero infirma et contemptibilis.

§ 11. At ipso scribo volo, quod quis sum ab omni verbo, talis et factus presens ero.

§ 12. Et sequentibus ne se iustificet, ut obicit taret pseudo-apostolorum vilitatem, quæ comparatur aliis preferunt; quæ se falso jactant, quasi totam terrarum urbem prædicando percurserint; quæ de alienis laboribus gloriantur. Paulus est contra, nec se pede metiens, non nullæ se talibus comparare; non jactat se super id quod est, et facit: reverti autem et de factis Corinthiis Evangelium primum prædicavit; de quo, nam de alieno labore gloriantur, in eo solo gloriantur esse ac et prædicant.

PARRAPHRASIS.

1. Ego autem ipse Paulus, vestre apostolus, obsecro vos per Christi mansuetudinem ac benignitatem: ego, loquens, qui, ut aiunt obtretractores mei, et quod mihi verum vito, cum apud vos sum presens, humiliter me gero, et cum absum à vobis, audacter et cum auctoritate in vos ego.

2. Rogo autem vos, ne cogar, cum apud vos ero, ea fiducia uti, quæ absens existimor audere; seu ne cogar meam potestatem audacter exercere in quodam è vobis, qui à pseudo-apostolis sedecti, existimant nos secundum carnem vivere.

3. Etenim licet illis hominibus similes, in carne vivamus infirma; non tamen secundum carnem, aut carnales affectus militamus, seu evangelicam exceramus ministerium.

4. Nam hujus militie nostre arma sunt, non carnalia, sed spiritualia; eaque, Dei virtute, potentissima ad evertendas adversariorum nostrorum nationes; quibus armati destruiimus philosophorum fidem oppugnantium ratiocinationes.

5. Et omnem altitudinem scientie humane et sermonis, que sese contra Evangelium effert; et quocumque ingenium, quantumlibet excellens, et studiosi exitium, decimus captivum ad obediendum Christo Domino, per voluntariam fidei humilitatem.

6. Et eisdem armis ad manum habemus potestatem puniendi omnem inobedientem: quam quidem potestatem exercebo in contumaces, cum impletus fuerit obedientium numerus.

7. Interim ex factorum evidentia videte an pseudo-apostolis minor sim. Et quis illorum gloriaris se Christi ministrum esse; hie apud semetipsum etiam perpendat, quod et ego quoque sum Christi minister, et in hoc illi non impar.

8. Diceo non imparera, nam si quid amplius addidero de potestate, quam mihi Christus ipse dedit, ut saluti vestre proxim, non ut ei noceram, non erubescam quasi mendax aut vanus: quia veritatem dico, ad Dei gloriam, et ad salutem vestram.

9. Verum non faciam, ne videar velle meam

COMMENTARIA.

VERS. 1. — IPSE AUTEM EGO PAULUS... In superioribus capitulis loquens, plurali numero usus est, quia non tam se, quam suos collegas, suumque in genere evangelicam ministerium inerti visus est: Hic autem tribus vocibus singularibus exorditur: Ipse Ego Paulus, quia suam singulariter apologiam contra suos amulos Judæos aggreditur, Dico Judæos, hoc enim patet: ex cap. 11, v. 23; Judæos autem ad Christum conversos, ut patet ex hujus capitis v. 7, sed judicantes, seu legem cum Evangelio permissentes; et idio Paulum odio singulari prosequentes, quia lo-

VERS. 1. — Ipse autem ego Paulus obsecro vos per mansuetudinem et modestiam Christi, q. d.: Ero vos per Christi mansuetudinem, ne me cogitis israel. Qui in facie quidem humilis sum inter vos; quando presens sum, facile et specie externa humilis et abjectus videor.

ostentare potentiam et metum per epistolas incutere.

10. Etenim, inquit obtretractores mei, epistole ejus pondus et vim habent; ejus verò presentia corporalis humilis et demissa; ejusque sermo contemptibilis, sine vi, sine poudere.

11. Quicumque sit ille, qui talia loquitur; sciat, et persuasum habeat, quia quales sumus, verbo, cum absumus; tales de facto erimus, cum vobis presentes fuerimus.

12. Non enim audeamus in quorundam numerum nos ingerere, aut nos cum eis comparare, qui semetipsos commendat et extollit, nos verò despiciunt; sed nosmetipsos nostro quasi pede metimur, nosque nobiscum, non cum aliis, comparamus; multò minis nos illis preferimus.

13. Nos autem non gloriamur supra modum, ut quidam, sed manebimus intra limites, quos nobis Deus assignavit; juxta quam regulam apostolatus meus à Jodæa ad Corinthum usque pervenit.

14. Neque enim hæc in re non ultra quam par est jactamus; aut gloriam nostram ultra terminos extendimus; quandoquidem reverè et de facto primi ad vos pervenimus: primum Evangelium Christi prædicavimus.

15. Neque sicut quidam, sine fine et modo gloriamur de laboribus alienis; speramus autem quod fide vestra crescente, per hunc vestrum profectum in melius, agebitur in vobis gloria nostra, secundam mensuram laboris nostri in vobis excedentis.

16. Et præterea speramus quod ad alias ultra Corinthum provincias progredietur evangelizando, non in locis per alios preparatis; neque in alienis laboribus gloriantes; imò nec in nostris, sed in Deosolo.

17. Quisquis vult in aliquo gloriosi, glorietur in Domino, ex quo, per quem, et ad quem omnia.

18. Non enim qui semetipsum laudibus effert, illo verè probatus est, sed ille quem Deus commendat, seu laude dignum demonstrat per opera.

gem per Evangelium abrogatam apertius prædicabat. Contra tales amulos, hic suam elevat vocem: Ipse ego Paulus.

Magna his verbis emphasis, magna gravitas inest, ait D. Chrysostomus. Dignitatem et auctoritatem indicant hæc verba, ait Theophylactus; hunc enim pre se ferunt sensum: Obsecro vos itæc ego PAULUS, terrarum orbis doctor, Humilitatem è contra in his eisdem verbis agnovit D. Thomas, qui putat Apostolum ad sui nominis etymologiam alludere. Paulus autem interpretatur humilis et quietus, ait D. Tho-

Absens autem confido in vobis. Sensus est: Ego Paulus, inquam, qui (quod mihi vito) veritatem ad obsecrans), cum apud vos sum, humiliter et submissè me gero; cum absum sum, audaciam et confidentiam cum auctoritate erga vos ostendo in epistolis quas scribo. Hæc enim ab Apostolo sic de seipso dicitur,

mas. Ad quod alludens Apostolus: *Ipsae ego Paulus*, id est, vere *Paulus*, id est, verè humilis, parvus et minimus, *obsecro* vos.

Uterque sensus et Patrum Graecorum, et D. Thomae verus et optimus est. Graecorum quidem, quia reverè suam hic vocem Apostolus attollit in pseudo-apostolos, de se magnificè sentientes, Paulum verò ut nullius pretii hominem, nihil sani docentem, traducentes. Talem autem calumniosorum superbiam suam tandem auctoritate vult compescere; ne sua vilipendatur predicatio, et proximi salus destruat, quam edificavit. Hinc cum emphasi, cum acerbitate et auctoritate loquitur: *Ipsae ego Paulus*. D. Thomae verò, quia de facto Paulus, Christi humilitatis amator et imitator, etiam dum minatur, dumque territat, suam ostentans potentiam, humilitatem tamen prae se fert et obsecrans loquitur, non imperans; quia superhos vult Christi et suo exemplo humilitatem docere, et humilitate ad salutem adducere. Hinc licet minas, humiliter tamen obsecrat, ut à malo desistant, ad meliorem mentem redeant, et ipsam ad puniendum non cogant. Auctoritatem ergo suam Paulus hic demonstrat minarum in contumaces intentione. Humilitatem verò suam exhibet, sua ipsorum obsecratione, et per Christi mansuetudinem observatione, ne ad punitionem cogant. Ita superior ecclesiasticus, qui quos arguit vult corrigere, adificare, salvare; suam semper auctoritatem debet cum humilitate contemperare.

PER MANSUETUDINEM ET MODOSTIAM, Graecè, *ἐπιείκεια*, *comitatem*, facilitatem, humilitatem. Hinc Jurisconsulti benignam legis interpretationem vocant epicheiam.

Mansuetudo spectat ad animum, comitas ad conversationem.

Admiranda sane fuit in omnes mansuetudo et comitas Christi: at haec non miranda modo; sed et omnibus imitanda proposuit: *Discite à me quia mitis sum*, etc.

Ostendit his verbis D. Paulus quantum haec Christi virtus sibi sit cordi, quam cara, cum per eam obsecraret. Ostendit et simul quam verè sit illius sectator, et quam sincerè velit imitari, non punire; sed omnes ad positivum venire: idèo rogat per Christi mansuetudinem, ne cogant eum contra hanc mansuetudinem, irasci, punire, etc. Quasi diceret: Ne cogatis me delicere ab hac mansuetudine, quam adeo cupio, ut et intersectionis loco eam vobis obijciam; ait Theophylactus. Sic invidus irascatur, et puniat, sicut in vituperium ipsius ab aliis objecta.

VERS. 2. — *Rogo autem vos ne per vos audeam, per eam confidentiam quae existimor auctore in quosdam.* Rogo vos, ut vestra culpa contingat, ut qui praesens apud vos humiliter haec loquor, me gessi, posthac cum eadè fiducia quae absens auctore existimor, etiam praesens audeam; hoc est, auctore et intrepide potestatem meam exerceam in quosdam ex vobis.

Qui arbitror non tanquam secundam carnem ambulans, tanquam carnalibus mediis, carnali scilicet, humanae ac politicae prudentia, industria, astutia utar, ut cum non ausim praesens comparare, vel imperare, absens id faciam per auctores et minaces lit-

terior, Christi mansuetudinis semper memor.

QUI IN FACIE QUIDEM... Pseudo-apostoli Paulum contemnentem, dicebant quòd quidem praesens et in conspectu humilis erat et timidus, absens verò auctore erat et minax; hincque calumniabantur eum quasi carnalem, ut in v. 2. Haec autem eorum verba hic repetit, ut calumniam refellat. *Ego igitur Paulus ille, qui...* Vide paraphrasim.

CONFIDIO. Graecè, *ἐπέστη*, *liber sum et auctor*.

VERS. 2. — *Rogo AUTEM VOS...* Explicat et perficit quod in primo versu incepit. Vide paraphrasim.

EXISTIMOR. Graecè, *ἐπίσταμι*, id est, delibere, quasi noandum determinatus, ut locum det ponentibus.

Dicebant obrectatores, Paulum praesentem mitius agere, captandae gratiae causa, et improborum offensae metu; absentem verò durius agere, sui timoris et reverentiae inculcandae gratia. Hincque inferebant quòd in Evangelii ministerio mediis uteretur carnalibus, astutiis, et prudentiis seculari et politici. Haec calumniam refellit v. 5.

Hinc discit quid carnalibus omnia carnalia; et idèo spiritualis homo semper ab aliquo spernetur et reputabitur ut carnalis. Hinc discat et superior spiritualis, qui quòque mundo se gerat, ab aliquo damnabitur; si humiliter se gerat, ignavus et blandiens; si cum auctoritate agat et loquatur, superbus reputabitur. Haec una è ministerii persecutionibus est; agat coram Deo quòd sumus est; patiatur ab hominibus quòd Deo bene visum fuerit; ad utrumque, exemplo divi Pauli, inò exemplo ipsius Christi, pastorum pastoris, ammetur.

VERS. 3. — *IN CARNE ENIM AMBULANTES...* Italiam refellit calumniam, quia contra ministerii sui gloriam. Equidem, aliis hominibus similis, corpus ergo carneum, et in carne infirmà vivo. At secundum carnem, aut carnales affectus, non militamus adversus infidelitatem et peccatum. *Vita hominis militia est*, ait Job. 7; at apostoli vita speciatim est militia, quia sub imperatore Christo militatur adversus mundum et demonem, mundi seu saeculi principem. At militia non carnalis, sed spiritualis; non secundum carnis affectus, aut prodentiam secularum, regulasque mundi.

VERS. 4. — *NAM ARMA MILITAE...* id est, apostolici ministerii nostri ARMA NON SUNT CARNEA, scilicet opes, gloria, astutia, simulatio, facundia, vires et alia quibus homines carnales et politici ad fines suos utuntur: haec enim omnia invalida.

SED POTENTIA DEO..., id est, sed spiritualia, eoque fortis.

VERS. 5. — *IN CARNE ENIM AMBULANTES...* etc. Apostolus secundum carnem ambulare, militare, gloriari dicit eos, qui carnalium et politicorum hominum more animaliter vivunt, ambulant, gloriantur in specie et apparentia externa, in rebus et dolibus externis, videntur in nobilitate, prospectu, eloquentia, gratia, prudentia, etisque quasi armis utuntur ad favorem et plausum hominum, ut omnes sibi conciliant ac subijciant.

VERS. 6. — *NAM ARMA MILITAE...* non carnalia sunt, ut sunt artes, scientia, rationes, praxes humanae, facundia, adulationes, factantia, simulationes,

Dei virtute, valida, fortis, efficacia. *Potentia Deo*, id est, per Deum. Syr., *virtus Dei*.

Nota cum divo Chrysostomo quòd totam potentiam Deo ascribit: idèo non dicit, nos potentes sumus; sed *arma*: et haec non in se, aut per se potentia, sed per Deum. Non nos ea tanta fecimus, sed Deus ipse; gestamus ea quidem; at Deus ipse per ea dimicat et operatur. Quae sunt haec arma apostolica? Verbum Dei, patientia, mansuetudo, humilitas, oratio, charitas. Haec in se quidem infirma; at per Deum, per Dei potentiam, per dona Spiritus S., per miracula.

POTENTIA SUNT AD DESTRUCTIONEM MUNITIONUM, id est, ad evertendas omnes adversariorum munitiones, seu omnia munimenta, quibus suos tuentur errores, et quae obijcunt contra Evangelium.

CONSILIA DESTRUCTIVES, pro destruis. Quibus destruis ratiocinationes, syllogismos, per quos fidem oppugnant. Explicat, inquit divo Chrysostomo, quid per munitionem intelligat, scilicet fastum gentiliū, vim argumentorum, et captiones dialecticas.

VERS. 5. — *ET OMNEM ALTITUDINEM...* Persistit in metaphora munitionum, quorum alia quidem artificia, alia verò sublimitate sunt inespugnabilia. De prioribus in v. 4; hic de posterioribus seu de turribus. Si turris fuerit munitio, vel propugnaculum resistens scientiae Dei, seu Evangelio, id quoque demolitur; Theophylactus. Sensus ergo est: Quibus et destruis omnem elationem, quae sese offert adversus cognitionem Dei, id est, quicquid in scientia humana et sermone seculari altum et sublime est, et quòd Evangelio Dei opponitur.

ET IN CAPTIVITATEM, Graecè, *captivantes*. Syr., *et captivos ducimus omnes intellectus ad obedientiam Christi*; id est, et omne seu quolibet ingenium, quantumcumque sit excellens et studii exaltum, ducimus captivum ad obediendam humiliter Christo Domino. Hoc in Dionysio Areopagita, in Paulo praesule, in Clemente Romano, et aliis effecerunt arma apostolica; hoc et in omnibus operari sufficientia erant. Animo revolve eos, qui magice artis libros combusserunt,

affectata gravitas et prudentia, quibus mundi homines utuntur.

Sed potentia Deo, fortis Deo, valida et efficacia per Deum, id est, virtus summi Dei, quia Deus per ea poterit operari in animis audientium, easque ad fidem converterit, etc. Haec arma, ait Ausermus, sunt vehementia spiritus et zeli, efficaciae predicationis, ut Deus videatur verbis nostris pondus et energiam indere et infundere, sapientia, sanctitas, miracula, crebra oratio, pura infensus patientia, charitas.

Ad destructionem munitionum. Munitiones vocat omnes rationes, syllogismos, sophismata, eloquentiam, virtutes philosophicas, seculares potentiam, gratiam, antichiam, et quicquid gentiles ac demones obijcunt et opposuerunt apostolis et Evangelio. Ita Chrysost., Ausermus, et alii.

Consilia destruentes, q. d.: Nostris armis destruis omnia praedentium hujus saeculi consilia, quibus Evangelium nostrum creteret, suum gentilismum, suos doctores: et philosophos statere et stabilire, Christoque et nobis praefere moluntur.

VERS. 6. — *ET OMNEM ALTITUDINEM...* quicquid in sermone vel scientia seculari grande et sublime est, et apud homines admirationem excitat.

et videbis quomodo Paulus captivos duxerit; Theophylactus. Vide Act. 19, 19.

IN OBEDIENTIAM. Graecè, *in obedientiam*, id est, ad obediendum Christo. His verbis emollit captivitatibus durum nomen. Captivi gemunt sub iugo; at felices captivi, qui obediunt Christo. Ut enim divo Chrysostomo ait, à servitute ad libertatem, à morte ad vitam, ab exitu ad salutem transierunt.

VERS. 6. — *ET IN PROMPTU. Graecè, in parato, HEBRETES. Syr., ac parati sumus ad faciendam vindictam de iis qui non obediunt, CUM IMPLETA FUERIT OBEDIENTIA VESTRA*, id est, ad manum habentis potestatem animadvertendi in fideles qui non obediunt; scilicet per censuras ecclesiasticas, quarum praecipua est excommunicatione.

CUM IMPLETA FUERIT VESTRA OBEDIENTIA, id est, quam potestatem in contumaces exercebo; cum completus fuerit numerus eorum, qui volunt obedire.

Multè adhuc erant Corinthii ab impostoribus decepti, qui divo Paulo non obediabant; et qui magnis erant peccatis onerati, quibus dat emendationis tempus. Terrefecit eos, ut emendarentur; minatur et saepe minatur, et neminem vult ferire, nisi quidam persistenter contumaces. Medicus est praestantissimus, pater communis, patronus, procurator, sit divo Chrysostomo, omnes vult salvare, salvare, tueri, protegere, neminem vult perire. Talia viscera indunt praeterea, etiam minas et punitiones. Patrem, medicum, patronum se cogitat, solatem intendat et querat.

VERS. 7. — *QUAE SECUNDAM FACIEM SUNT VIDETE. Graecè, quae secundam faciem aspiciat* Syr., *faciem latuentem*? Chrysostomo, *videbit*. Legendum est per interrogationem, ait Theodoretus. Videtis? Hoc inter utramque lectionem discrimen interest, quòd iuxta Graecos, D. Paulus Corinthios objurgat quòd ea tantum quae parent, et puniunt, quasi diceret: Ita ne externam tantum hominis personam consideratis? Juxta nostram Vulgatam Apostolus monet, ut saltem ex rebus apparentibus et notis iudicent, an minor sit pseudo-apostolus: seu, ut ait D. Thomas, communit

Extantem se ostendit scientiam Dei. Quòd totum destruendum dicit, quatenus extollitur adversus scientiam Dei, quae nimirum Deus cognoscitur.

Et in captivitatibus redigentes omnes intellectus in obedientiam Christi, q. d.: Haec militia nostra vincimus et captivamus omnes hostes nostros. Captivum ducimus omne ingenium humanum, quantumcumque excellens et scientiis exultum, ad obediendum et humiliter submitendum se Christo per fidem.

VERS. 6. — *Et in promptu habentes ulteri omnes inobedientiam, h. d.:* Promptum quicquid ulla est haec elici rebellium et pseudo-apostolorum, qui nisi detrahant inobedientiam, eos scilicet excommunicando. *Cum impleta fuerit vestra obedientia*, q. d.: Tunc ea potestate uterem, cum vestra obedientia fuerit impleta, id est, cum vos plebs ad obedientiam reductos videro.

VERS. 7. — *Quae secundam faciem sunt videte*, q. d.: Secundam faciem, ut aiunt, humilis sum; ergo est, si quis de seipso confidit, sibi persuasum habet se Christi fidelem esse, aut potius Christi ministrum.

eis iudicium cause sue; quasi diceret: Rem expendite ex iis, quae manifesta sunt, et ex iis licet componite.

Si quis constiterit... id est, gloriatur se Christi ministrum esse.

Hoc cogitet iterum apud se. Syr., *is sciat ex se ipso*; id est, hic, etiam me non morante, apud semetipsum perpendat, quod et ego quoque sum minister Christi; hoc enim omnibus appareret, tam ex vita mea, tum ex actionibus: et ideo in hoc non sum inferior illo.

Pseudo-apostoli, sicut Iudaei, se christianos esse gloriabantur. Legem autem cum Evangelio miscbant.

Vers. 8. — *Non nisi amplius...* dixi me in hoc illi non imparere; non si quid amplius addidero, seu si quid plus dixerò de nostrâ potestate, quam illi possint de sua dicere.

Non erubescam, quasi mendax; aut vanus, quia veritatem dicam, non ad meam, sed ad Dei gloriam et salutem vestram.

Quam dedit vobis dominus in iudicationem... Ostendit legitimum Ecclesiasticam potestatis usum, edificare, prodesse: simul et suis amicis improperat quod ipsi desiderant in Corinthiis, quae Paulus in illis adificaverat: quia legalia observanda praedicabant, quae Paulus abrogata docerat.

Si quid igitur amplius dixerò de potestate, quam mihi Christus ipse dominus dedit, ut in vobis extruam spirituale salutis aedificium; cuius basis est fides, spes quasi paries, caritas cunctum; non verò ut hoc aedificium destrua, falsâ doctrinâ aut exemplo pravo: Non erubescam quasi quid aut falsò, aut vanè dixerim.

A Domino datur potestas ecclesiastica. Hinc à fidelibus honorandi: ceteri sunt omnes hâc potestate à Domino honorati. A Domino datur potestas ecclesiastica in adificationem, non in destructionem. Hinc praebitus inferiorum saluti tenetur semper prodesse: nunquam nocere. Hinc pastor falsa docens, contra fidem, aut bonos mores; destructor est, non pastor.

Hoc cogitet iterum apud se, id est, hoc etiam atque etiam perpendat apud se, scilicet ut non opus habeat à nobis dicitur; res enim per se manifesta est.

Quia sicut ipse Christus est, ita et nos. Hâc parte non sumus eo inferiores.

Vers. 8. — *Non nisi amplius aliquid gloriose fiero de potestate nostrâ,* apostolica, quâ non tantum praedicare Evangelium, sed etiam corripere et punire delinquentes possum.

Quam dedit vobis Dominus, Christus ipse, non homo quispian; sicut ait Gal. 1.

In adificationem, et non in destructionem vestram. Ad hoc, inquit, potestatem mihi dedit, ut vos et alios homines edificem spiritualiter, id est, ad salutem promovam; non autem ut destrua, id est, à salute aut profectum salubris impediam.

Non erubescam, non pudelicam tanquam arrogans; quia iure et cum honestate id facere possum.

Vers. 9. — *Ut autem non existimet, etc.*; ut autem non videat terere vos velle, et metum incutere per epistolâ, quasi praesens nihil audeam.

Vers. 9. — *Ut autem non existimet...* Syr., *verum commone, ne existimet tanquam is, qui perterrefaciendo perterrefaci vos per Epistolâ meâ.* Possem, inquam, de maiori potestate gloriari, sed non faciam, ne videat velle mesum ostentare potentiam et metum vobis per Epistolam incutere.

Vers. 10. — *Quosiam quidem Epistola...* etiam, inquit, obtracatores mei, epistola ejus graves sunt sententiarum pondere, et fortes rationum argumentis; seu pondus et vim habent; in eis et per eas tonat, fulminat, terrefacit.

PRESENTIA AUTEM CORPORIS VILIS, pusilla, infirma virtus et corporis habitus nihil habens magnificum, Et sermo dejectus, humilis, contemptibilis. Græcè, *nihil factus*; quasi diceret: Sine vi, sine pondere. Quasi diceret: Tonat et terrefacit absens: ubi adest, humiliter apparet, cuius sermo contentiuatur.

D. Paulus corpore parvus erat, hinc à D. Chrysostomo trichibialis appellatur. Paulus trichibialis est et ceteros transcendit, D. Chrysostomus citatus à Cornelio à Lapide, qui et Nicephorum citat.

Vers. 11. — *Hoc cogitet...* ac perscrutari voleat quisquis ille sit, qui tanta de me dicit: quia quædam sermo videri per Epistolâ, cum absimus; tales et de facto erunt, ad vos advenientes.

Alii, tales et de facto sumus praesentes: seu sumus vobis semper similes, sive cum adsumus, sive cum absumus.

Vers. 12. — *Non enim audeamus...* dico quod mihi semper sim similes. Non enim audeamus nos in eorum numerum inserere, aut eos comparare quibusdam, scilicet, pseudo-apostolis, qui sese extollunt, nosque depriment. Tales ac tanti sunt, ut nec audeamus, ob nimiam inaequalitatem nos cum illis conferre.

Ironiam hic agnosce, quâ illos arroganter insinuat; quia falsò se jactabant et aliis praeferebant.

Sed ipsi in nobis semetipsos metientes, id est, metuntur et comparantur, nosmetipsos nobis; id est, nulli nos comparamus, multò minus aliis nos praefertimus; sed nosmetipsos secundum ea, quae sunt in nobis, quasi nostro pede, et nostrâ mensurâ metuntur; non in maiorem facti quam sim.

Vers. 10. — *Quosiam quidem...* inquit, mei obtracatores et pseudo-apostoli, epistola, quas ad vos scribit Paulus, 6 Corinthi, graves sunt et fortes, hoc est, durae et acres, severae et minaces; praevallia autem corporis infirma, vilis, abjecta, pusilla, contracta. Et sermo contemptibilis, rudis, incoercitatus, inlegrus.

10. At hæc scribens, unam causam dico apud homines, an apud Deum? Num studium meum est ut hominibus placeam, an potius ut placeam Deo? Si adhuc hominibus placere studerem, Christi servus, seu christianus, non essem.

11. Itaque notum vobis facio et omnibus notum esse cupio quod Evangelium à me prædicatum non sit ab homine nihilque habeat humanum.

12. Quia illud non accepi ab hominis consensu traditione, neque illud didici alicujus hominis interuentu, seu magisterio, sed per revelationem immediate mihi factam à Jesu Christo.

13. Scitis qualis fuerim; et licet magnum sit inter Palestinam et Galatiam intervallum, ad vos tamen perveniit meæ conversationis rumor. Notum est omnibus quod tunc eram infensus hostis Ecclesiæ, quam persequer, quam expugnabam, et quam fuditissimè evertere cupiebam ardentissimè.

14. Audistis et meum in Judaicâ religione supra coetaneos meos Judæos progressum, scilicet in majore legis notitiâ, in majore Judaicâ religionis studio, et in ardentiori zelo erga doctrinam et instituta à magistris accepta.

15. Cum autem placuit Deo illud in me exsequi ad quod me ex utero matris meæ destinavit, cum, in

quam, singulari snā in me benevolentia me tunc hostem sum misericoorder vocavit, Act. 9, 5;

16. Filiumque suum, quem persequor ignorans, cognitum mihi fecit, revelatione divina animum illustrante, et fidei mysteria docente, ut illum predicantem gentibus, statim et sine mora illum ubique annuntiavi, inconsulto mortali quolibet, nullusque hominis capto consilio, aut audita doctrina.

17. Neque cucurri Jerusalem ad consulerem Petrum, Joannem, et Jacobum, qui ante me vocati sunt ad apostolatam et tunc Jerusalem agebant, sed ibi in Arabiam, et tunc reversus sum Damascum.

18. Deinde post tres annos ivi Jerusalem, non discedi studio, sed honoris priori apostolo deferendi gratia, apud quem fui per dies tantum quindecim, tempus sane brevissimum, ut ab eo discerem Evangelium, quod aliunde non fuisset edoctus.

19. Alium autem non vidi, quia alii alio ierant apostoli in Evangelium predicarent; solum vidi Ja-

VERS. 1. — PAULUS APOSTOLUS NON AB HOMINIBUS...

Prooemium sane convenientissimum et quod, ut ait Theodoretus, illam in Paulam calumniam statim redarguit. Recordare dicitur in praefatione. Ut apud Galatas errorem sum fecissis inducerent falsi doctores, et D. Pauli doctrinam funditus evertent; illius auctoritatem labefactare primò aggressi sunt; negant ergo eum Christi apostolum esse; asserunt eum apostolorum tantaxat esse discipulum, et ab eis missum, sed qui eorum doctrinam et mentem non esset assecutus. Hinc D. Paulus, non ut se ceteris apostolis eminentiorem ostendat, sed ut erroris et deceptionis argumentum et materiam dissolvat, sic exorditur: *Paulus apostolus, non ab hominibus...*

Primò, removet auctoritatis suae originem falsò et malitiosè à pseudo-apostolis impulatam. *Non ab hominibus...* id est, inanus apostolicum impositum est mihi, non ab hominibus, arbitrati suo, vel auctoritate sua.

NEQUE PER HOMINEM, imò nec à Deo, per hominem parum, ut, v. g., Mattheus à Spiritu sancto per apostolos, vel non ab hominibus simul congregatis, v. g., apostolorum collegio, neque per unum... inter alios praecipuum, v. g., per Petrum apostolorum principem, per Joannem et Jacobum, inter apostolos columnas.

Secundò, assignat veram apostolatús sui causam. SED PER JESUM CHRISTUM, sed ab ipso Jesu Christo, non mortali quidem et apud homines agente, sed immortalis, gloriosus; à dextris Dei sedente, seu in divina omnipotentia constituto.

ET DEUM PATREM, QUI SUSCITAVIT... Et consequen-

VERS. 4. — Paulus apostolus non ab hominibus, scilicet parvis, sed à Christo homine ac Deo, neque per hominem, sed per Jesum Christum, qui non est parvus homo, sed homo Deus. Vult enim dicere se non ab homine, neque à Deo per hominem, sed immediate ab ipso Deo vocatum esse.

Et Deum Patrem Jesu Christi naturalem, significat

cobum, Domini consobrinum, filium quoque Mariae Cleophae sororis B. Mariae Virginis.

20. Haec autem omnia facta sub juramento vobis assevero, utpote magni momenti et creditu necessaria, ut non pater apostolorum discipulus, ab illis edoctus et missus, sed ut credat: quòd sum reverè apostolus Christi et ab ipso Christo edoctus et missus.

21. Deinde veni in partes Syriae et Ciliciae; in nullā itaque Judaeae urbe aut regione immoratus sum, ubi christianam religionem edoceret.

22. Ignotus eram, etc.; ergo nec dici potest quod de me spargant falsi doctores, scilicet quòd apud Judaeos docerim necessitatem circumcisionis suscipiendae legisque servandae.

23. Rumor tantum apud illos de me percrebuerat, quoniam ille qui nos aliquando persequelatur nunc annuntiat hanc ipsam fidem quam prius expugnabat.

24. Et ex me sumebat occasionem Deum laudandi, cum me viderent ex lupò factum pastorem et pastoris munia gerentem.

COMMENTARIA.

ter per ipsum à Deo Patre, qui Jesum suscitavit à mortuis, in dextera sua collocat, caput super omnem Ecclesiam constituit, omnemque ei potestatem in caelo et in terra dedit.

Triplex in his D. Pauli verbis adverte missionem. Primam ab hominibus et per homines solos, estque tota humana, qualis est haereticorum, pseudo-apostolorum, et utinam talis non sit missio multorum, qui hodie per amicos ad beneficia promovuntur ab hominibus et per homines. Secundam à Deo per hominem, haecque partim est divina, partim humana; divina, quoad institutionem; humana, quoad communicationem. Talis fuit missio S. Matthei (à Deo per apostolos), talis et missio episcoporum et aliorum ipsis subordinatorum, ritè et canonice vocatorum; vocantur enim et mittuntur à Deo per homines. Tertiam, quae tota divina est fitque à Deo immediate, seu à Domino nostro Jesu Christo, Deo homine; qualis fuit missio D. Pauli et aliorum apostolorum. Hic quilibet Ecclesiae minister suam examinet missionem, et de semetipso coram Deo judicet: An à Deo, an ab hominibus solis, et à seipso in praebitum sum evectus, an divina, an humana missio mea? Sicut nullus major defectus quam defectus potestatis, ita nihil periculosius intrusionem, seu carentiam missionis.

VERS. 2. — ET QUI MECUM SUNT OMNES FRATRES, ECCLESIAE GALATIAE. D. Chrysostomus notat hic tria discrimina inter hanc et ceteras D. Pauli Epistolas. Primum, in aliis Epistolis sum nomen solum apponit, aut duorum aut trium tantummodo nomina; in hac totam multitudinem posuit: *Omnes fratres*. Secundo, autem se factum apostolum à Deo Patre per Christum filium ejus.

Qui suscitavit eum à mortuis. Hoc addit ut tacite saltem innuat, à Christo per resurrectionem immortalitatem se constitutum apostolum; quod nulli contingerat aliorum.

VERS. 2. — ET QUI MECUM SUNT OMNES FRATRES, etc.,

cundum, aliae Epistole ad unam civitatem, seu ecclesiam dirigitur, haec ad omnes ecclesias Galatiae. Tertium, in aliis addit: *Dilectis, sanctificatis ecclesiis Dei*; hic simpliciter: *ecclesiam Galatiae*.

Utrum autem discriminum rationem reddidit idem D. Chrysostomus. Ratio primi, ut dicitur Apostolus illam sibi columnam quòd ipse solus haec predicaret, et novam dogmatum rationem invehret. Ille ut declaret quòd multos habeat ejusdem sententiae socios, ait: *Et qui necum sunt omnes fratres*, quasi ex illorum consilio scriberet. Ratio secundi, quia totam Galatarum gentem erroris incendium pervaserat. Ratio terti, quia ab Evangelio declinare jam coeperat: hoc erat, inquit, agrè affecti animi summe dolorem aperientis, quòd non poterat eos à charitate appellare, sed à solà congregatione.

VERS. 5. — GRATIA VOBIS ET PAX... Haec apostolica salutatio omnia spiritualia bona continet, gratia nempe est vitae spiritualis principium, pax est quietatio mentis in fide, seu, ut ait D. Augustinus, reconciliatio ad Deum. Optando igitur principium et finem bonorum spiritualium, optat et omnia bona quae sunt inter haec duo extrema.

Hinc frequens esse debet et in usu apud omnes Christianos haec apostolica salutatio: *Gratia vobis et pax*.

A DEO PATRE ET DOMINO NOSTRO JESU CHRISTO. DUOS notat fontes horum spiritualium bonorum, seu duo salutis nostrae principia, scilicet Deum et Christum; Deus, ut pater, ut bonus, fons est gratiae et pacis; Christus, ut salvator, per suam mortem, notis gratiae et pacis fons est. Deus causa principalis; Christus meritoria.

VERS. 4. — QUI DEDIT SEMETIPSUM... Assignat modum quo Christus nobis meruit gratiam, quasi diceret: Christus Jesus est nobis causa gratiae et pacis, quia dedit semetipsum victimam pro peccatis nostris. Dedit se liber et volens, fuit enim sacerdos et vicinia; sacerdos, quia obtulit; hostia, quia semetipsum dedit et obtulit; idque quia ipse voluit, Isaia 53, 7.

SECUNDUM VOLUNTATEM DEI... id est, ita liberè ut tamen ex decreto Patris sui et nostri: sui per naturam, nostri per gratiam.

UT EMERENT NOS DE PRESENTI SECCULO NEQUAM, id est, de corruptione hujus seculi. Sicut D. Joannes mundum dicit in maligno positum, non quòd mundus

subaudi, scribunt, aut precantur.

VERS. 3, 4. — Gratia vobis et pax à Deo Patre et Domino nostro Jesu Christo, qui dedit semetipsum pro peccatis nostris; id est, tradidit semetipsum in mortem pro peccatis defendendis; utique secundum naturam humanam, quia soli mori potuit.

Ut eriperet nos de presenti seculo nequam. Saeculum nequam est secularis et carnalis vita et conversatio, qualem agit et ad quam invitat hic mundus, mundanae homines, qui hujus tantum seculi bona, opes, videlicet, honores ac voluptates per fas et nefas occupantur.

Secundum voluntatem Dei et Patris nostri. Christum tradidisse seipsum in mortem, ex voluntate, decreto et precepto Patris, vel ad effectum hujus spontanea

sit matus, sed quia in mundo mala sunt ad hominibus, ita seculum nequam dicitur hic ab Apostolo, non quòd spatium temporum bonum sit, aut malum per semetipsum, sed per eos qui in illo sunt, aut bonum appellatur, aut malum, ait D. Hieronymus.

Itaque seculum nequam est metonymia; seu seculum ponitur pro iis qui sunt et quae fiunt in seculo. Per haec autem verba, ut eriperet nos de presenti seculo nequam, seu de corruptione hujus seculi pessimi, Apostolus effectum mortis Christi designat. Sicut ergo prius indicavit Christum, gratiae fontem, ita et hic modum ostendit quo Christus gratiam et justitiam nobis promeruit. Et hoc non sine causa, sed ut in ipso exordio pseudo-apostolorum refellat errores.

Itaque si scandalale dicitur exordium illud quo preparatur auditor ad id quod in sermone vult orator demonstrare, hoc sane laudabilissimum quòd D. Paulus viam sibi parat ad refellendum pseudo-apostolorum errorem, qui in legalibus et à legalibus remissionem peccatorum et justitiam requirebant. Alebant enim quòd à Christo quidem veritatis doctrina et vitae exemplum essent referenda, à Moyse verò et à lege peccatorum remissio. Quod ut et in ipso exordio refellat Apostolus, Christum designat justitiae fontem, et modum notat quo nobis justitiam et gratiam promeruit.

VERS. 5. — CUI EST GLORIA... cui sit aeternus honor pro tanto et tam eximio beneficio. Ineffabilis hujus erga te Dei amoris recordare. Sic Deus dilexit mundum, ut Filium suum unigenitum daret... Ob hoc aeternus ei sit honor et gloria.

VERS. 6. — MIROR QUOD SIC TAM cito... Graec: *Miror quòd tam cito*. Non est sic tam, sed tam cito. Am-brosius tamen habet, *sic tam cito*, et, teste ipso Erasmo qui haec lectionem putat absurdam, reperitur apud Terullianum et D. Augustinum. Exponit Apostolus factum ob quod illis scribit; et ut de eo horrorem illis incutiat, et factum ex abrupto et cum admiratione declarat, et omnes illius enarrantes paucissimis verbis exprobrat. *Miror quòd sic...* Singula verba vim habent et sunt ponderanda. *Miror*, nec concipio; insolita et incoegna miranda; *quòd sic*, scilicet quòd postquam tantam à Deo gratiam accepistis; postquam tot hinc opera, Christi gratia fecistis; postquam tum multa pro Christo passi estis, cap. 5, v. 4. His itaque verbis et confusionem illis parit, et suam simul erga

traditionis, significatum verbis subsequentibus.

VERS. 5. — Cui est gloria in saecula saeculorum: Amen; id est, fiat. Sensus: Qui pro tanto beneficio dignus est à nobis et ab omnibus gloriantur per secula semper duraturus, id est, in omnem aeternitatem.

VERS. 6. — Miror quòd sic tam cito transferimini, etc. Miror vos tam cito post fidem Christi susceptam, ab eo qui vos admirabili benignitate vocavit in gratiam Christi Filii sui, id est, ad participationem gratiarum ejus beneficiorum, transferri seu traduci in aliud evangelium, sive in aliam doctrinam, quae pro Evangelio vobis obtrahitur, q. d.: Miror quòd apostolatus tam facile à Deo et à Christo, qui vos vocavit tam gratiosè et amantè, quòd gratiae ejus sitis tam ingrati et innumeros, eamque aspernominati.

illos existimationem ostendit. *Tam cito.* Duplicem illis impingit culpam, et quod defecerat, et quod ceterim defecerat.

TRANSFERTIS, non dixit translatis estis, sed *transfertis*, id indicat quod credat nondum factam esse circumventionem, et ut, hoc modo, ab ea revocet.

AD EO, QUI VOS VOCAST... id est à Deo Patre, qui vos, sua misericordia, VOCAVIT IN GRATIAM CHRISTI, id est, ad sanctificationem, quae in Christianismo datur, et consequenter à Jesu Christo, cujus gratia et vocati et sanctificati fuistis. Ut Galatas ab errore revocet, horrendam illius enormitatem eis exhibet; nimium defectio est à Deo Patre, et à Jesu Christo. Falsi doctores ut Galatas seducerent, suam Judaismi cum Christianismo mixturam vocabant Christianismum. Haec erat illorum fraus, sit D. Chrysostomus; sed est omnium impostorum, haereticorum fraus. Apostolus fraudem detegit, hanque mixturam proprio nomine designat; nimium, defectio est à Deo Patre, qui vos vocavit, et à Jesu Christo, ad quem estis vocati.

IN ALIO EVANGELIO. Ita doctrinam suam vocabant falsi doctores; sed hoc overtit Apostolus in v. 7, dicens: *QUOD NOS EST ALIUD.* Inque miror quod à Deo et à Jesu Christo defecistis, et ceterim defecistis, et ad novum aliud Evangelium defecistis. Hoc obspescens in Galatis miratur Apostolus; et non sine mentis commotione hoc illis reprobat.

Observatio moralis.

Sed, heu! in quot Christianis hoc ipsum videmus, nec tamen miramur? quot à Deo et à Jesu Christo, cui nomen in baptismo dederunt, deficiunt? et ceterim, in ipsa adolescentia et juventute flore deficiunt? et toto vite tempore, aliud evangelium, mundi vanitates, diaboli pompas sequuntur, quibus alienantur? Nostra haec desertio peior est Galatarum defectione; Judaismum Galatae nusquam alienantur, ad quem accesserunt; nos mundi vanitates et diaboli pompis in baptismo renuntiavimus, ad quas tamen recurramus. Hincque nostra defectio quasi duplex, aut saltem dupliciter rea; à Jesu Christo deficiamus, cui nomen dedimus; ad Satanae pompas recurramus, quibus solenniter renuntiavimus. Hujus desertionis reatum, o Deus misericors! da nobis intelligere, lurrere, flere; ut tandem post peccationem dolentem et penitentem redeamus ad cor. *Redite, provertentium, ad cor.*

VERS. 7. — QUOD NON EST ALIUD... Exponit Apostolus quod v. 6 dixit, in aliud evangelium; et quasi semetipsum corrigens, addit: *Quod non est aliud,* id est, cum tamen non sit aliud, etc.: unum enim solum est Evangelium.

VERS. 7. — Quod non est aliud, q. d.: Transfertis vos ad aliud evangelium, quale tamen aliud non est: nullum enim verum evangelium aliud est ab eo quod ego vobis predicavi.

Nisi sunt aliqui, qui vos conturbant, et volunt convertere Evangelium Christi; sed tamen, inquit, quidam sunt turbantes vos, alii volunt invertere Evangelium Christi, id est, aliud docere quam quod Christus per apostolos docendum tradidit. Non enim Christus

Nisi sunt aliqui, id est, sed sunt aliqui, scilicet, pseudo-apostoli, qui vos falsis suis dogmatibus conturbant, et volunt invertere Evangelium Christi. Subvertent Evangelium Christi, docendo quae Christus nec per se, nec per apostolos suos docuit. Invertent Evangelium, seu praeposterè vertent; illud enim perverso ordine ad legem revocabunt. Lex umbra, figura: Evangelium veritas, res figurata.

Ordo naturalis est: Ut umbra et figura desinat et convertatur in veritatem; et revera lex in Evangelium conversa est; illi autem perverso ordine veritatem evangelicam ad figuras et umbram reducere volebant; sicut Evangelium invertent, praeposterè vertent; res susque deque vertent. Hinc docemur quod evangelica puritas nullam mixturam patitur. Purè servandum est Evangelium; aliis invertitur.

Quantummodum in movetis regia, qui postulum quid amputari de impressa imagine, totum numisma reddidit adulterium, ita quisquis sane fidei vel minimam particulam subvertit, in totum corrumpit, ab hoc initio semper ad deteriora procedens. D. Chrysostomus.

Si legalia ceremoniarum, à Deo etiam instituta superaddita fuit Evangelii subversio, quid erunt commenta hominum Evangelio superaddita? quid vanitates seculi et pompe diaboli Evangelio copulatae? Quot ergo Christiani in semetipsis subvertunt Evangelium Christi? quot ergo quibus in fine mundi, dicit Christus: *Non huc estis?*

VERS. 8. — SED LICET NOS AUT ANGELOS... Hic Apostolus, zelo Dei in Evangelii subversores accessus in eos quidem anathema dicit; sed apostolicè prudenter ductus, in hoc anathemate ferendo modum servat admirabilem. Primò, neminem pseudo-apostolorum nominat; secundo, ne sua videatur ostentata dogmata, aut semetipsum aliis hae in re preferre; seipsum devotè, *licet nos;* tertio, quia falsi doctores Petrum, Jacobum et Joannem celebrabant, quasi erroris sui patronos, idè addit: *AUT ANGELOS.* Hinc merito D. Chrysostomus dicit quod D. Paulus angelos evangelistas dicens anathema, omnem, quaecumque sit, dignitatem comprehendit; seipsum autem dicens anathema, omnem familiaritatem ac germanitatem complexus est. Nec mihi dixeris: Socii, collegae tui, etc., apostoli, etc.; nec mihi ipsi parco, si, etc. Vide D. Chrysostomum. *Licet ergo nos, mente mutati, aut angeli de caelo, si fieri posset, EVANGELIZAVISSET VOS; PRATERQUAM QUOD, et praeter id quod, v. 9. Graecè praeter quod, significant contra quod, vel quod repugnans et contrarium ei quod praedicavimus, etc.* Hae autem locutione usus est Apostolus, quia agit praecipit homines circumcidi, ceterasque legis ceremonias observari; sed ab hoc iugo fideles suos liberavit.

VERS. 8. — Sed licet nos, etc. Loquitur contra judaizantes, qui Judaismum, praeterquam, id est, contra Evangelium inducere volebant. *Anathema sit, id est, maledictus et execrabilis;* quod Hebraei vocabant *horma.* Declarat execrabilis esse et excommunicatione atque aeterno interitu dignum.

contra judaizantes, qui praeter Evangelium inducebant Judaismum; sicut dicebant praeter id quod Apostolus docerat. Hinc orsus est canon fidei, quem secuti sunt sancti Patres et concilia: Si quod dogma novum oriatur alicubi, examinetur an concordet cum antiqua et recepta Ecclesiae catholicae fide, quam praedicarunt apostoli, ut si inveniat ei repugnans, aut ab ea alienum, haereticum habeatur, eique dicatur anathema. Christus, ipsa veritas, verbum Dei locutus est; apostoli hoc Dei verbum praedicarunt; hinc quicumque verbo Dei, praedicationi apostolorum, repugnans aliquid asserit, hic sit anathema. Si autem à primis Ecclesiae temporibus, tanta fuit fidei semel tradita certitudo, utpote inique verbo, seu revelationi Dei, quanta nunc debet esse illa fidei certitudo, tot sigis et miraculis, tot seculorum traditione, tanto totius orbis consensu, stabilita atque confirmata?

VERS. 9. — Sicut praedicavimus et nunc iterum... Et inimitis inculcat animis ea quae in v. 8 dixit, et ne forte putent quod per quemlibet fervoris excessum dicta sint, eadem repetit.

Si quis VOBIS EVANGELIZAVIT contra id quod vos, ex Christi mandato, docui, sit anathema. Quia haereticè hoc et praecedenti versu abutuntur ad repellendas Ecclesiae leges, decreta pontificum et canones conciliorum, nota pulchram hujus loci interpretationem à D. Augustino, tract. 99 in Joan. : Non ait, pluraquam accepistis, sed praeterquam quod accepistis; nam si illud diceret, praedicaret sibi ipsi, qui cupiebat venire ad Thessalonicos ut suppleret quae illorum fidei defuerunt; sed qui supplet quod mentis erat, addit; non quod inerat, tollit; qui autem praetergreditur regulam fidei, non accedit in viam, sed recedit de viâ. Hinc S. Augustinus.

Summi verò pontifices, concilia, etc., explicant fidem, non praetergreduntur regulam fidei; explicite docent quae sunt in Scripturis impleta; Scripturis autem non adversantur. Hinc nihil contra illos quod hic D. Paulus dixit contra falsos doctores, qui Judaismum praeter et contra Evangelium inducentes, praetergrediebantur regulam fidei, et eo ipso Evangelium invertent.

VERS. 10. — MODO ENIM NOMINIBUS PLACEREM... Attendens Apostolus ad excommunicationem jam à se latam; animadvertit quod quantumlibet cum prudentia fuerit expressa, superbo tamen his doctores, et aliquos fortasse eorum discipulos sit offensura; in hac ergo reflexione à semetipso quaerit: Nam hanc causam modò apud homines dico? num apud Deum? an studium meum est ut hominibus placeam? an potius ut Deo placeam? Tam sibi met respondens, et intra semetipsum approbans quod versibus superioribus dixit: *SI ADHUC NOMINIBUS PLACEREM...* aut place-

VERS. 9. — Sicut praedicavimus, etc. Accepistis, intellige, à nobis.

VERS. 10. — Modò enim hominibus suadeo, an Deo? Id est, an apud homines causam dico, an apud Deum? Ita Chrysost.

An quero hominibus placere? id est, nam studium

ro vellem, CHRISTI SERVUS, seu Christianus non essem; sed adhuc à Judaeis stare.

Notanda ad intelligendum.

His verbis Apostolus vult Galatis indicare quòd Deo gloriam unicè quaerat, non favores hominum; hincque liberè et sincerè veritatem dicat, non placenta hominibus. Ubi duo simul peragat: suam causam ab infertate personae suae commendat, et ex obliquo ferit adversarios, quibus totum studium erat hominibus placere, seu intentionem suam Paulus pseudo-apostolorum intentioni oppositam declarat. Quod ut melius intelligas, nota quòd qui judaizandi necessitatem docebant, id non pietate moti faciebant, sed ut Judaeis placerent, et ab eis, hae ratione, honores et commoda adipiscerentur; simulque incommoda vitarent, quae Christianis promittant. Tunc enim Judaeis libera erat per leges Romanas et edicta, religionis functio; non item Christianis, quos vexari cepisse patet ex Actis apost., et ex aliis S. Pauli Epistolis. Mentem igitur et intentionem suam in praedicando Paulus indicat pseudo-apostolorum menti et intentioni oppositam; illi hominibus placere student, Paulus Deo. Hinc D. Chrysostomus ore sic loquitur: Nec principatum ambiens, nec discipulos colligendi studio, neque gloriam ac laudem à vobis captans, haec scribo; neque enim nobis studio est hominibus placere, sed Deo: nam si voluisset hominibus placere, adhuc à Judaeis stare, adhuc persequeretur Ecclesiam Dei. Ita D. Chrysostomus secundum quae, *Christi servus non essem,* idem est ac Christianus non essem.

Observatio moralis.

Ex hoc v. 10, si hominibus adhuc placerem... disco studium placendi hominibus, seu amorem humanæ gloriae fontem esse corruptionis evangelicæ, nec Evangelii veritatem purè annuntiarì ab eo ministro ejus cor hoc affectu praeventum est. Sit itaque verus Dei minister ab omni humanæ gloriae affectu liber; Deum unicè quaerat.

Ex eodem versu disco quòd nemo potest Deo et mundo, duobus dominis, servire, Matth. 6. *Conjugatum est stratum, ita ut alter decidat, Isai. 28, 20.* Cor nostrum, stratum Dei, illud Deus propter se fecit, hinc Deum solum et unicè contingere potest; si aliud amet, Deum non amat. Nec duo sponsores, nec duo dominos habere potest; si unus accedat, alter decidet, si adulter admittatur, Deus sponsus nicens animæ dimittitur. Itaque cor tuum diligenter examina; si non sit unicè Dei, Dei non est. Unum uni, una, amabat extaticus frater Egidius, sancti patris Francisci socius; unum cor uni Deo, una anima uni sponso Christo.

Nota tamen uno respectu complacitiam esse peccatum et altero virtutem esse. Hominibus placere propter homines, sine respectu ad Deum, peccatum

meum est ut hominibus placeam, an potius ut placeam Deo?

Si adhuc hominibus placerem, Christi servus non essem. Si adhuc ut olim sectarer hominum gratiam, non essem idoneus Christi servus, non essem dignus eo nomine, quia ministerium quo Christo servio in

est. Placere hominibus propter Deum et ut illos ad Deum trahas, charitas est. Hinc conciliabiles quod hic dicit Apostolus cum eo quod Rom. 15 dixit: *Unusquisque proximo suo placeat*; et 1 Cor. 10: *Se per omnia omnibus placere*; quod bene D. Augustinus explicuit dicens: Homo hic non placet utiliter, nisi cum propter Deum placet, id est, ut Deus placeat et glorificetur, cum dona eius attendantur in homine, aut per ministerium hominis accipiuntur; cum autem sic placet homo, jam non homo, sed Deus placet.

VERS. 11. — NOTUM ENIM VOBIS-FACIO, FRATRES... Explicat et aggreditur probare quod dixit statim ab initio: *Paulus apostolus non ab hominibus...* Ut ergo refutaret pseudo-apostolorum calumniam dicentium quod Paulus non sit apostolus, sed apostolorum tantum discipulus, in toto capitulo huius reliquo multis argumentis probat quod Evangelium suum ab homine non didicerit, sed à Jesu Christo immediate. Affirmat ergo cum certitudine et omnibus notum esse quod Evangelium à se predicatum non sit ab homine nihilque habeat humanum.

VERS. 12. — NEQUE ENIM EGO AB HOMINE ACCEPTI... Quia illud non accepti ab hominis cuiuspiam traditione, neque illud didici hominis alicujus interventus, seu magisterio, sed PER REVELATIONEM à Jesu Christo immediate mihi factam.

Adest proposito veritatis oppositae judaizantium calumniam. Sequuntur illius veritatis probationes.

VERS. 15. — AUDISTIS ENIM CONVERSATIONEM... Vide paraphrasin.

VERS. 14. — ET PROFICIEBAM IN JERUSAEMO... Vide

Evangelio, non sincere, non sicut oportet obire.

VERS. 11. — NOTUM ENIM VOBIS FACTO, etc. Non est humanum, sed divinum Evangelium meum, non est hominis, sed Dei.

VERS. 12. — NEQUE ENIM EGO AB HOMINE ACCEPTI... etc. Facta est igitur et revelatio Evangelii, antequam ut Christi Apostolus fidei Domini Jesu inciperet predicare, non longo scilicet post conversionem ipsius.

VERS. 15. — AUDISTIS ENIM CONVERSATIONEM MEAM... etc. Audistis enim conversationem meam apud in Judaisimo. Judaisimum vocat sectam Judaeorum, id est, eorum qui legem Moysicam mordicis retinebant, non admittentes abrogationem ejus per Christum. Judaisimus est, inquit Augustinus, cum putatur ex extremis et lege salus esse, aut sine illis non esse.

Quoniam supra modum persequebar Ecclesiam Dei... id est, quod omni conatu ac studio persequebar christianos, qui sunt Ecclesia Dei. Et expugnabam illam, hoc est, expugnare et evertere satagebam, vel devastabam illam; quasi videlicet quidam grassator et prodo, ait Hieronymus.

VERS. 14. — ET PROFICIEBAM IN JUDAEA... supra multos annos meos in genere meo; ita proficiebam ut eum voca genus sum.

Abundantius exultator existens paternorum meorum traditionum... id est, Ardentior zelator sui pro patriis institutis mihi à majoribus traditis.

VERS. 15. — CUM AUTEM PLENTI EI QUI ME SEGREGAVIT... etc. Cum autem plenti ei qui me segregavit ex utero matris meae, qui loci me nasci secundum carnem ex utero matris meae. Quam matrem fuisse nuncupatam Theoricam refert hoc loco Stephanus in Zoroastro papa. Qui me jam inde ab ipso natalitatis meae exordio predestinavi, ac peculiariter ex hominum

paraphrasin. Probat, primo per seriem vitæ ante conversionem ductæ, ubi tantum abest, ut quemquam ex apostolis haberet doctrinæ suæ magistrum, quia imò inter Judæos insignis erat. Primo, sua crudelitè in Ecclesiam persecutione: *Supra modum persequebar...*, infensus eram hostis Ecclesie, quoniam vehementer persequebar, et quam funditus evertere ardentè cupiebam. Secundo, suo in Judaicâ religione supra coetaneos Judæos progressu, in majori notitiâ legis, et Judaicæ religionis studio: *Et proficiebam...* Tertio, suo ardentiori zelo in doctrinam et instituta à majoribus accepta: *Abundantius exultator...* seu, ut ait Syrus: *Et majorem in modum satagebam doctrinam paternam meorum.*

Hoc vobis omnibus notum est; audistis enim quantumcumque sit inter Galatiam et Palestinam spatium, hujus tamen conversationis meæ rumor ad vos usque pervenit. Tunc ergo, ut videtis, nec apostolos, nec alios predicatorum consulebam, contra quos ferventius exarsissem.

VERS. 15. — CUM AUTEM PLENTI EI, QUI ME... Vide paraphrasin.

VERS. 16. — UT REVELARET FILIUM SUUM... Vide paraphr.

VERS. 17. — NON VENI JEROSOLIMAM... Vide paraphr.

Pergit in probandâ supra posita veritate, per vitæ suæ post conversionem sequelam; Jesus enim à Deo, statim obediit, docuit, predicavit vocatum Christum, Filium Dei, nullo apostolo, aut alio doctore christiano consulto, aut audito.

numero delegit; quasi dicit: Deus ante omne meum meritum me eodem notum predestinavit, et predestinatum segregavit ex utero, nascique fecit, ac nomen vocavit, et revelavit Filium suum in me, hoc est, ut me ad Christum et Evangelii agnitionem adduceret, et consequenter ad apostolatam, ut evangelizarem Christum in gentibus. Ita Ambrosius, Anselmus, Theophilus. *Et vocavit per gratiam suam.* Vocatio huius in tempore, estque per gratiam Dei efficax ad eam rem, ad quam quis ab aeterno predestinatus est. Videtur autem loqui de tempore conversionis.

VERS. 16. — UT REVELARET FILIUM SUUM IN ME... pro eo quod est, per me, positum est; q. d. : Ut per me, tanquam apostolum, et præconem, Filium suum fideique ejus mysteria manifestata mundo fieret.

Et evangelizarem illam in gentibus, continuo non acquievi carni et sanguini; q. d. : Ab homine Evangelium non sum edoctus, quia cum nullo homine illud contuli, sed à Deo solo illud per revelationem accipi.

VERS. 17. — NEQUE VENI JEROSOLIMAM AD ANTISSORAS MEOS APOSTOLOS... Dices: Actor. 9, dicitur mox à conversione, cum Damasco fugeret, Paulum venisse Hierosolimam. Respondet Hieron. et Larianus in Actor. 9, venisse Hierosolimam statim à conversione necessitate lege compulsum, non advenit ad Petrum videret, cum eoque conferret Evangelium; hoc enim tantum hic negat. Alter respondet Baron., Act. 9, non dici Paulum statim à conversione venisse Hierosolimam, sed post dies multos: puta post triennium portum in Arabiâ, portum Damasci exactum, etc. Utraque sententiâ est probabilis. Priori faveit id quod subdit Lucas: *Omnes timebant nos, non credentes quod esset discipulus.* Diarchous autem apprehensus duxit illum ad apostolos; et narravit illis quomodo in via videret Dominum. Conversio enim tam miraculosa Pauli non videtur potuisse per triennium latere apo-

Cum autem placuit Deo, illud in me exequi ad quod destinavit ex utero matris meae... alludit ad id quod Jeremia dicitur Jerem. cap. 1.

Et vocavit me per gratiam... Explicat id ad quod erat destinatus, quasi diceret: Cum, inquam, Deus singulari suâ in me benevolentia, me tunc hostem suum misericorsiter vocavit. Vide Act. 9, 5.

Ut revelaret... Filiumque suum quem ignorans persequebar, cognitum mihi fecit, revelatione divinâ animam meam illustrante et fidei mysteria docente, ut illum gentibus predicarem.

Apud sacros auctores non bene constat, quando facta fuit hæc Evangelii revelatio; D. Hieronymus putat in itinere Damasci; D. Thomas in triduo sequenti; alii et forte probabilius postquam Paulus fuit ab Anania catechizatus et baptizatus.

Continuo non acquievi carni et sanguini. Syr.: *Statim non potestati carni et sanguini.* Arab.: *Non significavi apud carnem et sanguinem.* Non acquievi, id est, non contuli, non communicavi cum carne et sanguine, seu nullum adii, consilii capiendi gratiâ; hoc significat verbum Græcum; hinc illud ipsum noster interpret, cap. 2, v. 6, vertit: *Nihil contulerunt.* Sensus itaque est: Statim et sine morâ, illum ubique annuntiavi, vide Act. 9, v. 20, inconsulto quolibet mortali, nulliusque hominis capto consilio, aut auditâ doctrinâ.

Non quæsit ab hominibus an Deo parendum esset, sed obediens Deo, Jesum statim ubique predicavi. *Non acquievi carni et sanguini.* Carô et sanguis hic rectè significat apostolos, nature cognomento eos designans; quod si hoc secuti de cunctis hominibus, non non contradicimus, ait D. Joan. Chrysostomus.

Neque veni Jerosolimam... Vide paraphrasin. SED AB IN ARABIAM, ET ITERUM REVERSUM SUN DAMASCUM. DAMASCUS tunc erat sub Arabum regno, ait Grotius.

D. Paulus non dicit expressè ad quid Ierit in Arabiam, et ad quid Damascum redierit, sed ex v. 16, ubi dicit se statim, sine morâ, coepisse suo munere fungi, videtur indicare satis quod ex tunc ubique predicaverit et in Arabiâ, et Damasci, et in locis Damasco proximis, aliquo inconsulto quibuslibet mortalius. Et etiam sequi videtur ex Apostoli scopo, qui hæc omnia refert ut probet quod à nullo apostolo sit edoctus, aut missus, cum predicaverit ubique antequam ullum videret apostolum. Videtur et id expressum in Actis apost., cap. 9, 20: *Et continuo in Synagoga predicabat.* D. Lucas hujus in Arabiam itineris mentionem non facit, fortè quia Pauli comes non erit, fortè quia in Arabiâ nihil accidit Pauli memorabile, vel potius ex modestâ Paulus sua preclara

stolos et alios fideles Hierosolymis.

Sed ab in Arabiam, et iterum reversum sum Damascum.

Quid in Arabiâ Paulus egerit, traditum non habemus.

VERS. 18. — DEINDE POST ANNOS TRES VENI JEROSOLIMAM VIDERE PETRUM, etc. q. d. Paulus: Veni Hierosolimam videre Petrum, non ut ab eo aliquid discerem,

facta non commemorat, ait D. Chrysostomus.

Sed, inquit, Act. 9, v. 28, videtur quid statim post conversionem suam Paulus Damasco fugerit Hierosolimam. Resp. cum Baronio quod si bene legatur locus ille Actorum, convenit cum hoc Galatram; in Actis enim non dicitur quid statim post conversionem, sed *post dies multos, scilicet, post annos tres, ut hic dicitur.*

Notaunda ad intelligendam.

Porro D. Chrysostomus sapienter notat in his, v. 16 et 17, debere mentem, non vana verba Apostoli considerari, idque multis similitudinibus et exemplis ostendit fieri debere in plorisque hominum dictis et factis. Quenam ergo mens est Apostoli dicentis se cum quopiam non communicasse, ad apostolos non ascendisse, etc. An intendit seipsum predicare, alios deprimerè? Minime, sed calumniam refellere inde Galatarum error ac deceptio irrisperat. Quoniam enim falsi doctores nosquam non incalcabant Galatis Paulum Christi apostolum non esse, ceteros omnes Paulo priores esse, ipsisque potius quam Paulo credendum; et quia ob illam calumniam decepti Galatæ illos falsos doctores audierant, illisque crediderant et circumeisionem susceperant; hinc D. Paulus non arrogantè causâ, sed ut suæ predicationis auctoritatem declarat, dicit: *Non contuli carnem et sanguinem, id est, hominibus.* Fuisset enim extreme absurditatis, ait idem D. Chrysostomus, cum qui à Deo fuerat edoctus postea cum hominibus communicare.

Neque ascendi ad eos qui ante me fuerant apostoli, quia qui per revelationem injunxerat ei predicandi munus, hoc illi non precepit, ait D. Chrysostomus.

Hinc collige quod licet quibusdam in casibus veritatem quamquam nobis gloriosam dicere; licet et aliquid jurare, ut v. 20 jurat Apostolus.

VERS. 18. — DEINDE POST ANNOS TRES... Fatetur quod post tres annos Hierosolimam iverit ut videret Petrum, non discendi studio, sed honoris primo apostolorum deferendi gratiâ, ut interpretatur D. Hieronymus, sic etiam et D. Chrysostomus qui notat quod D. Paulus non dixit *irascere, sed irascere, irascere*, cognoscendi et honorandi causâ. Ita et Ambrosius: Dignum fuit ut cuperet videre Petrum, quia primus erat inter apostolos, etc., non ut ab eo aliquid disceret, qui jam ab auctore didicerat à quo et ipse Petrus fuerat instructus, sed propter affectum apostolatûs, et ut sciret Petrus hanc illi datam licentiam quam et ipse acceptat. Addit D. Paulus quod fuerit per quindecim dies tantum apud Petrum, quod tempus brevius fuit quam necesse fuisset ut ab eo disceret Evangelium, quod alimunde non fuisset edoctus.

VERS. 19. — ALIUM AUTEM APOSTOLUM... Alio qui divinitus erant edoctus, sed ut tantum virum, apostolorum scilicet principem, viderem et honorarem. Ita Theod., Chrys., Ambros., Hieron.

VERS. 19. — ALIUM AUTEM APOSTOLUM VIDI NEMINEM, etc. Christi scilicet consobrinum vel cognatum.

quippe iherant Evangelii predicandi gratia. Nisi JACOBUM FRATREM, id est, consobrinum Domini, quippe filium Marie uxoris Cleopae quae soror erat B. Mariae Virginis. Perperam falsus Ambrosius dicit eum fuisse filium Josephi, et ideo dictum fratrem Domini. D. Hieronymus, cap. 8, contra Helvidium, docet sanctum Joseph fuisse virginem ante et post matrimonium cum Maria matre Domini.

VERS. 20. — QUAE AUTEM SCRIBO... Haec omnia, quia magni momenti et Galatis creditu necessaria, sub juramento affirmat, ut credant quod revera sit apostolus Christi, et ab ipso doctus.

VERS. 21. — DENIQUE VENI IN PARTES SYRIAE... Ergo

Hebraei enim cognatos vocant fratres. Fuit enim hic Jacobus Alphai, filius Mariae uxoris Cleopae, in eadem dodecim apostolis, primus episcopus Hierosolymorum, unde et in primo concilio Hierosolymitano primus post Petrum sententiam dixit, Act. 15. Hujus Jacobi extat Epistola canonica. In Chrysost., Theoph., Anselm.

VERS. 20. — Quae autem scribo vobis, etc. Ecce autem coram Deo dico et declaro, quia non mentor quae vobis scribo; q. d.: Deum, ut presentem et omnia videntem, testem adduco quod nihil horum continxerim.

VERS. 21. — Denique veni, etc.; id est, post quindecim dies quibus mansi Hierosolymis. Tarsus enim urbs erat Ciliciae, Pauli patri, quemadmodum ipse testatur, Act. 22.

Corollarium pietatis, seu in hoc capite ad pietatem maxime notanda, et ad praxim redigenda.

1. Nota quod in hoc capite D. Paulus, solutis animarum zelo pressus, totus est in stabilenda apostolatus sui, contra pseudoapostolorum calumnias, auctoritate; totus in purganda etiam minima suspitione de legitima sua missione, totus et in manifestanda intentionum suarum rectitudine, v. 10: An quero hominibus placere?

Hinc discat omnis praebat, pastor, doctor, conciator evangelicus, quilibet solutis animarum minister, omnem, etiam minimam, de sua auctoritate, missione, doctrina, suspensionem purgare, imo et stultae operibus et verbis intentionum suarum rectitudinem declarare. Potest omnibus auctoritas ejus legitima, quod non sit intrusus vi, dolo, hominum favore, ab hominibus, et per homines solos; pateat ejus missio ab hominibus legitimam auctoritatem habentibus; pateat ejus doctrinae puritas, et cum evangelica doctrina conformitas; pateat et, quantum fas est, intentionum illius rectitudo; quod non sua querat, sed Dei gloriam, et salutem animarum. Haec enim necessaria in Evangelii ministro, ut in Ecclesia Dei fructiferae.

2. In hoc eodem capite nota stupendum divinae gratiae miraculum. Paulus Judaeis, infensus Christianorum hostis et ferens persecutor, divina Christi gratia fit quasi in momento Christianus et ardens Evangelii predicator. Ut hoc miraculum melius agnoscat, advertite ex v. 15 et 14 quod erant in Paulo obstacula gratiae; ejus in Judaismo natiuitas, educatio, conti-

in nulla Judaea regione aut urbe immoratus, ubi christianam edoceret religionem.

VERS. 22. — ERAM AUTEM IGNOTUS FACIE... Ergo falso dicunt pseudo-apostoli quod apud Judaeos docerim necessitatem circumcisionis et legis suscipiende.

VERS. 23, 24. — TANTUM AUTEM AEDITUM... Vide paraphrasim.

ET IN ME CLARIFICABANT DEUM, id est, glorificabant, seu ex me simelant occasione Deum laudandi, qui me ex lupis fecit pastorem et pastoris officium gerentem.

VERS. 22. — Eram autem ignotus facie ecclesiae Judaeae, etc. Secundum faciem non viderant me christiani qui erant in Judaea.

VERS. 23. — Tantiis autem auditum habebant, id est, auditu et fama cognoverant, rumor hujusmodi ferebatur ad eos à dicentibus:

Quoniam qui persecubatur nos aliquando, nunc evangelizat fidem, quam aliquando expugnabat; id est, vastabat. Vastabat autem et expugnabat fidem, quia Christi fidelibus fidem extorquere persequendo intendebat.

VERS. 24. — Et in me clarificabant Deum. Graeco, glorificabant. Ambrosius legit, magnificabant. In me, dixi pro eo quod est, de me. Sensus, vel propter me. Gloriam meae conversionis Deo tribuunt.

nus in Judaea religioe supra suos coetaneos progressus, et ob id illius inter Judaeos illustris fama et existimatio. Adde, et illius ardens antiquae religionis zelus, odium in novam, et in Ecclesiam christianam sursum, denique declarata et omnibus nota in illam persecutio.

Quam potens igitur et efficax Christi gratia, quae haec omnia simul in Paulo vincens ex sevo predicatore fecit ardentem predicatorem, ex Judaismi defensore fecit Evangelii apostolum zelantissimum. Vocavit eum Christus exteriori et interiori voce, animam ejus caelesti lumine illustravit, cor divinis motibus immutavit, et statim Saulus, spirans tularum et caedis in Christi discipulos, fit ipse discipulus et apostolus Christi: Domine, quid me vis facere?

Hoc miraculum mirare, reverere, et ob illud, quia toti quidem Ecclesiae, at principè gentibus utile, tu naturà gentibus Deo gratias age; hujus potentis gratiae auxilium implora, ut cuncta in te salutis obstacula vincat, et ex tepido faciat ardentem Christi discipulum. In hoc gratia confide, haecque fructus de tua salute nunquam non spera.

3. Nota quod Paulus à Christo vocatus obediit, nullo mortali consulto. Sic quilibet Christianus à Christo vocatus obediat, in consiliis carnae et sanguine, seu parentibus, seu amicis carnalibus. Deum sequatur vocantem, seu ad statum religionum, seu ad evangelicam perfectionem. De hoc, sanctorum Patrum testimonia vide apud Cornelium à Lapide.

CAPUT II.

CHAPITRE II.

1. Deinde post annos quatuordecim, iterum ascendit Hierosolymam cum Barnabà, assumpto et Tito.

2. Ascendi autem secundum revelationem; et contuli cum illis Evangelium quod praedico in gentibus, seorsim autem his qui videbantur aliquid esse; ne forte in vacuum videremur, aut cucurrissem.

3. Sed neque Titus, qui mecum erat, cum esset gentilis, compulsus est circumcidi;

4. Sed propter subintroductos falsos fratres, qui subintolerant explorare libertatem nostram, quam habemus in Christo Jesu, ut nos in servitute redigerent;

5. Quibus neque ad horam cessimus subjectione, ut veritas Evangelii permaneat apud vos;

6. Ab his autem, qui videbantur esse aliquid (quales aliquando fuerunt, mihi meae interest; Deus personam hominis non accipit): mihi enim qui videbantur esse aliquid, nihil contulerunt.

7. Sed è contra cum viderent quod creditum est mihi Evangelium praepitum, sicut et Petro circumcisions;

8. (Qui enim operatus est Petro in apostolatum circumcisions, operatus est et mihi inter gentes);

9. Et cum cognovissent gratiam quae data est mihi, Jacobus, et Cephas, et Joannes, qui videbantur columnae esse, dextrae dederunt mihi et Barnabae societatis; ut nos in gentes, ipsi autem in circumcisionsem;

10. Tantum ut pauperum memores essemus; quod etiam sollicitus fui, hoc ipsum facere.

11. Cum autem venisset Cephas Antiochiam, in faciem ei restiti, quia reprehensibilis erat.

12. Prius enim quam venirent quidam à Jacobo, cum gentibus edebat; cum autem venissent, subtrahat et segregabat se, timens eos qui ex circumcisionsem erant.

13. Et simulationi ejus consenserunt ceteri Judaei, ita ut et Barnabas duceretur ab eis in illam simulationem.

14. Sed cum viderem quod non rectè ambularent ad veritatem Evangelii, dixi Cephae coram omnibus: Sicut, cum Judaeis sis, gentiliter vivis, et non Judaeis, quomodo gentes cogis judaizare?

15. Nos naturà Judaei, et non ex gentibus peccatores.

16. Scientes autem quod non justificatur homo ex operibus legis, nisi per fidem Jesu Christi; et nos in Christo Jesu credimus, ut justificemur ex fide Christi, et non ex operibus legis: propter quod ex operibus legis non justificabitur omnis caro.

17. Quod si querentes justificari in Christo, inventi sumus et ipsi peccatores, nunquid Christianis peccati minister est? Absit.

18. Si enim quod destrui, iterum haec aedificò, praevicatorum me constituo.

19. Ego enim per legem legi mortuus sum, ut Deo vivam: Christus coelestis sum cruci.

20. Vivo autem, jam non ego; vivit verò in me Christus. Quod autem nunc vivo in carne, in fide

1. Quatorze ans après, j'allai de nouveau à Jérusalem avec Barnabé, et je pris aussi Titus avec moi.

2. Or j'y allai suivant une révélation, et j'exposai aux frères, et en particulier à ceux qui paraissaient les plus considérables, l'Évangile que je prêchais parmi les gentils, afin de ne pas perdre le fruit de ce que j'avais déjà fait ou de ce que je devais faire dans le cours de mon ministère.

3. Mais on n'obligea point Titus, que j'avais amené avec moi, et qui était gentil, de se faire circoncire.

4. Et la considération des faux frères qui s'étaient introduits par surprise dans l'Église, et qui s'étaient secrètement glissés parmi nous pour observer la liberté que nous avons en Jésus-Christ, et pour nous réduire en servitude;

5. Ne nous porta pas à leur égard même pour un moment, et nous refusâmes de nous assujettir à ce qu'ils voulaient, afin que la vérité de l'Évangile demeurât parmi vous.

6. Aussi ceux qui paraissaient les plus considérables (je ne m'arrête pas à ce qu'ils ont été autrefois, Dieu n'a point égard à la qualité des personnes), ceux, dis-je, qui paraissaient les plus considérables ne m'ont rien appris de nouveau.

7. Mais, au contraire, ayant reconnu que la charge de prêcher l'Évangile aux incircuons n'avait été donnée, comme à Pierre celle de le prêcher aux circoncis

8. (Car celui qui a agi efficacement dans Pierre pour le rendre apôtre des circoncis, a aussi agi efficacement en moi pour me rendre apôtre des gentils);

9. Ceux, dis-je, qui paraissaient comme les colonnes de l'Église, Jacques, Céphas et Jean, ayant reconnu la grâce que j'avais reçue, nous donnèrent la main, à Barnabé et à moi, pour marque de la société et de l'union qui était entre eux et nous, afin que nous prêchassions l'Évangile aux gentils, et eux aux circoncis.

10. Ils nous recommandèrent seulement de nous ressouvenir des pauvres, ce que j'ai eu aussi grand soin de faire.

11. Or, Céphas étant venu à Antioche, je lui résistai en face, parce qu'il était reprehensible.

12. Car, avant que quelques uns qui venaient de la part de Jacques fussent arrivés, il mangeait avec les gentils; mais après leur arrivée il se retira secrètement et se sépara d'avec les gentils, craignant de scandaliser les circoncis.

13. Les autres Juifs usèrent comme lui de cette dissimulation, et Barnabé même s'y laissa aussi entraîner.

14. Mais quand je vis qu'ils ne marchaient pas droit selon la vérité de l'Évangile, je dis à Céphas devant tout le monde: Si vous, qui êtes Juif, vivez à la manière des gentils, et non pas à celle des Juifs, pourquoi contraignez-vous les gentils de judaïser?

15. Nous sommes Juifs par notre naissance, et non du nombre des gentils, qui sont des pécheurs.

16. Cependant, sachant que l'homme n'est point justifié par les œuvres de la loi, mais par la foi en Jésus-Christ, nous avons nous-mêmes cru en Jésus-Christ, afin d'être justifiés par la foi que nous aurions en lui, et non par les œuvres de la loi, parce que nul homme ne sera justifié par les œuvres de la loi.

17. Que si, en cherchant à être justifiés par Jésus-Christ, il se trouvait que nous fussions nous-mêmes des pécheurs, Jésus-Christ ne serait-il pas ministre du péché? A Dieu ne plaise!

18. Car si je rétablisais de nouveau ce que j'ai détruit, je ne rendrais moi-même prévaricateur.

19. Mais je suis mort à la loi, par la loi même, afin que je ne vive plus que pour Dieu. J'ai été crucifié avec Jésus-Christ.

20. Et je vis, ou plutôt ce n'est plus moi qui vis, mais c'est Jésus-Christ qui vit en moi. Car si je vis

quippe iherant Evangelii predicandi gratia. Nisi JACOBUM FRATREM, id est, consobrinum Domini, quippe filium Marie uxoris Cleopae quae soror erat B. Mariae Virginis. Perperam falsus Ambrosius dicit eum fuisse filium Iosephi, et ideo dictum fratrem Domini. D. Hieronymus, cap. 8, contra Helvidium, docet sanctum Ioseph fuisse virginem ante et post matrimonium cum Maria matre Domini.

VERS. 20. — QUAE AUTEM SCRIBO... Haec omnia, quia magni momenti et Galatis creditu necessaria, sub iuramento affirmat, ut credant quod revera sit apostolus Christi, et ab ipso doctus.

VERS. 21. — DENIQUE VENI IN PARTES SYRIAE... Ergo

Hebraei enim cognatos vocant fratres. Fuit enim hic Iacobus Alphai, filius Mariae uxoris Cleopae, in eadem dodecim apostolis, primus episcopus Hierosolymorum, unde et in primo concilio Hierosolymitano primus post Petrum sententiam dixit, Act. 15. Huius Iacobi extat Epistola canonica. In Chrysost., Theoph., Anselm.

VERS. 20. — Quae autem scribo vobis, etc. Ecce autem coram Deo dico et declaro, quia non mentor quae vobis scribo; q. d.: Deum, ut presentem et omnia videntem, testem adduco quod nihil horum continxerim.

VERS. 21. — Denique veni, etc.; id est, post quindecim dies quibus mansi Hierosolymis. Tarsus enim urbs erat Ciliciae, Pauli patri, quemadmodum ipse testatur, Act. 22.

Corollarium pietatis, seu in hoc capite ad pietatem maxime notanda, et ad praxim redigenda.

1. Nota quod in hoc capite D. Paulus, solutis animarum zelo pressus, totus est in stabilenda apostolatus sui, contra pseudoapostolorum calumnias, auctoritate; totus in purganda etiam minima suspitione de legitima sua missione, totus et in manifestanda intentionum suarum rectitudine, v. 10: An quero hominibus placere?

Hinc discat omnis praebat, pastor, doctor, conciator evangelicus, quilibet solutis animarum minister, omnem, etiam minimam, de sua auctoritate, missione, doctrina, suspensionem purgare, imo et stultae operibus et verbis intentionum suarum rectitudinem declarare. Potest omnibus auctoritas eius legitima, quod non sit intrusus vi, dolo, hominum favore, ab hominibus, et per homines solos; pateat ejus missio ab hominibus legitimam auctoritatem habentibus; pateat ejus doctrinae puritas, et cum evangelica doctrina conformitas; pateat et, quantum fas est, intentionum illius rectitudo; quod non sua querat, sed Dei gloriam, et salutem animarum. Haec enim necessaria in Evangelii ministro, ut in Ecclesia Dei fructiferae.

2. In hoc eodem capite nota stupendum divinae gratiae miraculum. Paulus Judaeis, infensus Christianorum hostis et ferens persecutor, divina Christi gratia fit quasi in momento Christianus et ardens Evangelii predicator. Ut hoc miraculum melius agnoscat, advertite ex v. 15 et 14 quod erant in Paulo obstacula gratiae; ejus in Iudaismo natiuitas, educatio, conti-

in nulla Iudaea regione aut urbe immoratus, ubi christianam edoceret religionem.

VERS. 22. — ERAM AUTEM IGNOTUS FACIE... Ergo falso dicunt pseudo-apostoli quod apud Iudaeos docerim necessitatem circumcisionis et legis suscipienda.

VERS. 23, 24. — TANTUM AUTEM AEDITUM... Vide paraphrasim.

ET IN ME CLARIFICABANT DEUM, id est, glorificabant, seu ex me simelant occasione Deum laudandi, qui me ex lupis fecit pastorem et pastoris officium gerentem.

VERS. 22. — Eram autem ignotus facie ecclesiae Iudaeae, etc. Secundum faciem non viderant me christiani qui erant in Iudaea.

VERS. 23. — Tantiis autem auditum habebant, id est, auditu et fama cognoverant, rumor huiusmodi ferebatur ad eos à dicentibus:

Quoniam qui persecubatur nos aliquando, nunc evangelizat fidem, quam aliquando expugnabat; id est, vastabat. Vastabat autem et expugnabat fidem, quia Christi fidelibus fidem extorquere persequendo intendebat.

VERS. 24. — Et in me clarificabant Deum. Graeco, glorificabant. Ambrosius legit, magnificabant. In me, dixi pro eo quod est, de me. Sensus, vel propter me. Gloriam meae conversionis Deo tribuunt.

nus in Iudaea religione supra suos coetaneos progressus, et ob id illius inter Iudaeos illustris fama et existimatio. Adde, et illius ardens antiquae religionis zelus, odium in novam, et in Ecclesiam christianam sursum, denique declarata et omnibus nota in illam persecutio.

Quam potens igitur et efficax Christi gratia, quae haec omnia simul in Paulo vincens ex sevo predicatore fecit ardentem predicatorem, ex Iudaismi defensore fecit Evangelii apostolum zelatissimum. Vocavit eum Christus exteriori et interiori voce, animam ejus caelesti lumine illustravit, cor divinis motibus immutavit, et statim Saulus, spirans tularum et caedis in Christi discipulis, fit ipse discipulus et apostolus Christi: Domine, quid me vis facere?

Hoc miraculum mirare, reverere, et ob illud, quia toti quidem Ecclesiae, at principie gentibus utile, tu naturam gentibus Deo gratias age; huius potentis gratiae auxilium implora, ut cuncta in te salutis obstacula vineat, et ex tepido faciat ardentem Christi discipulum. In hoc gratia confide, haecque fructus de tua salute nunquam non spera.

3. Nota quod Paulus à Christo vocatus obediit, nullo mortali consulto. Sic quilibet Christianus à Christo vocatus obediat, in consiliis carnae et sanguine, seu parentibus, seu amicis carnalibus. Deum sequatur vocantem, seu ad statum religionum, seu ad evangelicam perfectionem. De hoc, sanctorum Patrum testimonia vide apud Cornelium à Lapide.

CAPUT II.

CHAPITRE II.

1. Deinde post annos quatuordecim, iterum ascendit Ierosolymam cum Barnaba, assumpto et Tito.

2. Ascendi autem secundum revelationem; et contuli cum illis Evangelium quod praedico in gentibus, seorsim autem his qui videbantur aliquid esse; ne forte in vacuum videremur, aut cucurrissem.

3. Sed neque Titus, qui mecum erat, cum esset gentilis, compulsus est circumcidi;

4. Sed propter subintroductos falsos fratres, qui subintolerant explorare libertatem nostram, quam habemus in Christo Jesu, ut nos in servitute redigerent;

5. Quibus neque ad horam cessimus subiectione, ut veritas Evangelii permaneat apud vos;

6. Ab his autem, qui videbantur esse aliquid (quales aliquando fuerunt, mihi meae interest; Deus personam hominis non accipit): mihi enim qui videbantur esse aliquid, nihil contulerunt.

7. Sed et contra cum viderent quod creditum est mihi Evangelium praepitum, sicut et Petro circumcisions;

8. (Qui enim operatus est Petro in apostolatum circumcisions, operatus est et mihi inter gentes);

9. Et cum cognovissent gratiam quae data est mihi, Iacobus, et Cephas, et Joannes, qui videbantur columnae esse, dextrae dederunt mihi et Barnabae societatis; ut nos in gentes, ipsi autem in circumcisionsem;

10. Tantum ut pauperum memores essemus; quod etiam sollicitus fui, hoc ipsum facere.

11. Cum autem venisset Cephas Antiochiam, in faciem ei restiti, quia reprehensibilis erat.

12. Prius enim quam venirent quidam à Jacobo, cum gentibus edebat; cum autem venissent, subtrahat et segregabat se, timens eos qui ex circumcisionsem erant.

13. Et simulationi ejus consenserunt ceteri Iudaei, ita ut et Barnabas duceretur ab eis in illam simulationem.

14. Sed cum viderem quod non recte ambularent ad veritatem Evangelii, dixi Cephae coram omnibus: Sicut, cum Iudaeis sis, gentiliter vivis, et non Iudaeis, quomodo gentes cogis Iudaizare?

15. Nos natura Iudaei, et non ex gentibus peccatores.

16. Scientes autem quod non justificatur homo ex operibus legis, nisi per fidem Jesu Christi; et nos in Christo Jesu credimus, ut justificemur ex fide Christi, et non ex operibus legis: propter quod ex operibus legis non justificabitur omnis caro.

17. Quod si querentes justificari in Christo, inventi sumus et ipsi peccatores, nunquid Christianis peccati minister est? Absit.

18. Si enim quod destrui, iterum haec aedifico, praevicatorum me constituo.

19. Ego enim per legem legi mortuus sum, ut Deo vivam: Christus coelestis sum cruci.

20. Vivo autem, jam non ego; vivit verò in me Christus. Quod autem nunc vivo in carne, in fide

1. Quatorze ans après, j'allai de nouveau à Jérusalem avec Barnabé, et je pris aussi Titus avec moi.

2. Or j'y allai suivant une révélation, et j'exposai aux frères, et en particulier à ceux qui paraissaient les plus considérables, l'Évangile que je prêchais parmi les gentils, afin de ne pas perdre le fruit de ce que j'avais déjà fait ou de ce que je devais faire dans le cours de mon ministère.

3. Mais on n'obligea point Titus, que j'avais amené avec moi, et qui était gentil, de se faire circoncire.

4. Et la considération des faux frères qui s'étaient introduits par surprise dans l'Église, et qui s'étaient secrètement glissés parmi nous pour observer la liberté que nous avons en Jésus-Christ, et pour nous réduire en servitude;

5. Ne nous porta pas à leur égard même pour un moment, et nous refusâmes de nous assujettir à ce qu'ils voulaient, afin que la vérité de l'Évangile demeurât parmi vous.

6. Aussi ceux qui paraissaient les plus considérables (je ne m'arrête pas à ce qu'ils ont été autrefois, Dieu n'a point égard à la qualité des personnes), ceux, dis-je, qui paraissaient les plus considérables ne m'ont rien appris de nouveau.

7. Mais, au contraire, ayant reconnu que la charge de prêcher l'Évangile aux incircuons n'avait été donnée, comme à Pierre celle de le prêcher aux circoncis

8. (Car celui qui a agi efficacement dans Pierre pour le rendre apôtre des circoncis, a aussi agi efficacement en moi pour me rendre apôtre des gentils);

9. Ceux, dis-je, qui paraissaient comme les colonnes de l'Église, Jacques, Céphas et Jean, ayant reconnu la grâce que j'avais reçue, nous donnèrent la main, à Barnabé et à moi, pour marque de la société et de l'union qui était entre eux et nous, afin que nous prêchassions l'Évangile aux gentils, et eux aux circoncis.

10. Ils nous recommandèrent seulement de nous ressouvenir des pauvres, ce que j'ai eu aussi grand soin de faire.

11. Or, Céphas étant venu à Antioche, je lui résistai en face, parce qu'il était reprehensible.

12. Car, avant que quelques uns qui venaient de la part de Jacques fussent arrivés, il mangeait avec les gentils; mais après leur arrivée il se retira secrètement et se sépara d'avec les gentils, craignant de scandaliser les circoncis.

13. Les autres Juifs usèrent comme lui de cette dissimulation, et Barnabé même s'y laissa aussi entraîner.

14. Mais quand je vis qu'ils ne marchaient pas droit selon la vérité de l'Évangile, je dis à Céphas devant tout le monde: Si vous, qui êtes Juif, vivez à la manière des gentils, et non pas à celle des Juifs, pourquoi contraignez-vous les gentils de Iudaïser?

15. Nous sommes Juifs par notre naissance, et non du nombre des gentils, qui sont des pécheurs.

16. Cependant, sachant que l'homme n'est point justifié par les œuvres de la loi, mais par la foi en Jésus-Christ, nous avons nous-mêmes cru en Jésus-Christ, afin d'être justifiés par la foi que nous aurions en lui, et non par les œuvres de la loi, parce que nul homme ne sera justifié par les œuvres de la loi.

17. Que si, en cherchant à être justifiés par Jésus-Christ, il se trouvait que nous fussions nous-mêmes des pécheurs, Jésus-Christ ne serait-il pas ministre du péché? A Dieu ne plaise!

18. Car si je rétablissais de nouveau ce que j'ai détruit, je ne rendrais moi-même prévaricateur.

19. Mais je suis mort à la loi, par la loi même, afin que je ne vive plus que pour Dieu. J'ai été crucifié avec Jésus-Christ.

20. Et je vis, ou plutôt ce n'est plus moi qui vis, mais c'est Jésus-Christ qui vit en moi. Car si je vis

vivo Filii Dei, qui dilexit me, et tradidit semetipsum pro me.

21. Non abieci gratiam Dei. Si enim per legem iustitia, ergo gratis Christus mortuus est.

ANALYSIS.

In hoc capite, ut aliam refutet pseudo-apostolorum calumniam dicentium quod Paulus alia doceret quam apostoli, ostendit Paulus doctrinam suam apostolorum doctrinam esse conformem et ab apostolis approbatam. Hoc ostensurus, expouit primo quomodo et cur Ierosolymitanum iterum redierit, nimirum de legalium observatione acturus in concilio de quo Act. 15. Expouit secundo quomodo tunc cum Ierosolymitanis, et praesertim cum primariis apostolis contulerit, horumque examini suum Evangelium subiecit. Hisque positus, doctrinam suam in hoc concilio approbatam fuisse probat, primo exemplo Titii qui, licet gentilis et incircumcisus, non fuit tamen compulsus ad circumcisionem suscipiendam, quamvis multi falsi fratres id instanter postularent. Probat secundo ex eo quod apostoli suo Pauli Evangelio nihil contulerunt, nec quidquam addiderunt, nec ademerunt. Probat tertio, quia et contra illud per omnia sic approbarunt ut dex-

maintenant dans ce corps mortel, j'y vis en la foi du Fils de Dieu, qui m'a aimé et qui s'est livré lui-même à la mort pour moi.

21. Or je ne veux pas rejeter cette grâce de Dieu; car si la justice s'acquiert par la loi, Jésus-Christ donc sera mort en vain.

trās ei societatis dederint, seu in socium receperint.

§ 11. Narrat quid sibi postea Antiochia cum Petro contigerit; quomodo Petro publicè restiterit; quomodo Petrus Paulo resistenti cesserit, quia de facto reprehensibilis. Hocque facto confirmat, et legalia non servanda, et suam de eis doctrinam evangelicam esse, et ab omnibus servandam. Post has de facto probationes, tandem jus allegat, in quo fundatur legalium abrogatio; nimirum legalium insufficientiam ad animarum justificationem.

At, utque 15 usque ad finem, probat legalia ob insufficientiam abrogata; idque confirmat duobus absurdis horrentibus, quae ex pseudo-apostolorum errore sequuntur, scilicet et quod Christus peccati minister esset, qui tamen pro peccato delendo mortuus est; et quod gratis et inutiliter pro peccatis nostris mortuus esset, si legalia justificare possissent.

PARAPHRASIS.

1. Deinde postquam per annos quatuordecim Evangelium gentibus praedicasset, iterum ascendit Ierosolymam cum Barnabà et Tito sociis meis.

2. Ascendi autem divino monitu oraculo, ut delegationem ab Antiochenis mihi delatam susciperem ad apostolos, et hae occasione Evangelium meum publicè quidem contuli cum fidelibus Ierosolymitanis; privatim autem communicavi cum primariis apostolis Petro, Jacobo et Joanne: communicavi, inquam, ne irritus et inutilis foret labor meus, tam praesens, tum praeteritus, si nempe calumnia spargeretur aliud me docere quam doceant illi apostoli antecessores mei:

5. Et quod maximum est argumentum apostolis non placuisse ut gentes legem servarent, Titus comes meus, gentilis et incircumcisus, non fuit ab eis coactus circumcidi.

4. Sed neque ob Iudaeos, qui se Christianos simulabant, quippe subreperant et insidiosè in Ecclesiam subintrarent, ut explorarent libertatem ab observatione legis Mosaeicae, quam habemus per Christum, illamque nobis eriperent, et in pristinum servitutum nos redigerent.

5. Ob illos, inquam, nec ad momentum quidquam cessimus de proposito nostrae libertatis tuenda; ut veritas Evangelii per me apud vos, ô Galatae, praedicati permaneat.

6. Ab illis autem qui erant apud omnes in maximo pretio, Petro scilicet, Jacobo et Joanne, nihil didici; quales illi fuerint aliquando, nimirum illiterati, piscatores, etc., non sum sollicitus, quia Deus in salutis nostrae negotio talis non attendit, sed quos vult eligi, et quales vult facit.

7. Tantum adest ut aliquid in meâ doctrinâ argue-

rint, aut immutarent, quin imò cum vidissent illi ipsi, qui in Ecclesia erant praecipui, quod mihi commissum est Evangelium in gentibus, sicut et Petro commissum est inter Iudaeos,

8. Idem enim Deus qui in Petro suam vim et efficaciam ostendit ad Iudaeos convertendos, in me quoque eandem exercuit virtutem ad gentes convertendos.

9. Quod cum cognovissent Jacobus, Petrus et Joannes, apostolorum praecipui et quasi columnae, dextras nobis dederunt, hocque symbolo nos collegas et in apostolatu socios suos agnovissent et receperunt, nempe ut apostolatu fungeremur inter gentes, ipsi verò inter Iudaeos;

10. Hae tantum addita conditione, ut pauperum qui sunt in Iudaea memores essemus, id est, rogaverunt nos ut elemosinas inter gentes colligeremus, quibus Iudaeorum inopia sublevaretur; hoc autem fideliter et sollicitè adimplevi.

11. Finito concilio Ierosolymitano, Antiochiam redii. Vide Act. 16. Quò cum Petrus paulò post venisset, palam et coram omnibus illi restitui, verbis scilicet amicis et reverentibus, utpote apostolorum principi, restitui tamen quia reprehensione dignus erat.

12. Priusquam enim quidam Iudaei venirent ad Ierosolymam, ubi praerat Jacobus, Petrus cum gentilibus comedebat, eorumque more vescelatur omnibus indifferenter cibis; cum autem illi venissent, Petrus, ne ipsis scandalum faceret, a gentiliu conviviis se subtrahabat.

15. Et tanta fuit huius exempli à Petro dati, ut ceteri Iudaei coassimularent (ita Graec.), id est, ejus simulationi consentirent, ita ut etiam Barnabae,

iterum et apostolatus mei comes, idem faceret.

14. Cùm ergo vidisset eos non rectè incedere juxta veritatem Evangelii, sed hae simulatione quasi claudicare, dixi publicè Petro: Si in Iudaeis et ex Judaeis oriundis, uteris Evangelicâ libertate, et ut tibi visum est, communi cùm gentibus cibo indifferenter vesceris; cur exemplo tuo invitatis et cogis gentes judaizare?

15. Nosipsi, qui Judaei naturales, seu à nativitate sumus, non proselyti ex gentibus infideles et idololatras nati,

16. Scientes tamen quòd ex operibus legis Mosaeicae non justificatur homo, justitiâ nimirum spiritali, internâ, et ad vitam aeternam pertinente, sed per fidem in Jesum Christum, nos, inquam, relicto vitæ genere in quo nati et educati sumus, ad Christum confugimus. Christianismumque suscepimus, ut per fidem in Christum justitiam consequeremur, quæ vitam secum trahit aeternam, et quam lex nemini contulit.

17. Si ergo quaerentes per fidem in Christum justificari, non sumus reverè justificati, sed contra facti sumus praevaricatores, quia nimirum legem Mosaeicam deseruimus, quæ tamen, ut vobis pseudo-apostoli predicant, necessaria est ad salutem, nonne sequitur inde, quod est horrendum dictu, Christum esse aeternam et ministrum peccati, utpote qui legem Mosaeicam abrogavit ut legem Evangelicam doceret ad justificandum nos sufficientem! At impossibile quòd Christus sit auctor peccati; ergo et quod ipsi obediendo facti simus praevaricatores;

COMMENTARIA.

VERS. 4. — DEINDE POST ANNOS QUATUORDECIM... Ut Galatas ad errorem suum attraherent pseudo-apostoli judaizantes, Pauli doctrinam calumniati sunt, tanquam ab apostolorum doctrinâ alienam. Ut Galatas Paulus ab errore judaizantium rediret ad fidem, doctrinam suam ostendit verè apostolicam et aliorum apostolorum doctrinam conformem. Hanc ergo conformitatem probaturus, in duobus his prioribus versibus narrat quomodo et cur rursus Ierosolymam iret, nimirum quatuordecim annis à sua conversione, ab Antiochenis delegatus ad apostolos ob exortam, praesertim Antiochia, de legalibus questionem. Narrat et quomodo in hoc concilio de sua doctrinâ publicè contulerit cum omnibus quidem Ierosolymitanis, at praesertim et secretò cum primariis apostolis Petro, Jacobo et Joanne. Disputatur unde inchoandi sint isti quatuordecim

VERS. 4. — DEINDE POST ANNOS QUATUORDECIM. Iterum attendi Ierosolymam cum Barnabà. Petes: Unde hiis anni inchoandi sunt, an à vocatione Pauli, de qua dixit cap. 1, v. 15, an à triennio post eam acto Damasci et in Arabia, de quo c. 1, v. 18. S. Hieron. numerat à triennio post vocationem exacto, etc. Baronius et alii verius putant hos quatuordecim annos inchoandos esse à Pauli vocatione, de qua dixit cap. 1, v. 15; eo enim respicit: à vocatione enim sua tam illustri annos numerat et consignat, sicut nos vocationis ad papatum,

18. Quin imò si legem Mosaeicam, quam abrogavi, iterum instauro, sive meâ praedicatione, sive meâ observantiâ, ego me legis praevaricatorem constiuo.

19. Siquidem legi credens, legem deserui, et ad Christum accessi; legi mortuus sum, et per Christum Deo vivam; ipsa enim lex nihil Christum ut finem suum monstravit; ad ipsum me, quasi manum, duxit; ad illam ergo rediens contra illius intentum, illius praevaricator fierem.

Quòd si quaeras quomodo legi mortuus, Deo vivam? Respondeo, per baptismum Christo concrucifixus sum.

20. Christo itaque confixus, ipsique insitus, ipsius vitam quasi exaxo; hinc vivo vitâ spiritali et divinâ; non ego, non vetus ille homo, qualis eram; non ego, non à me ipso, sed Christus, quoniam gratis, auctor justitiae, vita mea est, totusque meae spiritalis vitae principium.

Quòd autem hanc divinam vitam habeo in carne mortali, tot peccatis et miseris obnoxia, hoc debeo non legi, sed fidei quam habeo in Filium Dei, qui me nihil merentem, imò me inimicum suum dilexit, et in tantum dilexit ut semetipsum in mortem traderet, ut mihi vitam daret aeternam.

21. Non sperno hoc ineffabile Dei donum, quaerens aliunde justificari, ut pseudo-apostoli, quasi Christus nobis non sufficit ad salutem, quo maximam sanè Christo faciunt injuriam; si enim per legem nobis datur justitia, lexque justificandi vim habet; ergo Christus frustra mortuus est.

anni, an à vocatione Pauli, an à primâ illius perfectione de qua in primo capite, v. 18. D. Hieronymus putat esse numerandos à primâ perfectione Pauli, seu à triennio post illius conversionem exacto. S. Thomas, et post eum Baronius, putat et probat à vocatione Pauli numerandos esse. Videatur D. Thomas, hic; Baronius, tom. 1, ad an. Dom. 51.

ASCENDI IEROSOLYMAM... quia in montanis erat edificata; hinc et Christus Dominus: Ecce ascendimus Ierosolymam.

CUM BARNABA, ASSUMPTO ET TITO. Ubi nota D. Pauli prudentiam, qui, exortâ questione de legalibus, et propterea ab Antiochenis ad apostolos delegatus, duos assumit socios quorum unus erat Iudaeus, alter gentilis. Hincque discit nihil negligendum, sed omnia etiam humana media esse adhibenda quæ ad veritatis notitiam et ad pacem possunt conferre.

episcopatum, religionem, annos numeramus, et cuique hanc quasi geram statimus.

Nota: Hae Pauli Ierosolymam profectio eadem est cum illa qua, Act. 15, ad concilium Ierosolymitanum profectus est; eadem enim causa, idem locus, eadem persona sunt utrobique. Ita Patres. Concilium Ierosolymitanum celebratum est post quatuordecim annos à conversione Pauli, puta anno 16 à passione Christi, qui fuit annus Claudii imp. 9, Christi 51. Ita Baronius.

VERS. 2. — **ASCENDI AUTEM SECUNDUM REVELATIONEM.**... Propter hæc ultima verba aliqui dubitant an hoc Pauli profectio sit eadem cum illa de qua Act. 15, cum ad concilium Jerosolymitanum profectus est. Etiam, inquit, in Actis verò dicitur quod, hominibus ipsum delegantibus, ierit. Sed nihil repugnat quod et Dei monitu et hominum delegatione Paulus Jerosolymam ierit, nec ideo multiplicanda sunt itera, sed potius duplex est agnoscenda hujus eisdem itineris causa: una interna, quam D. Paulus hic nobis aperit; altera externa, de qua Act. 15, v. 2.

Dei ergo monitu Paulus suscepti delegationem sibi ab Antiochenis delatum. Hinc colligi potest, ait D. Thomas, quod omnes Actus apostolorum et motus fuerint secundum instinctum Spiritus sancti.

Et **CONTULI CUM ILLIS**, id est, cum Jerosolymitanis, seu cum ecclesiâ Jerosolymitanâ, communicavi de doctrinâ quam inter gentes prædico. *Syr.*: *Patet facti eis Evangelium.*

SECUNDUM AUTEM IS QUI VIDERANTUR.... *Græc.*: *Secundum autem in pretio habita.* *Syr.*: *Ac privatim illud ostendi eis, qui existimantur aliqui esse.* Id est, publice quidem communicavi cum omnibus, et privatim et secreto cum his qui insigniores erant et majores apud omnes existimationis.

In turbâ non bene potest discuti veritas, ait S. Anselmus, ideo non cum omnibus, sed specialim cum his qui majoris erant auctoritatis et scientiæ, de rebus majoris momenti, à turbâ semotus communicavit.

NE FORTE IN VACUUM.... Non quasi dubius, aut non satis instructus communicavi cum apostolis, sed ut eorum testimonio obstaret os calumniantium sibi quod alia doceret quam apostoli, siquæ impediret hæc calumnia inutilis redderetur omnis suus labor et præteritus et futurus.

Observationes dogmaticæ et morales.

Nota quod Paulus ab ipso Christo constitutus apostolus et Evangelium octodus, non designat tamen cum hominibus communicare, et talis apostolus de doctrinâ sua rationem reddere, sed ab illis voluit testimonium habere. Hincque discit primò verbum Dei

Assumptio et Titus. Tanta mihi fuit ad apostolos profectio causa nec fiducia, ut non dubitaverim illis adducere necesse hominem incircumcisum, non solum comitem itineris, verum etiam Evangelii prædicandi socium.

VERS. 2. — **ASCENDI AUTEM SECUNDUM REVELATIONEM**, id est, monitu revelationis divini.

Et contuli cum illis Evangelium quod prædico inter gentes. Sensus est: Communicavi cum illis qui Jerosolymis erant de Evangelio quod prædico inter gentes, et etiam nunc trado gentibus, quorum sum apostolus. Non itaque discendi studio, quod supra negavit, sed ut omnes intelligerent eum nihil ab illa diversum docere, cujus rei calumniam patiebatur propter legem et circumcisum, à cujus ore gentes videbantur.

Secundum autem is qui videbantur aliqui esse, id est,

etiam purissimum, quale erat D. Pauli Evangelium, debere ab Ecclesiâ prelati approbati, verbiq; Dei præcones debere ab eis tales declarari. Discit secundo ex hoc D. Pauli facto quod verus Dei minister nihil debeat emitte ætam operi Dei promovendo, sed quod omnia sint ab eo, quantum fas est, salutis animarum obstacula submovenda. Denique ex hoc D. Pauli, ut Antiochenorum delegati, recurrit ad concilium Jerosolymitanum, cui præerat D. Petrus, discit quod ab apostolorum tempore usque ad nostrum, in fidei dubiis recursum est ad Petrum ejusque successores, et ad concilia quibus presunt per se, vel per legatos, ut veritas ab eis decideretur; qui praxi perpetuâ jugulantur omnes novantes ab Ecclesiâ semper reprobatâ.

VERS. 5. — **SED NEQUE TITUS.**... hic incipit probare doctrinam suam conformitatem cum aliorum apostolorum doctrinâ; eamque probat, primò ex facto ad Titum consilium suum speclante, quasi diceret: Ego persuasus de legalium insufficientiâ et inutilitate ad justificationem, Titum ex utroque parente gentilem, et ideo incircumcisum, nusquam tamen duxi circumcidendum. *Sed neque Titus.*... sed neque ab apostolis, neque à concilio Jerosolymitano, Titus Græcus et qui necum aderat concilio, compulsus est circumcidi. Quod sanè evidentissimum est argumentum quod necum idem sentiebant de circumcissionis et legalium ad salutem inutilitate. Sed quia responderi poterat quod forte ignoraretur à concilio Titum incircumcisum esse, addit Paulus:

VERS. 4. — **SED PROPTER SUBINTRODUCTOS.**... Inno multi Judæi, qui se Christianos simulabant, in Ecclesiâ irreperant, etc., et id scientes instantes urgebant ut Titus circumcideretur. Sed neque ad id compulsus est propter illos falsos fratres subintroductos et id instantes expectantes.

Constructio orationis est hujusmodi, ait Theophylactus: Neque propter subintroductos falsos fratres exactus est Titus circumcidi, hoc est, etiam si adessent qui adversarentur mihi, apostoli tamen ne propter eos quidem adegerent nos Titum circumcidere. Intelligendum ergo quasi esset: Sed non quidem

qui videbantur esse columnæ Ecclesiæ ac primarii apostoli. Græca hic tantum habent, qui videbantur, id est, qui habebantur in pretio. Græci enim *ἀποδοκίμοι* vocant eos qui magna sunt auctoritates.

Ne forte in vacuum curarem aut incurrissem, ne pseudo-apostolis intractabilis doctrinam meam ab apostolis reprobari, nihil fideique mea fideles non credant, et sic meus omnis labor cassus reddatur. Ita Hieron., ejusd. 11 ad August., Inter Epist. August.

VERS. 5. — **SED NEQUE TITUS**, etc. Quod si apostoli, cum quibus Evangelium contuli quod in gentibus prædico, sensissent observationem Mosæ legis, cujus præcipua pars est circumcisio, necessarium esse Christianis, utique Titum gentilem, quem necum assumperam, jussissent circumcidi, præserim instantibus Judæis ut id fieret. Atqui factum id non est.

VERS. 4. — **Sed propter subintroductos falsos fratres**; q. d.: Non compulsus est, etiam cum falsi fra-

Propter falsos fratres... quorum princeps putatur fuisse Cerinthus.

EXPLOREARE LIBERTATEM NOSTRAM, scilicet, à servitute legis Mosæicæ.

QUAM HABEMUS IN CHRISTO, id est, in Ecclesiâ Christianâ, et per Christum, qui nos mortis suæ merito ab hoc onere liberavit. Christus pro nobis moriens, omnes figuras et predicationes implevit. *Consummabuntur omnia que dicta sunt de Filio hominis.*... *Consummationem est*, exclamavit moriens, hæcque consummatione figuris ipsa veritas finem imposuit.

UT NOS IN SERVITUTEM.... id est, ad pristinas legis observantias redigerent: onus grave, quod nec nos, nec patres nostri, portare potuimus.

Ex hoc versu discit quod ab initio fuerint falsi fratres et quod ab initio in sanctiores coetus insidiosè irrepererint, ut explorent, ut eripiant, ut sanctos exerceant et prelatos et fratres. Hinc et discit quod ideo sit ubique vigilandum, orandum, resistendum, nihilque ob illos relaxandum.

VERS. 5. — **QUIBUS NEQUE AD HORAM.**... quibus falsis fratribus judaizantibus, ne ad momentum quidem, proditi Evangelii veritate et libertate, subijci voluimus, cum illis judaizantibus.

UT VERITAS EVANGELII.... et libertas à servitute legis quam Christus suo sanguine vobis acquisivit, apud vos permaneat libata. Cur ergo vos, o insensati Galatæ, circumcissionem recipientes, et legis servituti vos subjicentis, et Evangelii veritatem violatis et Christianam libertatem amittitis?

Observatio moralis.

Hoc suo exemplo, D. Paulus omnes prelatos docet ut Evangelii veritatem ecclesiasticamque libertatem generose propugnent, nihilque ob hominum instantias relaxent. Notandum tamen quod D. Paulus, qui non est sic passus ut Titus gentilis circumcideretur, licet argeret falsi fratres, qui visus fuisset hoc facto asserere circumcissionem gentilibus esse necessariam, postea, Act. 16, Timotheum semi-Judæum, scilicet, ex matre Judæa, circumcidi, ne Judæos irritaret, sed Judæis acceptor esset Timotheus, ait D. Jean. Chrysostomus. Paulus Timotheum missurus ad concilium Judæos, illum prius circumcidi ut doctor esset acceptor; ingressus est cum circumcissione Timotheus, ut abrogaret circumcissionem, D. Chrysostomus argueret eum circumcidi.

Qui subintromerunt exploreare libertatem nostram, quam habemus in Christo Jesu. Libertas quam habemus in Christo ea est quod liberi ab observatione legis Mosæicæ, ex Christi gratiâ, justitiâ et peccatorum remissionem accipimus.

Ut nos in servitute redigerent, ut ex libertate explorant et regilla, nobis eam extorquerent, aut nos accusarent, nosque una secum servituti legis subjicerent.

VERS. 5. — **Quibus neque ad horam existimus subijctione**, etc., per subijctionem, subjiciendo nos judaizantibus.

VERS. 6. — **Ab his autem qui videbantur esse aliqui**, ab his qui magno erant in pretio, ac primi nominis apud Judæos fideles, nihil mihi collatum est, id est, facta Evangelii cum eis communicatione, nihil ab eis mihi accessit. Nihil, supple, doctrine, mihi collatum est.

mus, hic. Hoc autem potuit fieri, quia, licet lex tunc esset mortua, nondum tamen erat mortifera, et animâ gentilibus nullum dedit scandalum. Unde concelsum prelatorum esse prudentis res, tempus, personas, omnesque circumstantias examinare; hinc ad illos præcipue Christus: *Estote prudentes sicut serpentes.*...

VERS. 6. — **AB HIS AUTEM QUI VIDEBANTUR.**... Probatâ doctrinâ suâ cum apostolorum doctrinâ conformitate ex facto, seu exemplo Titii, illam nunc prolat ex eo quod primarij apostoli, quibuscumque privatim communicavit, et quibus suum Evangelium examinandum submisit, in eo nihil immutatum, nec addendo, nec demendo: *Ab his qui videbantur.*... Hoc verbum *videbantur*, non tollit rei veritatem, sed famam addit veritati; significat ergo: Qui erant reverè maxime auctoritatis et scientiæ, et, ut tales, in magno apud omnes erant pretio.

CALES ALIQUANDO FUERINT.... Hic mihi videtur apostolos duo nobis indicare velle; primum, quid non consideraverit in primariis apostolis; secundum, quid consideraverit. Non consideravit quid et quales fuerint ante suam à Christo vocationem, tamen piscatores, illiterati, rudes et idiote. Hoc, inquam, non consideravit; alius ipse civis Romanus, dives, doctus, in lege instructus à Gamaliel, et ideo humanitatis illis doctor in legalibus, eos non commisit. *Voluit à Galatâ intelligi quia et peritus fuit in lege*, ait Ambrosius. Hoc autem non vanitatis causa, sed quia apud eos premebatur aliorum quasi judaizantium auctoritate; hinc sese modestè erigit. Sed consideravit quid in Ecclesiâ per Dei gratiam essent, mirum columnæ, aliis eminentiores, alios quâ firmitate sustentantes; et hoc in illis considerans se venerans, eis suum Evangelium submisit, ab eisque voluit approbati.

Nihil contulerunt. *Syr.*: *nihil mihi addiderunt.*

Propter parenthesis interpositam, propositio per ablativum incepta ab *his.*... terminatur per nominativum subauditum, scilicet, *illi nihil contulerunt.* doctrine meæ; nec quidquam addiderunt, nec detraxerunt. Meam ergo doctrinam illa sua conformem judicaverunt ut ei nec quidquam addendum, nec ab eâ quidquam addendum existimaverunt.

Exemplo D. Pauli, qui cum Petro, Jacobo et Joanne confers, non attendit ad illud quod aliquando fue-

Quales aliquando fuerint nihil meo interest, quod scilicet hi primarij apostoli, pauperes, alij, fuerint indocti, piscatores, pauperes, alij, cum ego civis Romanus zelo et scientiâ legis excellens, illa Ambros. Anselm.: quia enim aliorum apostolorum quasi judaizantium auctoritate premebatur Paulus, cum elevat, ut suam auctoritatem et consequenter doctrinam erigat, modestè tamen. Unde subdit:

Deus perannam hominis non accipit, nec considerat quales fuerint, sed eligit quos vult, tunc potens ex persecutore quam ex piscatore facere predicatorem et apostolos.

Mihi enim qui videbantur esse aliqui, nihil contulerunt; mihi in illâ communicatione quam de Evangelio meo cum precipuis apostolis habui, nihil illi contulerunt, id est, nihil ab eis accepti, nihil didici, nihil per eam collationem mihi accessit.

rant, sed ad id quod per Dei gratiam erant, discamus et nos, Ecclesie prelatos omnesque Dei ministros per respectum ad Christum attendere. Non consideremus quid aliquando fuerint, imò nec quod sint in se, sed quod sunt in Christo et per respectum ad Deum; Dei nempe sunt ministri, Christi vicarii, columnae Ecclesie, et ut tales eos revereamur.

VERS. 7. — SED ET CONTRA. CUM VIVISSENT... Probat denique doctrinæ suæ cum apostolorum doctrinâ conformitatem ab unionis societate quam in concilio Jerosolymitano inivit cum Ecclesie columnis. *Tantum obest...* Vide paraphrasin.

PRECEPTI nomen hic significat gentes præcipuas, id est, incircumcisas, nomen CIRCUMCISIONIS Judæos, sicut D. Chrysostomus.

VERS. 8. — QUI ETIAM OPERATUS EST. GRÆC. *ἠνεργησεν*, inoperatus est; vim et efficaciam suam ostendit, per miracula, per clarissimam Spiritûs sancti. Vide paraphrasin.

VERS. 9. — ET CUM CONVIVISSENT... facilis scilicet et experientia, tum miraculorum famâ, tum ingentis hominum numeri conversione, tum et meâ conversatione, DEXTRAS DEBERENT SOCIETATIS; socios in apostolata agnovimus.

Nota litteralis et moralis.

Ut nos in gentes, ipsi autem... Neque ex hoc verum, neque ex septimo sequitur quod Petrus Judæorum tantum fuerit apostolus, Paulus autem tantummodo gentium; sed quod Dei voluntas fuerit, ut tunc Petrus præcipue Judæis prædicaret, Paulus vero gentibus præcipue. Postea enim et Petrus Romam venit et inter gentes Evangelium longè latèssime disseminavit per se suosque discipulos, siquæ adimplevit quod ei dictum est Act. 10: *Occide et manduca*. D. etiam Paulus et Hebræis prædicavit, ut patet ex Epist. ad Hebræos, ut adimplet quod de illo Dominus dixit Ananias: *Vas electionis est mihi late, ut portet nomen meum coram regionibus, gentibus et filiis Israel*, Act. 9, 15.

Sed in hoc mirare Dei bonitatem et in hominum oppositorum salute procurandâ providam voluntatem. Quia Judæi à gentibus naturaliter abhorrebant, et quia Paulus Judæis erat exosus, hinc Deus, quasi

VERS. 7. — Sed et contra, cum viderent quod credidissent etc., id est gentium præcipuarum, sicut et Petro circumcisorum, id est, circumcisorum Judæorum, ita Theophylactus.

VERS. 8. — Qui etiam operatus est, etc., ut scilicet gentium essent apostolus, minus habere, gratias clarissimam apostolicam inter gentes. Grece, qui inoperatus est Petro, qui in Petro suam energiam, vim et efficaciam ostendit, in apostolatam, id est, ut fieret apostolus Judæorum circumcisorum; is eandem in me Paulo ostendit apud et inter gentes. Syrus verit. Qui efflicax fuit in Petro, in me quoque efflicax fuit, in tot videlicet miris et miraculis patrands, in tantâ sermone efficaciam, in tot gentium per me factâ conversione.

VERS. 9. — Et cum cognovissent gratiam quæ data est mihi; cum, inquam, ipsi jam rei experientia cognovissent gratiam quæ mihi data erat, nimirum Evangelii in gentibus prædicandi.

Jacobus, et Cephas et Joannes, qui videbantur columnæ esse, dexteras dederunt mihi, et Barnabæ societatis;

hominum infirmitati sese accommodans, Petri et Pauli operas pariter (non tamen jurisdictionem et potestatem); Petro credidit apostolatam circumcisorum, Paulo autem incircumcisorum. Hinc discat prelatas, pastor animarum, Dei minister, subditorum suorum saluti prudenter incumbere, illis non dominari, sed suavi et prudenti charitate illos regere. *Dexteras dederunt societatis...* Mirare et apostolorum concordiam, non in doctrinâ tantum, sed et in operam suarum partitione. Unicâ collatione charitativâ extinguant omnia nascentia dissidia totiusque mundi salutem procurant. Quot mala vitare, quotque bona procurare claritativa ministrorum Dei concordia! Concorde autem brevi forent, si Dei gloriam hominumque salutem tantummodo vellent, et quæ sua sunt non quererent, O Deus pacis, extingue in tuis ministris omne dissidium! O Deus charitas, pre cor et reus nostros tui amoris igne!

VERS. 10. — TANTUM ET PAUPERUM... Hanc tantum conditionem addiderunt, ut pauperum qui in Judæâ sunt inopiam sublevarem elemosynis inter gentes collectis.

Judæi christiani fuerant propter fidem bonis suis spoliati, Heb. 10; adde quod omnia reliquerant, ut in Actis dicitur, hinc collige quod charitas in pauperes sit apostolice muneris pars essentialis et indivisibilis, seu ad omnes prorsus apostolos attinens, juxta Theophylacti notam. Prædicationem dividemus, inquit Paulus, pauperes autem indivisos habebimus, Theophylactus. Videat ergo apostolorum successor quomodo huic muneri vacet.

VERS. 11. — CUM AUTEM VENISSET CEPHAS... id est, in apostolata socios atque in Evangelii doctrinâ bene secum consentientes agnovimus, et ut tales reciperent. Nam jungere dexteras, societatis et concordie symbolum erat. Cephas et Petrus idem est, inde illi, quasi primario, pro Jacobo et Joanne, opposuit se hic Paulus, v. 14.

VERS. 12. — PRIS ENIM QUAM CONVIVISSE QUIDAM A JACOBO, cum gentibus edebat, sine detecta nullam aliosque cibos, quos Judæi vetui, Levit. 11; hoc facto docens hujus detectis totiusque legis observationem non esse necessariam. Ita Anselmus.

VERS. 13. — ET SIMULATIONI QVIS CONSENSERUNT CETERI JUDÆI, q. d.: Ceteri Judæi simulabant cum Petro. Queritur, quæ et qualis fuerit hæc simulatio? Resp.: August., Ansel., censens vitium fuisse hypocrisis, quod simplicitati ac veritati opponitur. Simulabant enim legis observationem, cum verè non intenderent eam servare, sciebant enim eam abolitam esse, se tamen aliis Judæis accommodare intendebant.

VERS. 14. — CUM AUTEM VENISSET CEPHAS ANTIOCHIAM,

firmat doctrinæ suæ puritatem et suam in eâ firmitatem et constantiam ex facto quod ipsi cum Petro contigit Antiochia.

Paulus post concilium Jerosolymitanum rediit Antiochiam cum apostolorum decreto: *Vivum est Spiritus sancti...* Act. 15, 28, et eo tempore Petrus intelligitur supervenisse, et quod hic narrat Paulus fecisse, ait S. Anselmus. Idem ait Estius.

IS PACEM ET RESTITI, id est, aperte, palam, coram omnibus; intellige tamen verbis amicitie et observantia plenus, utpote capiti Ecclesie, et, ut dixit supra, columnæ.

QUA REPREHENSIBILIS ERAT, id est, reprehensione dignus. GRÆC. *Quoniam reprehensus erat. Syr. Quoniam offendebatur in eo* (gentibus). *Ethiop. Quia indigni sunt ei. Arab. Eo quod reprehensibilis esset.* Omnes interpretes Græci, D. Chrysostomus, Oecumenius, Theophylactus, legunt *reprehensus*. Inter antiquiores Lalinus, Ambrosius; inter recentiores, Erasmus et Cajetanus legunt *reprehensus*, sed variant in explicatione. *Reprehensus erat*, non à me, sed ab aliis ignorantibus id quod agebatur consilio factum fuisse, ita Theophylactus D. Chrysostomus secutus. *Reprehensus erat Jerosolymæ*, ab aliis apostolis, eò quod cum Cornelio gentili cibum Antiochie sumpsisset; et hunc sensum refert Erasmus post scholia Græcorum quos sequitur. *Reprehensus erat*, ab aliis fratribus, non publicè sed privatim; ita sentit Cajetanus, teste Estio. Omnes autem committit Latinum, licet fateantur in Græco participium esse *ῥεπρηνισθησας*, *reprehensus*; cum nostro tamen interprete volunt illud participium pro verbali *ῥεπρηνισθησας*, *reprehensibilis*; phrasî Hebræicâ, ait Estius post Sabboldum quem citat; Hebræis, ait Cornelius à Lipida, qui addit quod Hebræi verbalibus carent terminatis in *bilis*, motu Hebræo participium pro verbali, ait Grodus. Et sanè sensus juxta hæc lectionem est multo naturalior omnisque melius cohercet: *Restiti ei, quia re-*

in faciem, id est, ut vulgo dicimus, in os, in barbam, aperte, palam Petro restiti, idque ut hæc ratione scandalum ejus publicum publicâ correptione emendaretur. Ita Augustinus. *Reprehensus erat*, scilicet à verbis et libertate evangelicâ, quæ gentes à Judæis separavit et servitute liberat et eximit. Qui enim causam eorum restitit ei, scilicet hanc: *Quia reprehensibilis erat*, puta in simulatione Judæismi. Ut sequitur.

VERS. 12. — PRIS ENIM QUAM CONVIVISSE QUIDAM A JACOBO, cum gentibus edebat, sine detecta nullam aliosque cibos, quos Judæi vetui, Levit. 11; hoc facto docens hujus detectis totiusque legis observationem non esse necessariam. Ita Anselmus.

CUM AUTEM VENISSET, subtraheret et integrabat se, timens eos qui in circumcissione erant. Subdubitate se à conviviis et mensâ gentium, utpote qui promiscuis et lege vetitis uterentur cibis. Prins enim dictum est, cum gentibus edebat.

VERS. 13. — ET SIMULATIONI QVIS CONSENSERUNT CETERI JUDÆI, q. d.: Ceteri Judæi simulabant cum Petro. Queritur, quæ et qualis fuerit hæc simulatio? Resp.: August., Ansel., censens vitium fuisse hypocrisis, quod simplicitati ac veritati opponitur. Simulabant enim legis observationem, cum verè non intenderent eam servare, sciebant enim eam abolitam esse, se tamen aliis Judæis accommodare intendebant.

S. S. XXIV.

reprehensibilis erat; reprehensibilis autem, quia priusquam veniret...

VERS. 12. — PRIS ENIM QUAM VENERUNT... Explicat in quo Petrus erat reprehensibilis. Petrus scilicet legalia non esse servanda; hinc cum gentibus edebat et eorum more omnibus indifferenter cibis vescabatur, at cum Antiochiam venisset quidam à loco ubi præerat Jacobus, id est, quidam Judæi ab Jerosolymis, Petrus metu Judæos offendiendi, erat eorum apud illos grande placitum cibis à lege Moisaicâ vetitis uti, Petrus ergo, ne ipsis scandalum foret, se subtraheret à conviviis gentium.

TWENS EOS..., timore non quidem mundano, sed charitatis, ne scilicet scandalizarentur. Et hoc inordinatè, ait D. Thomas, quia veritas nunquam dimittenda est propter timorem scandal. Erravit ergo Petrus non in fide, sed in facto; incaute scilicet, et cum scandalo gentium, simulans Judæismum; unde gentes merito credere poterant Judæismum sibi necessariam esse. Fuit itaque in Petro vanus timor displicendi Judæis, et quoddam indiscretio, seu inconsideratio quæ gentes scandalizavit. Si autem Petrus erravit, si Ecclesie princeps et pastor verè fuit reprehensibilis, quis fideliem erit irreprehensibilis? Quis non timeat et de seipso non diffidat?

VERS. 13. — ET SIMULATIONI QVIS... GRÆC. *Et cōsimulabant et ceteri Judæi, etc.*

ITA UT ET BARNABAS... Vide paraphrasin.

Quanta vis exempli! Nihil postulentium quàm totum prelati exemplum; quod dignitate eminentior est, eò periculosos est scandalum ab eo datum. Caveat ergo sibi et ad omnia sua dicta et facta attendat qui præest aliis. Validiora sunt exempla quàm verba, D. Leo.

VERS. 14. — SED CUM VIVISSEM QUOD NON RECTE... GRÆC. *Quid non recto pede incidit ad veritatem, etc.* Erat quedam quasi claudicatio: modo ad gentiles, modo ad Judæos inclinabat; cum illis gentilibus vivendo, cum his Judæis. Syr. *Cum vidissem eos, non*

ita ut et Barnabas duceret ob eis in illam simulationem. Hoc secutus Barnabas et ipse fixit, id est, ita se gessit ac si cibos cum Judæis diceret, et gentium conversionem abhorreret, quasi Judæi præferendi essent gentibus conversis, et quasi lex veteris ad salutem esset necessaria. Ita enim se gerent, ut pro eorum facto id opinari possent gentes; licet illi non intenderent, imò forte non advertent Petrus et Barnabas.

VERS. 14. — SED CUM VIVISSEM QUOD NON RECTE... ambulo ad veritatem Evangelii. Recte ambulare, significat recto pede incidere, recta dirigere gressum, ut non capites, neque ad dextram vel sinistram delectas.

Ita Cepha coram omnibus, id est, palam ac multis presentibus. Quod autem coram omnibus, inquit Augustinus, necessitas cogit, ut omnes illius obligantur samrentur.

Si tu, cum Judæis sis, gentilibus etiam, et non Judæis, quomodo gentes cogis Judæis? Gentilibus etiam, id est, omnium cibo et mensâ indifferenter cum gentibus hactenus vixisti; postquam didicisti legem moerita Christi abolitam esse, non amplius cum servis; quib est, quod nunc, hæc tui simulatione utoque exemplo, etiam gentes, qui sunt extra legis professionem, cogis judicæ vivere, id est, legem Julianicam observare?

(Trent.)

rectè incedere in veritate Evangelii, seu, ut illi volunt, juxta veritatem Evangelii, quia peribat veritas. Potest etiam dici: Modo ad veritatem Evangelii propagandam conducibilis.

Dixi Capell... Vide paraphrasim.

Observatio moralis.

Ex predictis, ait D. Thomas, habemus exemplum; prelati quidem humilitatis, ut non dedignerent à minoribus et subditis corrigi; subditi verò exemplum zeli et libertatis, ut non vererentur prelatos corrigere, praesertim si crimen est publicum et in periculum multitudinis vergat, hinc quoque D. Thomas, hic. Hoc utrumque exemplum, tum humilitatis in Petro, tum libertatis evangelice et zeli apostolici in Paulo, rarum, sanctum, edificatorium. D. tamen Augustinus humilitatis Petri exemplum rariis, sanctius et difficilius arbitratur. Rariis, inquit, et sanctius exemplum Petrus posteris præbuit, quo non dedignerentur majores à posterioribus corrigi, quam Paulus, quo confidenter auderent minores majoribus, pro defendenda veritate, salva charitate, rosare. D. Aug., epist. ad Hier., citatus à Cornelio à Lapide. Hanc objurgationem pastor pro salute sui gregis libentissime sustulit, suo objurgatore admirabilior et ad imitandum difficilior, D. Aug. à Pronovando citatus.

Hujus autem rei ratio videtur esse quod rariis et difficilibus sit invenire prelatum qui à subdito corrigi non dedignetur, quam reperire subditum qui superiori audeat corrigere. Hoc tamen humilitatis exemplum, Petrus, pastor pastorum, toti dedit Ecclesie; reprehensus, in summa correctorem non modo non extendit, sed, ut ait Theophylactus, correctionem æquo suscepto animo. Tacuit Petrus, ut qui primus erat in apostolatus culmine, primus esset in humilitate, D. Gregor., hom. 18. in Exochalelem. Felicem ergo dicimus quidem Petrum, qui ipse zelantem reperit Paulum qui christianam charitatem relevaret. At non minus felicem dicamus Paulum, qui superiorum corrigens, Petrum invenit humilem qui correctionem æquo et grato suscepto animo. Felicem denique dicimus Ecclesiam, que apostolica S. Pauli libertate, et admiranda S. Petri pastoria sui humilitate, pacem et Evangelii veritatem servavit, et in his duobus apostolis habuit exemplum humilitatis, quod imitentur prelati; tum libertatis, quod imitentur subditi.

Appendix ad hæc dictorum.

Hoc factum Petri gentifer cum gentilibus viventis, hæc ratio à D. Paulo Petrum corrigente allata, hæc D. Petri Paulo se corrigenti cessio, omnem delinuit à Galatis sermulum amovere illique doctrinam Pauli sanam, evangelicam et verè apostolicam idem strare. Nec enim quidquam Petrus contradidit; unde planum est quod oppositionem Pauli æquo animo suscepit.

Vult si dicat: Que ratio est ut tu gentiles ad Judaismum provocas, qui Judæus ipse cum sis, Judaismo renuntiasti?

Vers. 15. — Nos naturè, naturali generatione, origine, prosapia, Judæi sumus, non ex gentibus peccatores, non gentiles peccatores. Judæi enim gentes, quia idololatricè erant, vocabant arroganti contemptu

Theophylactus. Petrus silentio dicta confirmat, Theodoretus.

Adverte autem et nota progressum sermonis apostolici. Primò, ostendit se ab ipso Christo Domino apostolum fuisse institutum; secundò, suam doctrinam de circumcissione abrogatà et gentilibus non imponendâ, in concilio Jerosolymitano fuisse confirmatam; ab apostolorum primariis se in apostolatus socium receptum fuisse. Tandem doctrinam sue puritatem et eam in illius veritate firmitatem et constantiam ostendit ex eo quod Petrum ipsum, cum Judæis judicantem, publicè arguerit. His ergo positis ad eam lumen refutandas necessaris, jam aggreditur legis abrogationem probare.

Probat autem primò ex legis insufficientià ad justificandum, utpote que instituta erat, non ad dandam justitiam, sed ad significandum et figurandum Christum, per quem erat peccatorum remissio et vera justitia conferenda. Itaque dici potest quod post multa de factò probationes jus tandem allegat in quo legis abrogatio fundatur, legis nimirum insufficientiam. Hoc autem dogma sic allegat, ut ex eo absurdum impossibile contra suos adversarios deducet.

Vers. 15. — Nos natura Judæi... Non constat apud sacros auctores ad quem, aut ad quos, hæc verba dirigantur, an sit continuatà objurgationis Petri, ut existimat D. Hieronymus et Theodoretus, an relicto Petro, sermonem vertat ad omnes Judæos presentes, seipsum etiam comprehendens, non ut Petrus doceat, sed discipulos, ait D. Chrysostomus, an, mutato sermone, clam ad Galatas sua verba dirigat, hoc posteriori cum plerisque recentioribus sine eligo tanquam probabilis, ut fitear propter hoc in re nihil immutari, eadem quippe erit ratiocinatio, ad quemcumque dirigatur. Itaque probabilis est quod D. Petri correctio finierit cum v. 14. Versus autem 15, Apostolus sua verba dirigat ad Galatas, inchoatum ad illos sermonem proseguens: Nos ipsi, qui Judæi nati sumus ex sanctis patribus, sub sancta lege; naturè, id est, nativitate Judæi;

Et non ex gentibus peccatores, id est, non proselyti, sicut vestri doctores, neque gentes idololatricè, legis divinitus signati, ex impiis et profanis parentibus nati, quales illi fuerunt;

Vers. 16. — Scientes autem... persuasi tamen quod ex operibus legis Mosæcæ nulles nos justificaverit, spiritaliter et internè justitiâ, que Deo gratiam faciat et aternè vitæ dignum,

Nisi per fidem, id est, sed tantum per fidem in Jesum Christum, in lege figuratum et promissum, ut ipsis legis finem.

Et nos in Christo Jesu credimus. Græcè, credidimus, ut justificemur. Græcè, ut justificemur, etc.

peccatores, quasi ipsi essent justì, alunt August. et Anselm.

Vers. 16. — Sciens autem quod non justificatur homo ex operibus legis, nisi per fidem Jesu Christi. Justificatur autem homo per fidem Jesu Christi, quantum per eam Christum redemptorem agnoscens, ex ojas merito remissionem peccatorum atque justitiam

id est, etiam nos, Judaismo relicto, in quo nati et edicati sumus, Christianismum amplexi sumus, in Jesum Christum credentes, ut per fidem in eum veram consequeremur justitiam.

Problema quod ex operibus, id est, propterea quod; non est conclusio, sed repêditio; vel intellige, ut versio Syriaca: Quomam ex operibus legis, scilicet, ut legis sunt et sine gratiâ Christi factis, non justificabitur omnis caro, seu nulla caro, id est, nullus homo, sive Judæus, sive gentilis. Quicumque enim justì sunt, ex fide justificati sunt, sicut Abraham, Isaac, Jacob, et ceteri sancti, ait Ambrosius.

Vers. 17. — Quod si querentes justificari in Christo... Syr. Quod si dum studemus justificari per Christum, reperimus et ipsi peccatores; ergo Jesus Christus minister est peccati. Allegatâ in superiori versu semel et iterum legis insufficientiâ ad homines justificandos, et ob hæc legis insufficientiam, Judæorum ad Christum conversione suppositâ, jam ex judaizantium errore ostendit horrendam sequi absurdum.

ANTE QUORUM Oculos JESUS CHRISTUS. GRÆC.: *Quibus ob oculos Jesus Christus prescriptus est, in vobis crucifixus, quasi diceret: In quibus vobis, estique liberatus sumus.*

Sed sive legatur *quibus in vobis*, ut Hebraismus, sive legatur *in vobis*, ut superlativum; est hyperlativum, sicutque construi debet: *Ante quorum oculos in vobis prescriptus est Jesus Christus crucifixus*, id est, representatus est et crucifixus et quasi ob oculos vestros in cruce pendens. Sermo cum picturâ comparatur; sicut enim picturâ oculis, sic sermo intellectui res representat. Græc. *prescriptus, descriptus, depictus, representatus*. Hinc Syrus transtulit: *Nam ecce quasi pingenda depictus fuerat coram oculis vestris Jesus Christus crucifixus*.

videns que coram te sunt, quæque alii vident. *Ante quorum oculos Jesus Christus prescriptus est, in vobis crucifixus. Prescriptus, id est, prae oculis vestris scriptus, et ut Syrus, pingendo depictus est. In vobis, id est, ante vos, in oculis vestris Christus crucifixus; quasi dicit: Christus velut depictus in cruce pendens vobis exhibitus est, ut in illâ predicatione meâ per fidem Christum crucifixum in vobis quasi præsentem ante oculos vestros intuiti sitis.*

circum. Et Arab. versio, depictus fuerat. Ambrosius tamen habet: Ante quorum oculos Christus Jesus prescriptus est, et in vobis crucifixus est.

Alii multi legunt prescriptus, id est, condemnatus, inter quos Baronsæd an. 53, qui putat etiam quosdam Galatas fuisse Jerosolymis quando Jesus Christus condemnatus et crucifixus fuit. Juxta quos hic erit sensus: Ante quorum oculos, quibusdam vestrum presentibus et spectantibus, Jesus Christus Jerosolymæ fuit condemnatus et crucifixus.

Positi Baroni conjecturâ, hic sensus cset ad litteram, et naturalis, et præterea hinc versum commeterat cum præcedenti in secundo capite. Sed primus est D. Chrysostomi, Theodoret, Theophylacti, et juxta textum Græcum, idem præferendus.

Observatio moralis.

D. Paulus Galatas sapientior, ut sapiens medicus, morbi causam et principium observat et tangit, scilicet Christi pro nobis mortui oblivionem, seu non attendit ad Christum, Filium Dei, pro nobis crucifixum considerationem. Si enim mortis hujus meritum et effectum perpendissent Galata, ad legalia nunquam recurrissent; si Christum in cruce, ut justitiam sentent, et humane salutis remedium, attentè per fidem intulissent, ad dissipatas leges ceteras et ad egena elementa non recurrissent.

Id idem nobis non eveniat, et ne quid simile nobis exprobrari possit, Christum pro nobis in cruce pendentem utroque sanguine peccata nostra purgantem oculis fidei semper intueamur. Vido pendentem et de suo sanguine tibi medicamentum cyathentem, ait D. Ang. Imago Crucifixi sit quasi liber, ubique tibi deprecans tunc redem tuius beneficium. Crux enim suo titulo: Jesus Nazarenus, etc., salvator, sit imago Christum suo sanguine tuam salutem operantem rejacentem. Dei vitæ sanguine redemptus, in tuam redemptionem spera; a tuo Salvatore salutem expecta, in illo salutis fonte salutem hauri, fide, spe, charitate, seu fide per charitatem operante. Harum virtutum actus sint in nobis ad vitam gratiæ quasi continuæ, sicut ad vitam nature motus cordis est continuus. In te, Domine, speravi, etc.

Vers. 2. — Hoc solum a vobis volo discere... Gal. Istæ Spiritum sanctum visibiliter receperunt cum charismatibus ejus, scilicet verbo linguarum, prophetiæ, curatio, etc., id enim eo tempore erat ordinariam. Hoc facio, Galatas omnibus noto, hic supposito, querit ab eis, ut illos urgeat: An ex operibus legis...?

Vers. 2. — Hoc solum a vobis volo discere. Hoc solum, inquit, mihi responseto; unum hoc vos interrogo. Ex operibus legis Spiritum accepistis, an ex auditu fidei? Spiritum intelligi sanctum, quem accipere dicuntur qui donâ ejus accipiunt; q. d.: Unde, o Galatæ, accepistis spiritum gratiæ, justitiæ, et donorum Spiritus sancti? Clarum est quod non ex circumcissione et operibus legis, sed ex auditu fidei, puta in baptismo Christi, non ante. Ex auditu fidei, id est, ex prædicatione fidei, quam audisti, vel ex auditu, quo fidei auditus, eique obediisti. Ergo salutis factus qui a fide Christi ad legem Moysi transire vitis.

Vers. 3. — Sic stulti estis, etc. Adobene dementes

Nota post B. Hieronymum à Gagnæ observatum, quod non dicit Paulus: An ex operibus? scilicet enim Cornelium centurionem ex operibus Spiritum accepisse, sed addit: An ex operibus legis?

AN EX AUDITU FIDEM? id est, an ex fide, quam per prædicationem auditum recepistis. Manifestum erat quod non ex operibus legis, de qua modum audierat; ergo per fidem. Unde concludit quod ab initio dixit, illos scilicet insensatos.

Vers. 5. — Sic stulti estis...; post signa ad circumcissionem devenistis, post apprehensam veritatem ad tyros recidistis, post conspectum solem lucernam quæritis, post solidum cibum ad lac recurritis, D. Chrysostomus.

Quos Christiani, quot religiosi, hanc Galatarum dementiam imitantur? A spiritu incipiunt, carne finiunt; à spiritualibus exorsu ad carnalia retrocitant.

Vers. 4. — Tanta passi estis... Præcedenti expressionis duritiem emolliit, illorum jacturæ et damno compatiens: Tanta ne... deinde bonam esse pariter gerens: Si tamen... spero quid, etc. Vido paraphrasim.

Observatio moralis.

Galata Spiritum sanctum visibiliter acceperunt, miracula fecerunt, varias pro Christo passionis et persecutionis toleraverant, et post tot recte facta et perpassa exiderant à gratiâ. Quis ergo non timeat? Uno peccato potest totius vite sanctitas et meritum perdere; timeamus, humilemur, oremus: Et ne nos incedat... At si per fragilitatem accidit, ne desperes; si enim volueris, poteris per Christi gratiam ad Deum converti, et per penitentiam tua revisissent opera bona.

Galatarum error à curiosis falsorum doctorum auditu exorsus est. Sic sæpè curiosior unius mali libri lectio, una cum nebulonibus audacior et liberior conversatio, fidem in mente destruit, errorem in illam inducit, cor ad rebellionem impellit. Hincque carnalia desideria et opera, unde et mors animæ, alienatio à Deo, omnium denique bonorum deperditio.

Vers. 5. — Qui elio tribuit, Græc., subministrans. Syrus, indidit. Vobis spiritum, et operatur. Græc., efficiens, id est, qui per suam vim operatur miracula, in vobis, id est, inter vos; forte erant quidam errore non corrupti, qui adhuc miracula potabant; vel operatur, pro operabatur. Repetit primam rationem, ut necat cum secundâ in versu sequente contentâ. Quia manifestum erat quod Galatæ responsuri erant, per estis, ut enim à spiritu festeris initium, desinatis in carnem? Cum spirituali Christi doctrinâ, Baptismo, Sacramentis, spiritualibus gratiis ab eo acceptis, spirituali vitâ et conversatione cooperata vivere; carnem, id est, circumcissionem, et alia carnalibus leges carcerum consummationem?

Vers. 4. — Tanta passi estis, scilicet ab infidelibus propter Christi fidem; sine causa? id est, frustra, si videlicet ab illa ad Moysen transisset.

Si tamen sine causa, id est, si tamen frustra, supple, quod erit nisi respiciatur; q. d.: Frustrò ergo ut respiciatur, et in Christi fide persistatis. Ita Hieron.

Vers. 5. — Qui ergo tribuit (qui, scilicet Deus, vel Christus, subministrat, suggerit et induit) vobis Scri-

fidem, hanc responcionem supponens Apostolus et in mente habens, quasi illam verbis expresserit, prosequitur:

Vers. 6. — Sicut scriptum est: Abraham credidit Deo... Paucis hic dicit quod fusiis ad Rom. 4, v. 9, estque secundum argumentum quo probat ex fide, non ex operibus legis, fieri justificationem, ab exemplo Abraham deductam; qui ante circumcissionem et multo ante legem justificatus est, quia Deo credidit promittenti semen ex uxore sterili. Genes. 15, 6.

Vers. 7. — Cognoscite ergo, Syr., scilicet.

QUIA QUI EX FIDE, id est, qui credentes, fidem Abraham imitantes, sunt spirituales Abraham illi, et qui à Deo in Abraham sunt benedicti, ut ipsi Abraham præmittuntur est. Vide versum sequentem.

Vers. 8. — Providens autem scriptura... id est, prævidens. Loquitur de Scripturâ velut de homine. Hinc Scriptura prospiciens et prævidens... id est, Spiritus sanctus in Scripturis loquens. Vel sicut Syriaca versio: Cum enim præciterit Deus per fidem justificationem in te, etc.

PRESUMPTIVE, Græc., præcongelizavit; hoc nuntium latissimum dedit Abraham, nimirum:

QUIA MISERICORDIA, justificabuntur, ut audiant: Venite, benedicti...

In te, id est, per tuum semen, seu per Christum filium tuum et per fidem in eum, vel ad tui similitudinem.

OMNES GENTES, id est, omnes prorsus nationes, seu Hebræica, seu gentiles. Hinc Christus Judæis dixit de Abraham: Vultis enim meum et gratias esse. Hinc enim maximum Abraham gaudium, quia pater omnium iustorum et sanctorum, seu, ut ait Ambrosius, quia forma factus est omnium credentium, ut hi benedicti in eo sint, qui credunt; sequentes enim fidem ejus, participes sunt benedictionis ejusdem. Hinc etiam potest optimè explicari, benedictur in te, id est, ad tui similitudinem, nempe per fidem, sicut et tu propter

tuum, et operatur (qui inoperatur per infinitam et divinam suam energiam; vim et potentiam) virtutes (miracula) in vobis; ex operibus legis, an ex auditu fidei? Facite ea ex lege, an ex fide? q. d.: Clarum est, et experientia scilicet, quod non ex lege, sed ex fide, id est, per fidem Christi. Si enim deus dederit Spiritum, non ex operibus legis, sed ex fide; ergo et illi Spiritum ex fide, non ex operibus legis acceperunt?

Vers. 6. — Sicut scriptum est, etc., q. d.: Abraham incrementis, et ante legem accepit Spiritum, et justificatus est non ex operibus legis, que necdum erat, sed ex fide Christi veniunt: ita et vos ex Christi fide justificamini. Ita Anselm. Reputatur est illi ad justitiam, id est, inde justificatus est. Vide Rom. 4.

Vers. 7. — Cognoscite ergo, etc., id est, fideles, Abraham fide imitantes, si sunt filii Abraham, spirituales scilicet, non per generationem, sed per imitationem, ac consequenter ad eos perinet benedictio, justitia et salus Abraham promissa. Ita Hieronymus.

Vers. 8. — Providens autem Scriptura, longè antè prospiciens, quia ex fide justificat gentes Deum, præmittit Abraham. Sensus est: Quantum prævidetur ac decreverat Deus justificare gentes ex fide, idcirco ad hoc significandum, in Scripturâ narratur jam olim

fidem tuam benedictis et salvatis es. Hinc pater fidei nostræ Abraham.

Vers. 9. — ILLI QUI EX FIDE SUNT... Syr.: Itaque fideles benedictur in Abraham fidei. Abraham per autememiam fidelis dicitur, quia fides in eo maxime emittit, ob quam vocatur pater et dux fidei. Ex supra dictis potest fieri syllogismus: Qui Deo credunt, seu fideles, sunt spirituales fideles Abraham illi, et hi justificantur, sicut Abraham illorum pater; atqui Abraham sine circumcissione et sine operibus legis per fidem justificatus est, sacra Scripturâ teste, Genes. 15, 6; ergo et fideles, seu spirituales Abraham illi, ejusque fidei imitatores, per fidem justificantur, sicut Abraham prædictum est: Benedictur in te... id est, ad tui similitudinem per fidem justificabuntur omnes nationes, et tandem teum audient à Christo Filio Dei et tuo: Venite, benedicti Patris mei, Dei, cum benedicto patre meo Abraham, possideat... Hinc in deo sepultura fidelium decantamus: In paradiso, etc., et in sinum Abraham deducat te, etc.

Observatio moralis.

Quantus itaque thesaurus fides, que æternam beatitudinem in se continet! Quanti igitur thesaurum hunc debemus estimare, quantum desiderare! Quanto ardore postulare: Dominus, adauge nobis fidem! Sed quia fides Abraham nostræ fidei est norma, observâ que fuerit fides Abraham. Abraham credidit Deo, id est, fidem habuit Deo promittenti rem naturaliter impossibilem, scilicet filium ex uxore sterili et sine. Ad hoc præsupponitur quod magnificè senserit de Deo, de Dei potentia, de Dei fidelitate in promissis servandis. Hinc et in Deum magnam habuit fiduciam: In spe contra spem. Hinc et Deo in omnibus obedivit, usque ad Isaacigeniti filii sui immolationem. Sic Deo credens Abraham justus factus est, amicus Dei, fidelium omnium pater et exemplar. Sic igitur et in credo Deo; non modo et speculative tantum Deo credendum est, sed reverè et de facto. Primò itaque de Deo sem-

annuntiâsse Abraham tantum omnium credentium patri, ut rem latissimam, hoc quod sequitur:

Quia benedictur in te omnes gentes. In te, id est, in semine tuo, ut exponitur Genes. 22, hoc est, in Christo, qui ex Abraham natus est, ut hic exponit Apostolus, vers. 16, q. d.: Per Christum filium tuum, perque fidem in Christum omnes gentes benedictur, id est, justificabuntur, benigne amici et filii Dei, ac consequenter heredes regni Dei, ut aliquando audiant: Venite, benedicti Patris mei, possideat paratum vobis regnum à constitutione mundi. Est ergo quod gaudeas, Abraham; quia per Christum filium tuum pater eris omnium credentium, iustorum, electorum, ita Hieron., Anselm. Unde recte explicant Patres: benedictur, id est, inquit, justificabuntur, benedictionem, id est, justitiam, consequentur: nec enim majus bonum, benedictionemve Deus nobis dare potest, quam suam justitiam, amicitiam, liberationem.

Vers. 9. — Igitur qui ex fide sunt, etc. Abraham facta est promissio quod in ipso benedicerentur omnes gentes, ac Abraham ipse per fidem, quâ promissioni credidit, Deo placuit, et benedictionem promittit; ergo quicumque ex fide justitiam et benedictionem expectant, cum eum Abraham qui Deo fidei assumpserunt; non autem illi qui sunt ex operibus legis.

per magnificè senti. Secundò, Deo semper confide-
spera in eum etiam contra spem: *Etiamsi me occide-
rit, sperabo in eum.* Tertio, Deo in omnibus obedi;
illum super omnia dilige; et ex amore illius observa-
mandata. Sic credens, sique secundùm fidem vivens,
eris Abrahæ filius, in ipso benedictus et à Christo
filio ejus audies aliquando: *Venite, benedicti.*

VERS. 10. — QUICUNQUE ENIM EX OPERIBUS LEGIS....
SYR.: *Quotquot enim sunt ex operibus legis, execrationi
subiiciuntur.* Scriptum est enim: *Execrabilis omnis
qui non præsiterit quæcumque scripta sunt in lege
israh.*

VERS. 2 et 5. Apostolus à Galatis quæsitum an ex
lege, an ex fide Spiritum sanctum receperint; Galata-
rum responsum receperunt et sanctificati sunt, huius-
que responsi veritatem stilum confirmavit exemplo
Abrahæ per fidem sanctificati; nunc idem probat, ad-
versam partem destruendo, nimirum quòd non per
legem fiat justificatio. Estque tertium argumentum,
quòd sic potest explicari et in formam redigi: Tan-
tum abest à fide justificari, quin imò quicumque legis
opera et executionis ista sectantur, ut in eis et ex eis
iustitiam querant et expectent, maledictioni et puniti-
oni sint obnoxii. Probatur per ipsam legem: *Scrup-
tura est, Deuter. 27, 16: Maledictus omnis qui non
fecerit constantiter omnia que scripta sunt in lege.* Unde
fit argumentum: Quicumque legem aliquam violat,
est maledictus; atqui omnes qui sunt sub lege legem vio-
lant; si enim fidem excludas ab eà, non dat obediendi
vires; ergo omnes qui sunt sub lege, et in eà confi-
dunt, sunt maledicti. Major est ex ipsa lege; minor
experientia constat. *Hoc enim inquam est, quod neque
nos, neque patres nostri portare possimus;* ait D. Petr.,
Act. 15.

Lex iubebat; non obedientem, seu iussa non ser-
vantem maledicebat; at qui, nisi fides in Christum
venturum accederet, lex obediendi vires non dabat,
hinc lex sola considerata, tantum abest ut justificaret
et benediceret, quin imò maledictioni subiiceret.
Tunc ergo, sicut et nunc, à fide debebat oriri iustifi-
catio, cum hoc discrimine, quòd tunc à fide in Chri-
stum venturum, nunc à fide in Christum pro nobis

VERS. 10. — *Quicumque enim ex operibus legis sunt,
sub maledictione sunt;* q. d.: Qui vero opera legis sec-
tantur, et ex his iustitiam expectant, usque adeo pro-
missæ benedictionis exortes sunt, ut etiam maledic-
tioni sive execrationi sint obnoxii, ac punitioe digni.
Hoc siquidem est sub maledictione esse.

Scriptum est enim: *In ipso lege Deut. 27: Maledic-
tus omnis qui non permanserit in omnibus que scripta
sunt in libro legis, ut ficial ea.* Atqui nemo sine fide et
gratiâ Christi facit universam legem; ergo sine fide
Christi omnes sunt sub maledictione. Ita Hieron. Sic
enim lex non est impossibilis, et Deus non præcipit
impossibilia: licet enim per naturæ logicæ vires
tota impleri non possit, potest tamen tota impleri per
vires gratiæ, quam Deus credentibus et orantibus
omnibus tunc iudicis quam gentilibus per mediatorum
Christum paratus est dare. Supponit Apostolus sine
gratiâ Christi totam Decalogum à nemine impleri
posse, idcirco concludit omnes qui sub lege sunt,
esse ab eà maledictos.

mortuum et à Deo suscitatum. Vide v. 25. Fides in
Christum fuit omnium secularium.

VERS. 11. — *Quoniam actus in lege....*

VERS. 12. — *Lex autem non est ex fide....* D. Tho-
mas hos duos versus necis cum precedenti, quasi
proben legis insufficientiam non valentis à maledictio-
eximere, quia non potest justificare. Hoc autem Apo-
stolus probat in secundâ figurâ, ait D. Thomas. Ius-
titia est ex fide, sed lex non est ex fide; ergo non po-
test justificare.

Sed probabilius videtur novam hinc et quartam in-
terseri rationem, quæ probet non ex lege, sed ex fide
Christi, esse iustitiam. Id ergo probat auctoritate
Ihabæc 2, 4. *Iustus, ait propheta, ex fide vivit;* lex
non dat fidem, ergo nec spirituale anime vitam;
ergo manifestum est quòd nemo apud Deum iustifica-
tur in lege et per legem. Lex quidem promittit
Abrahæ hinc fidem et prosperam, ideo dicit: *Qui rece-
rit eam, vivet in illis;* sed non dabat vitam spiritualem
et divinam gratiâ. Legis observatio præservabat à
temporalis mortis, quam lex in suos transgressores in-
tentabat. Hinc etiam: *Qui fecerit ea, vivet in illis.*
Mortem effugiet temporalem; sed non dabat veram
anime vitam, quæ à Christo, vitæ fonte, per fidem
semper fuit haurienda. Vide v. 25.

Observatio moralis.
Iustus ergo semper ex fide vivit, et ex fide in
Christum.

Primò, quare ex fide? Equidem, quia talis voluntas
Dei, ut sic superfluum hominum humiliaret animum;
sed hæc, si fallor, potest congruente ratio reddi:
Quòd Deus, quia spiritus est, spiritui vult et mente
principaliter et primariò coli. Reverè, quia Dominus
universorum, hinc debet corpore etiam et operibus
externis coli. At quia spiritus est, ideo in spiritu et in
veritate vult adorari; hinc à spiritu debet ipso sus-
cultus ordiri, fides autem interiorum Dei cultum initiat
et perlicit fides.

Secundò, quare ex fide in Christum? Quia Christus,
ipsa vita et fons vitæ: *Nec est aliud nomen sub celo
datum, in quo oportet nos salvos fieri.* Fides autem
quasi canalis est quo vita ex ipso fonte tanquam et
defluit ad nos. Hinc collige primò quòd hinc virtuti

VERS. 11. — *Quoniam autem in lege nemo iustifica-
tur apud Deum, etc.* Probat non ex lege, sed ex
fide Christi justificari: conglomera enim Apostolus
rationes et Scripturæ loca et Galatis id persuadeti.
Dicitur: *Iustus, non ex lege, sed ex fide vivit. Quid
autem quid vivo in carne, in fide vivo Ipsi Dei, cap. 2,
affirmans se vivere ex fide Filii Dei, quia quod iustus
est, et iuste operatur, et iustus permanet, habet ex
like fide, tanquam radice, ex qua nascatur, et tan-
quam fundamento, cui innitatur tota ejus iustitia.*

VERS. 12. — *Lex autem non est ex fide, hoc est,
opera ex lege facta non possunt esse opera fidei. Lex
non docet, non affert fidem et gratiam, quæ legem im-
pleantur, justificemur, iuste, sanctè et beatè vivamus.*

*Sed qui fecerit ea, vivet in illis, id est, non punietur
morte, quam lex transgressuribus intental.* q. d.:
Vivet ex vitâ, sique bonis, quæ præcepta legis suis
promittunt, scilicet in abundantia frument, vini et
olei.

scilicet fidei, debeat primariò intendere omnis verus
Dei cultus; secundò, quòd nunquam à Christo reced-
endum, sub quocumque prætextu, sed per continuos
actus fidei charitate formate accedendum et inha-
rendum, etenim ipsa vita et fons vitæ: *Sicut enim
pater habet vitam in semetipso, sic dedit et Filio habere
vitam in semetipso,* Joan. 5, 26.

VERS. 15. — *CHRISTUS NOS REDDIDIT DE MALEDICTO....*
Hic versus correspondet decimo illumque naturaliter
sequi debet. *Lex maledicit...., Christus autem nos ab hæc
legis maledictione liberat, datque benedictionem gen-
tilibus in eum credentibus.*

FACTUS PRO NOBIS MALEDICTUS. Sicut 2 Cor. 5, Chri-
stus dicitur factus pro nobis peccatum, id est, hostia
pro peccato, sic dicitur hic factus pro nobis maledic-
tus, id est, execratus, quia maledictiones, seu pec-
cata humani generis (leus in Christum transfusa, ut
pro illis hinc moreretur: *Posuit Dominus super eum
iniquitatem omnium nostrorum,* Isai. 53, 6.

Ad intelligentiam et ad pietatem ponderanda.

Sicut Christus carum assumens venit in similitu-
dinem carnis peccati, ita suspensus in cruce sustinuit
similitudinem maledicti. Sicut enim execrabiles erant
qui pro suis sceleribus suspendebantur, ita Christus
pro peccatis nostris suspensus similitudinem gessit ho-
minis à fræ maledicti. *Scriptum est; Deuter. 21, 15,
ubi suspensus dicitur à Deo maledictus, ibique iube-
tur ejus cadaver eodem die deponi et sepeliri, ut statim
deleatur memoria ejus; et hoc in odium peccati,
quò tale supplicium mereretur; sceleratissimi quippe
tunc crucifigebantur. Idem fit adhuc circa sceleratio-
res; comburantur, in cinerem rediguntur et in terra
projiciuntur. Tale quid Christo pro nobis evenit, et
cum sceleratis reputatus est, crucifixus cum eis, et me-
dius inter illos, eodem die de cruce cum eis depositus.
O ineffabilis mysterii dispositio! Christus, Dei Filius,
benedictionis fons et origo, fit pro nobis maledictio, ut
nos à maledictione liberet; Judæis per crucem fit
execrabilis, ut Judæos et gentiles Deo gratos reddat,
omnibusque credentibus Spiritum justificentem pro-*

VERS. 15, 14. — *Christus nos reddidit de maledictio
legis, etc.* Christus, inquit, nos, tam Judæos quam gen-
tiles, reddidit de maledictio, sive execratione, legis, id
est, à peccata quam lex, cum execratione innatur, di-
cens: *Maledictus omnis qui non permanserit in omnibus,
etc.* Præstitit autem in nobis Christus, dum factus est
ipso pro nobis maledictum, quia maledictiones humani
generis Deus in Christum transposuit, ut videlicet pro
nobis infans et execrabilis crucis supplicium subiret.

*Quia scriptum est, Deuter. 21: Maledictus omnis qui
pendit in ligno, et in gentibus benedictio Abrahæ fiet
in Christo Jesu.* Factus est pro nobis maledictum, ut
pro maledictione induceret in gentes benedictionem
Abrahæ promissam. Hoc ideo, inquit, ut benedictio
Abrahæ promissa que totam hominis renovationem
et beatitudinem complectitur, ad gentes veniret, et in
his completeret per Jesum Christum, nimirum:

*Ut pollicentium Spiritu, id est, Spiritum sanctum,
nos justificentem et sanctificantem, filius Abrahæ,
id est, credentibus, promissum, accipiamus per fidem,
quæ credentibus in Christum Abrahæ filium, in quo
hæc benedictionem constituit et consignavit Deus,*

meretur. Sicut mortuus eos quibus erat moriendum
exonit à morte, ita et executione in se receptâ, ab
execratione liberavit, D. Chrysostomus.

VERS. 14. — *UT IN GENTIBUS BENEDICTIO ABRAHÆ....*
SYR.: *Ut inter gentes eadem benedictio Abrahæ per Je-
sum Christum, ut nos accipiamus promotionem Spiritus
per fidem.*

Observatio moralis.
Fides ergo nostra, gratia Spiritus sancti, nostra
sanctificatio, fructus sunt mortis Christi. Ad hoc nun-
quam satis attenditur. Homini etiam sceleratissimo
nihil poterat pejus evenire quam crucifigi. Christus
autem suæctus sanctorum pro me voluit crucifigi, ut
me à peccato liberaret, mihi gratiam mereretur, ad
eternam hereditatem quam largiretur. O amor! amor
immensus! incomprehensus! ineffabilis! Hinc discere
quantum te Christus amet, et quanti tuam salutem
faciat. Hinc discere quantum debeas ipsum amare, et
tuam salutem curare. Hinc discere quomodo debeas pro
eo protra, maledictiones, et contumelias pati. Discere
et pro scelerato propter eum repatari.

VERS. 15. — *FRATRES, SECUNDUM HOMINEM DICIT....*
SYR.: *Frates mei, tanquam inter homines loquor.* Nova
et quinta offertur ratio, petita ex Dei promissione, que
Testamentum dicitur, quia promissio de hereditate
dandâ. Ex promissione ergo Dei factâ Abrahæ, præ-
bat nos ex fide, non ex lege justificari; utitur autem
consuetâ sibi enollitione: *Frater.* Vocat fratres suos
quos paulò ante vocabat insensatos. Quia ex claritate
loquitur, modò inceptat, modò consulat; omnia autem
ad illorum salutem. *Secundum hominem, id est,
humanâ ratione, humanoque utro exemplo. TESTA-
MENTUM, pactum, promissio, TAMEN HOMINIS, id est, ta-
meti tantum hominis, licet hominis.*

CONTINUATUM. GRÆC., authenticum.

**NEO SPERNIT. GRÆC.: Abicit tanquam irrisum, AUT
SPEDEBANDUM. SYR., aut invenit, scilicet addendo, de-
mendo, contra ordinem. Intellige, quòd multò mi-
nus Testamentum Dei immutabilis, omnipotentis, im-
mutabitur.**

VERS. 16. — *ABRAHÆ DICTA SUNT PROMISSIONES....*

dicens Abrahæ: *In te, id est, in semine tuo, quòd
est Christus, benedictio omnis gentis.*

VERS. 15. — *Frater, secundum hominem dico;* id
est, juxta morem et consuetudinem hominum loquor;
q. d.: In hæc spiritali diviniq; re, humano ac vul-
gari utro exemplo, testamenti, et testatoris, ut probem
nos benedictionem Abrahæ jam dictam hereditare
non per legem, sed per fidem Christi, juxta Dei pa-
tentiæ cum Abraham injuria; ut merito videre vos
debeat, o Galata, quòd minus tribuatis Deo, quàm
hominis testamentis et pactis.

*Tamen hominis confirmatum testamentum nemo spernit
aut superordinat, id est, immutat, aliter ordinat et
disponit ultra quàm à testatore ordinatum et disposi-
tum est, hoc est, nec denit, nec addit, nec derogat,
nec arrogat.*

VERS. 16. — *Abrahæ dicta sunt promissiones, et scilicet
ejus, scilicet Gen. 22, ubi dicitur: Quia fecisti hinc
rem (ut mihi obediens velles immolare filium tuum
Isaac) benedictum tibi, etc. Et benedictio in semine
tuo omnes gentes. Uide colligitur interpretis, Abraham
hæc obediens, filiiq; victimâ meruisse, ut ex sua*

Assumit promissionem a Deo factam Abraham, que est quasi testamentum, quia de hereditate ei et semini eius danda, quasi diceret: Atqui, Deo loquente, facta est Abraham promissiones, et multoties repetita, Genes. 12, 5; item 17, 7; item 22, 18.

Er scitis raris. Quod Genes. 12, 5, de Abrahamo dictum est, illud Genes. 22, 18, dictum est de semine ejus: Et benedicetur in semine tuo, etc., ut indicaret hanc benedictionem eventuram mundo per unum ex Abraham filius. Ecce testamentum a Deo factum Abraham: illud autem Apostolus Dei Spiritu explicat, dicens Deum plerum numero non fuisse locutum: Non enim: Et seminum, quasi multis, sed quasi in uno, sed singulari, ut indicaret unum aliquem ex Abraham filius, non ex Ismaele nascenturum, sed ex Isaac, qui in eo sacrificio, de quo Genes. 22, 18, Christi figura fuerat; seu ut indicaret Christum, per quem benedicentur omnes gentes.

VERS. 17. — HOC AUTEM DEO TESTAMENTUM A DEO CONFIRMATUM. Græc.: Testamentum ante authenticatum à Deo in Christum. Syr.: Quod ante confirmatum est à Deo in Christo. Explicato Testamenti sensu, redit ad interruptum sermonem, et concludit ex eo quod dixit supra, testamentum hominum nullatenus non rescindi. Ergo authenticatum testamentum illud à Deo factum de benedicens hominibus per Christum et per fidem in Christum, lex longe posterior non potest irritare, nec abrogare, nec illi quod superaddere.

POST QUADRAGESIMOS... Illi quadringenti triginta anni incipienti sunt à primâ promissione Abraham factâ, usque ad datam legem in monte Sinâ. Vide Estium, Cornelium Fromondum, ante eos D. Thomam, hic, D. Augustinum.

VERS. 18. — NAM SI EX LEGE, seu legis observantia, seu ex legis operibus, hereditas, benedictio, justitia, salus aeterna;

JAM NON, id est, ergo non ex promissione, que facta est Abrahamo sine lege, et sine legalis observationis mentione.

ABRAHE AUTEM PER REPRŌMISSIONEM DONAVIT. Græc.: Gratificatus est Deus, id est, Deus promissit se gratis daturum, scilicet per fidem in Christum, Summa iustus rationabilis homo est: Authenticum hominis mortui testamentum nemo reprobat aut invertit, à fortiori stirpe, quem alia, imò ex eodem Isaac quem humiliter voluerat, nasceretur Christus, per quem omnes gentes benedicentur et impleverunt benedictiones et promissiones Abraham factas.

Non dicit: Et seminum quasi in multis; sed quasi in uno: Et semini tuo, qui est Christus. Hoc postremum, qui est Christus, interpretatio est Apostoli, quia promissionem illam, et semini tuo, de Christo docet accipientem. Aquinas et Cajetanus breviter advertunt, Paulum eodem spiritu quo promissio facta, et Scripturam condita est, eam interpretari, quod ex numero singulari, non, id est, Christus, fuerit significatus, etc.

VERS. 17. — Hoc autem dico, q. d.: Hoc igitur est, quod intendo, quod volo concludere.

Testamentum confirmatum à Deo, quod post quadragesimos et triginta annos facta est lex, non irritum facti ad evanescendum promissionem. Deus inquit pactum cum Abraham et semine eius promissit benedictione per Christum; ergo pactum illud debet manere firmum

tiori testamentum Dei vivi et aeterni nullus immutabit. Atqui Deus testamentum fecit Abraham; promissit enim quod per Filium ejus nempe Christum, omnes gentes benedicentur et aeternam possiderent hereditatem. Lex ergo longe post hoc testamentum factum et confirmatum superveniens illud non immutabit; immutaret autem, si ex lege esset benedictio et hereditas, quia si ex lege, ergo non ex promissione, seu ex semine Abraham promissio, quod esset Dei immutabilis testamentum invertere. Cum ergo immutabile sit testamentum Dei, restat concludendum nos per Christum et per fidem in Christum justificari, non per legem Moysis.

Observatio moralis.

In hac Dei promissione Abraham factâ, quam Apostolus supponit nostre justificationis basin, mirare infinitam in nos Dei bonitatem, qui, cum sit in seipso summe beatus, nullis indigens, hominem tamen quaerit, quasi illius indigus, homini salutem promittit, hancque promissionem suam solemniter juramento confirmat, suisque verbis semetipsum quasi ligat, non fortè justitia opus misericordiae gratulum invertat. O homines! ô misericordia verè divina! Sic autem laude Dei bonitatem mirare; ut et sapientiam et quandam in executione aequitatem mireris. Abraham Deo crederet, ad Deo obediens, unigenitum filium suum Isaac immolare paratus est; hinc illi promissit Deus quod ex illo ipso Isaac nasciturus sit Christus, in quem credentes omnes terræ gentes justitiam et salutem aeternam sicut consecuturæ. Quia obediit Abraham, dicitur illi: Benedicam tibi. Quia obediens fuit Isaac, Christusque obediens et sacrificii figura fuit, dicitur illi: Et benedicetur in semine tuo, id est, in Christo, ex Isaac nascituro, omnes gentes.

Hanc discamus Deo credere, ad Deo credentes obedi; in omnia humiliter subjici, omnes quascumque ejus voluntates, nobis etiam maxime repugnantes, fideliter et promptè exequi. Tali fide, tali obedientiæ promeretur Deus, promeretur benedictio promissa in Christo et per Christum, Dei et Abraham Filium. Hincque concludamus quod obedientia salutem complect, quam incipit fides. Itaque credamus in Christum; ut sic credamus ut et Christo obediamus, Deique voluntatem in omnibus adimpleamus. Fidem nostram in et invariabile, nec per legem, quæ multo post supervenit, abrogari potuit, aut intercepti, quoniam per Christum impleatur. Id autem contingere, si per legem esset benedictio, que præstanda per Christum est promissa.

VERS. 18. — Nam si ex lege hereditas, si ex lege Moysis heredes efficiuntur benedicti ab Abraham, hoc est, justitia et salus, ergo jam non ex promissione; sed hoc est falsum, quia laude benedictionem donavit Deus per repræmissionem, promittens scilicet Abrahami semen, id est, Christum, in quo, et per quem omnes gentes que in eum crederent, benedicentur. Si ex promissione Christi, ergo ex fide Christi, non ex lege Moysis, hæc benedictio Abraham promissa gentibus omnibus obligat.

Abrahe autem per repræmissionem donavit Deus. Atqui, inquit, ex promissione hereditas est, quia Deus non ex conditione legis, sed gratuito et irrevocabili dono, dandam promissit hereditatem: igitur

opera diffundamus; operemur ex fide, et in spiritu fidei; seu fides nostra per charitatem operetur. Vel enim sanguis per fidem et propter fidem fundendus, vel fides in opera et per opera est diffundenda. Primi occasiones nunc non habemus, secundi autem continuas.

VERS. 19. — Quid igitur lex?... Probata in superioribus legis insufficiëntia et inutilitate ad justificandos homines, D. Paulus, qui omnia perspicit et immensis utitur oculis, ait D. Chrysostomus, ne superflua existit lex à Deo data, quaerit: Ad quid igitur data est? Erime inutilis! Minime, inquit, nam

PROPTER TRANSGRESSIONES POSTA EST. Græc.: Transgressionum gratia apposta est. Syr.: Propter transgressionem addita est, scilicet addita promissioni, et apposta inter promissionem et illius executionem, seu donec veniret Christus promissus. Hoc bene Ambrosius: Posita est in medio inter ceptam promissionem et semen cui facta est promissio, id est, inter Abraham et Salvatorem, etc., ut populum Dei erudiret sub Dei timore, ut dignus heres ad excipiendam promissionem que est Christus. Apposta, inquam, propter transgressionem declarandas, arguendas, coercendas, ita D. Chrysostomus, D. Hieronymus, et post illos plerique communiter.

Ad majorem hujus interpretationis intelligentiam, nota quod populus Israeliticus suo apud Ægyptios idololatrias incola, et continuo cum illis infidelibus commercio, sic a patrum suorum simplicitate decernerant, ut in pleraque peccata Ægyptiis communia probarentur. Hinc legis necessitas, que penis et terrore eos ab hujusmodi vitis coerceret. Ita plerique corrupti, ut et justitiam nescirent, et multa peccata patravent ignari. Hinc legis necessitas, que peccata declararet, argueret. Audi hæc de re D. Chrysostomum: Quoniam Judæi ne sentiebant quidem sua peccata, non sentientes autem nec desiderabant remissionem, dedit Deus legem que proderet vulnera, quod medicum quaereret. Propter transgressionem aliquo modo arguenda et implenda, D. Augustinus. Quod debet intelligi, non cussivè, sed consecutivè, ait D. Thomas, quatenus, datâ lege, abundavit reverè delictum et multiplicata sunt transgressiones, et quantum ad numerum, seu multitudinem, et quantum

hereditas, benedictio, justitia non est ex lege.

VERS. 19. — Quid igitur lex? Si enim hereditas in ex promissione est, et non ex lege, cur igitur lex introducta est? Quæ utilitas legis? Aut quid omnino de lege dicendum? Respondit: Propter transgressionem postea est, scilicet coercendas terrore et minis, ut saltem modo retraheretur homines à manifestis transgressionibus, ait Hieron. et Chrysost. Propter transgressionem scilicet declarandas postea est lex, ait Augustinus, ut timorem populus superius, visâ lege, agnosceret peccata sua, que contra legem committit, sibi que Christi gratia opus esse ad eam implendam, itaque lex tunc dicitur homines ad Christum transmittit. Ubi subdit:

Donec veniret semen, hoc est, Christus, cui promissit, Deus scilicet, per eum benedictus esse gentes, hoc est, justificandas, ut pæ delictis ac justè vivere, legemque implere possit; q. d.: Data est lex quasi

ad reatas gravitatem, ut D. Thomas explicat hic, et Rom. 5, v. 20.

Conciliabuntur ergo hæc interpretationes diverse, si dicatur quod lex directè quidem data sit ad declarandas, arguendas, et coercendas hominum transgressionem, indirectè verò ite secutus est effectus, ut, datâ lege, abundavit delictum et multiplicata fuerint hominum transgressiones. Id autem Deus permittere voluit ut legis transgressores humiliarentur, et superbus eorum animus, infirmitatis suæ conscius, intelligeret legem sibi ad salutem non sufficere, hincque avidius quaereret Mediatoris gratiam. Hincque concludes quod lex populo Israelitico data sit ut pedagogus, infra 24, qui duo doceret ipsum. Primum, qui illum erudiret circa bonam faciendum et circa malum fugiendum, seu qui diceret quid agendum, quid non agendum; secundo, ut eundem populum doceret in Christum aspirare, in quo promissiones Abraham facte complenda erant, et absque cujus gratia et auxilio non valebat legem implere, nec à peccato liberari, nec justitiam Abraham promissam adipisci.

DONEC VENIRET SEMEN, id est, filius Abraham promissus, seu Christus, in quo promissiones Abraham facte, per quem omnes nationes sic erant erudienda et adjuvanda, ut hereditatem Abraham promissam essent assecuturæ.

ORDINATA PER ANGELOS. Declarata fine legis illiusque utilitate, Paulus aliquas enumerat legis singularitates, seu excellentias. Existimo autem quod ad perfectam apostolicæ mentis intelligentiam debeant subintelligi promissionis excellentiæ, legis singularitatis seu excellentiis opposita et superiores, ut in paraphrasi expressæ sunt, et ut fusius explicabo v. 20. Ordinata per angelos, id est, ministrata, ordine dicitur per sanctos angelos, Dei nuntios et ministros, quorum nomina Dei personam gerebat et Dei nomine pronuntiabat, aut verò hunc comitabantur. Vide Deuter. 33, 2, et Act. 7, 53.

Subintellige quod probabilissimè Paulus habebat in mente: Promissio autem per Deum ipsam facta est Abraham, et ordinata. Hoc legens docet, et quidem eruditissimus, objecti nulla: Atqui per angelum promissio facta est Abraham; ergo nulla disparitas. Cui respondi primo subsumptam negando, quia id non est

pedagogus noster, officio ad Christum: ergo Christo jam presente, usque suo perfunctæ est; quid ergo ulterius cum prorogare vultis, ô Judæi! Ita Chrysost.

Ordinata per angelos. Legem veterem per angelos ordinatam, sive dispositam, ut legit Augustinus, id est angelorum opera seu ministerio digestam, scriptam ac latam fuisse, testatur idem Apostolus, Hebr. 2, et Stephanus, Act. 7, significat, et ipse Moyses, Deut. 53, dicens, cum Dominus legem in monte Sinai ferente ad fuisse sanctorum milia, quos Septuaginta angelos interpretat sunt. Indicat ergo dicitur hanc Angelorum inter legem et promissionem, quod lex Angelorum ministerio lata fuerit; promissio per Christum præstata: sicut infra dicitur, ut promissio ex fide Iesu Christi daretur.

In manu mediatoris. In manu, id est, per mediatorum, quia manus est membrum per quod operatur homo, et quasi organum organicum. Quaritur qui

in Scripturis expressum, imò formaliter id attribuitur Domino. Genes. 18, v. 17; et 22, v. 16; secundo, esto, inquebam, quòd per angelum promissio facta fuit fortè pronuntiata, at certè per Deum ipsam facta fuit et ordinata, quis enim angelorum pronuntiat Filium Dei? Dixi, fortè, quia licet id non sit in Scripturis expressum, fortè colligi potest ex his, in capitulis iam citatis. Addebam tamen quòd solum Scripture silentium sufficeret ad illud negandum, juxta mentem D. Pauli, qui ex solo Scripture silentio de parentibus Melchisedech, illum dixit sine patre, sine matre, Heb. 7, v. 5.

IN HANC MEDITATIONIS, id est, ministerio Moysis mediatoris, se quasi medium interponentis inter Deum et populum Israeliticum, et pro eo stipulantis: *Ego sequenter et medius fratres Domini* et cetera. Subintellige, promissio autem immediatè per Deum ipsam facta est Abraham, nullo mediatore interveniente, sine conditione, sine stipulatione, quia merè gratuita.

VERS. 20. — MEDIATOR AUTEM USUS NON EST.... sed est inter duos, et quidem non bene convenientes, sed dissidentes, et quos vult reconciliare.

DEUS AUTEM Iustus est, sibi constans, semper idem, immutabilis. Obscurissimus est hic locus; obscurum est, ait Fromondus, quare Apostolus hunc versum rapit, et velut extra propositum interfert. Hæc obscuritas patet textum legendi, sed et magis valebit varias interpretum opiniones examini.

Notanda ad intelligentiam.

In hæc obscuritas, post multas reflexiones et varias veritatis unque indagaciones, probabilissimum puto quòd D. Paulus, enumeratis Mosaice legis singularitatibus, et subintellectis in mente promissionis de Christo à Deo factæ Abrahamo excellentioribus singularitatibus, hic precipitan tantum hæc promissionis divine singularitatum expressè nominat, unde concludit hujus promissionis firmam immutabilitatem et supra legem præcellentiam.

Lex ministerio Moysis, mediatoris et stipularis, data est. Mediator autem non est unus, sed plurium; hinc facilis mutabilitas, ob alicujus mutationem et stipulatio conditionis defectum. Promissio autem à Deo hic intelligitur mediator? Cyrill. Nazianz., Gregor. Nyssen., Adamus; intelligunt Moysen, quia, Deut. 3, dicit se sequentem fuisse medium inter Deum et populum, quia Christus non veteris Testamenti, sed novi mediator est, quomodo eum aperte nuncupat Apostolus, Heb. 8 et 12. *Lex per Moysen data est, gratia et veritas per Jesum Christum facta est*, Joan. 1.

VERS. 20. — Mediator autem unus non est, q. d.: Mediator, quævis dixi, Moyses, non est unus, sed duorum certorum et determinatorum, Dei scilicet et Hebræorum, non autem Christianorum (ad quos vel proximè spectat benedictio, id est, justitia et salus Abrahamæ promissæ) Moyses fuit mediator et interpres; Deus vero unus est, non duo. Itaque in hæc verbis vim arguunt non ponit Apostolus, nisi obligat et inchoat, sed tantum in his explicandis ludit per auiditiam, ut scilicet opponat mediatorum qui duorum est, Deo, qui unus est, in quo facit præcipuum vim.

Deus autem unus est, q. d.: Non sunt duo dii, quorum unus sit Deus legis et Judæorum, alior sit Deus Abrahamæ et Christianorum, sed unus est Deus Judæo-

solo facta. Deus vero unus et idem semper est et immutabilis; hinc promissionis firmitas stabilis, æterna, immutabilis.

Itaque ut hos duos versus 19 et 20 bene intelligas, nota quòd D. Paulus ita respondet questioni sibi factæ: *Quid igitur lex?* et etiam, occasione quasi per transennam accepta, ostendat legis et promissionis discrimina, hujusque supra legem excellentiam. Lex occasionaliter data, propter transgressionem.... ad tempus, donec veniret.... per angelos, Dei ministros, Moysæ, homine mediatore. Promissio facta principaliter, sine temporis limitatione, per Deum ipsam immediate, absolute, sine conditione, aut stipulatione. Hinc quid sequitur? Primò, quòd promissio multò perfectior sit et excellentior; secundo, quòd promissio sit immutabilis, æterna sicut Deus, promissionis auctor, est unus, semper idem, sibi constans et immutabilis. Deus unus et idem semper est; non timendum ergo ne promissionem abroget suam absolute et gratuito factam. Hæc de mundi salvatore promissio, ex Abrahamæ semine nascitur, fundatur in verbo Dei absolute et absque ullà conditione, aut stipulatione etc.: *Verbum autem Domini stabit in æternum*; ergo et hæc gratia Dei promissio. Hinc in Christo et per idem in Christum salus semper erit querenda. Tertio, è contra sequitur quòd lex erat mutabilis, abroganda, imò et abrogata. Lex erat occasionaliter, ad tempus, donec veniret Christus; Christus autem venit; ergo lex abrogata est. Christo præsentem, lex suo facta est officio; ne Judæos quidem nunc obligat, nullò minus gentiles. Quare ergo, 5 Galatæ, in illa et non in Christo solo justitiam quaeris?

VERS. 21. — LEX ERGO ADVERSUS PROMISSA DEI? Occurrit secunde objectioni ex primâ nascenti. Si lex transgressionem ostendit, arguit, coercet; ergo sibi usurpavit officium quod Deus Abrahamæ semini promisit: *In te benedixerunt....* ergo promissionem evacuat, estque illi contraria. Respondet primò, quòd non fuit contraria, quia non potuit vivificare, id est, vitam justitiæ internam dare, et jus ad æternam hereditatem, quod Deus fidei promisit: *Justus ex fide vivit*.

rum et Christianorum, idem auctor legis et Evangelii; unus ergo idemque Deus fecit Moysen mediatorem inter se et Hebræos; modo è revocato alium, puta Christum, fecit mediatorem inter se et Christianos omnium gentium, atque per Christum benedixit et justificavit omnes gentes, ut promiserat Abrahamæ.

VERS. 21. — Lex ergo adversus promissa Dei? Absit. Si lex promissioni adversa est, et quasi adversè videtur quòd sibi usurpavit officium vivificandi et justificandi homines, ut scilicet illud, quòd promissio confidebat, exequeretur, eoque fungeretur donec veniret Christus; sed quia sita est, ergo lex adversatur promissæ Dei; Deus enim hanc vivificationem et justificationem promisit fidei in Christum, non legi. Lex non potest vivificare, ergo non est contra Dei promissa, quæ vitam spiritalem promittunt dandum per Christum.

Si enim data esset lex, quæ posset vivificare, verè ex lege esset justitia. Si lex posset in nobis vitalis spiritus opera edere, sequeretur posse eandem nobis spiritum charitatis et gratiæ, ipsaque justitiam tribuere; nec enim operi spiritus esse exercere possunt sine iustitia, nisi nec opera vite sine anima.

VERS. 22. — SED CONCLUIT SCRIPTURA... Scriptura, id est, lex scripta, lex Mosaica. D. Chrysostomus, Theophylactus, D. Thomas, Gagnens. Concluit, id est, coarguit et coargutos continuit in metu, D. Chrysostomus.

OSTIA. Omnes homines, etiam Judæos.

Respondet secundo, quòd non tantum lex promissioni non fuit contraria, quin imò lex obsequium præstitit fidei, quia Judæis declarans se in peccatis involutos esse, eos quasi pedagogos ad Christum justitiæ fontem quasi manu ducere. Quoniam Judæi ne sentiebant quidem sua peccata, non sentientes autem nec desiderabant remissionem, dedit legem quæ proderet vulnera, quò medicum quærerent, ait D. Chrysostomus. Unde concludit idem D. Chrysostomus, quòd lex non solum contra Dei promissa data non fuit, sed pro promissis. Duo enim, inquit, commoda, præstitit: primam virtutem medioerem docuit eos; secundam, ipsis peccati cognitionem dedit, quæ illos promptos redderet ad quærendum Dei Filium. Idem fermè dixit Ambrosius, hæc eadem explicat verba, sed conclusit Scriptura. Hoc dicit Paulus: Quia lex ad hoc data est, ut peccatores reos se scirent apud Deum; manifestatis enim peccatis suis, conclusi sunt ut se excusare non possent, sed quærerent misericordiam, ut veniens qui promissus erat Abraham fidei solam ab eis peteret, quam habuit Abraham, ut et malorum suorum veniam et justificationem mererentur, hæcque Ambrosius.

Aditio cum quædam immutatione.

VERS. 21. — LEX ERGO ADVERSUS PROMISSA DEI? Semper dubitari ad quid referatur illud ergo; an ad objectionem proximè præcedentem, ut suppositi in paraphrasi et in commentario quem modo feci, plerisque secutus, an ad id quod superius dictum est v. 10: *Lex maledixit, Christus eximit à legis maledicto, et benedixit*; et ita sensit D. Chrysostomus; an ad v. 18: *Si ex lege hereditas, jam non ex promissione*, et ita D. Anselmus; an verò, quòd mihi semper visum est probabiliss, nova sit objectio, vel facta generatim contra doctrinam jam multoties traditam, scilicet, quòd fides legem abrogavit, vel facta specialim contra id quod v. 19, dictum est: *Lex postea est, donec veniret semen*.

Itaque probabiliss puto quòd hic ab Apostolo queritur, an idem lex et promissio non stant simul, quia sibi invicem contrarie. Cui interrogationi statim respondet: Absit, non sunt contrarie, nec idem una

VERS. 22. — Sed lex legem non est justitia, quia concludit, id est, declaravit, et sententia sua iustitiam pronuntiavit Scriptura, omnia, id est, omnes concludi sub peccato. hoc est, omnes esse peccatores, peccati reos, peccato obnoxios. Pro omnia dicit omnia. Ut promissio ex fide Lex Christi daretur credentibus, id est, ut promissa justitiæ hereditas per fidem Jesu Christi daretur credentibus in eum, dum scilicet in lege nullam invenientes peccati medellam, ad Christum confugiunt, qui est semen illud in quo data sunt promissiones.

VERS. 25. — Prius autem quam veniret fides, sub lege custodiebamur conclusi, quasi servi in disciplina,

S. S. XXIV.

adveniente, cessat altera, sed idem cessat lex adveniente Christo, quia tunc lex inutilis, utpote que nec vim habet vivificandi, nec quid amplius significat.

SE ENIM DATA ESSET LEX, quæ vim habuisset justificandi, verè et realiter ex illà lege adhuc esset justitia, si potuisset, adhuc et posset. Nunquam autem id potuit lex scripta.

VERS. 22. — SED CONCLUIT SCRIPTURA... Sed omnes homines conclusit sub peccato, et peccatis involutos declaravit, ut notà sua et legis impotentia, juxta promissionem Abraham factam, justitiam quærentem ex fide in Jesum Christum. Tantum abest ergo ut lex promissioni sit contraria, quin imò lex obsequium præstitit fidei, quia Judæis declarans se in peccatis involutos esse, eos quasi pedagogos ad Christum justitiæ fontem quasi manu duxit.

VERS. 25. — PRIUS AUTEM QUAM VENIRET FIDES.... id est, ante adventum Christi, seu ante legem evangelicam à Christo prædicatam.

SED LEGE CUSTODIEBAMUR CONCLUSI... Syr.: *Lex custodiebat nos conclusos in eam fidem....* Assignat et aliud obsequium quòd lex præstitit fidei, seu magnam quam Judæi ex lege traxerunt utilitatem. Lex enim timore, velut muro quodam, continens illos, se secundum ipsam vivendi necessitatem constrinxit, reservat illos fidei, D. Chrysostomus. *Custodiebamur et conclusi*, significat tutelam ex legis præceptis adhibitam, idem. Lex eis magnam præbebat securitatem, à pluribus peccatis cohibens, ac veluti murus quispiam existens, concludens homines, colligensque ad finem, ait Theophylactus. Similiter et Ambrosius: *Prius enim quam*, id est, antequam veniret Salvator, sub legis custodia agebamus, ne peccaremus, ut veniente promissione digni essemus.

VERS. 24. — ITAQUE LEX PEDAGOGUS IN CHRISTO, GRÆC., in sen ad Christum. Syr.: *ad Christum*, id est, fuit nobis instar pedagogi metu poenæ puerum coercens et ad præceptorem ducens. Pedagogs dicitur is qui puero datur dux et custos, qui puerum regat, à vitulis coercet, primisque inibat elementis, donec ad præceptorem ducatur insubstantem. Sicut autem præceptor non adversatur pedagogo, sed illum adjutat, arcens adolescentem ab omni vitio, illumque reddens idoneum percipiendum quæ tradit præceptor, ita lex promissioni non contraria fuit, imò ad illam percipiendam præparavit, ex D. Chrysostomo.

in custodia et carcere onerosæ legis, quæ suis poenis quasi cancellis et seclis nos à peccato continebat et coercerat, in eam fidem quæ restitudo erat, ut scilicet per legis reprehensionem, minus et ostensionem peccatorum forenaremur, prepararemur, aspiraremur ad fidem, libertatem et justitiam, per Christum dandam, ita Anselmus et Theophr.

22. Et omnia non visibilia tantum, sed et invisibilia subiecti sub pedibus ejus, ipsaque dedit caput

supra omnem Ecclesiam, sive angelicam, sive humanam, sive gentium, sive Judaeorum, sive militan-tem, sive triumphantem.

COMMENTARIA.

VERS. 1. — PAULUS, APOSTOLUS JESU CHRISTI, PER VOLUNTATEM... Hoc saepe repetit in suis Epistolis; 1 Cor. 1, 1; 2 Cor. 1, 1; Coloss. 1, 1, etc. Et merito, quia non potest nimis frequenter inculcari fideli-um mentibus, quod Dei voluntate et vocatione debeat quis fieri Christi minister, sive ad disignum verbi predicationem, sive ad alta ecclesiastica munia. Consulat itaque et, supra se reflectens, observet quilibet Christi minister quomodo et quo animo in ministerium ingressus sit, ut penitentia reparet quod vocatione de-fuisse deprehenderit.

OMNIBUS SANCTIS... Idem titulus frequenter a D. Paulo Christianis datur; 1 Cor. 1, 2; 2 Cor. 1, 1, etc., et etiam merito: nec enim potest solis repeti Christianis, quod ad sanctitatem vocati sunt, et ideo facti sunt Christiani ut sint sancti. Ad hoc ergo saepe reflectat quilibet Christianus, et animadvertat quomodo vocationi suae respondeat. Professione et vocatione sanctus sum: an moribus et vita? In Baptismo factus sum per Christi gratiam sanctus et immaculatus: ubi nunc mea sanctitas? Pudeat ipsum suae vitae secularis et profanae, ac tandem incipiat ad sanctitatem aspirare.

VERS. 2. — GRATIA ET PAX... Hoc et frequenter opat fidelibus. Rom. 1, 7; 1 Cor. 1, 3; 2 Cor. 1, 2; Galat. 1, 5. Hocque nos docet gratiam et pacem a Deo per Christum frequenter petere pro nobis et pro aliis. Per gratiam intellige omnem donum ad vitam aeternam conferens; per pacem vero, firmam et tranquillam donorum spiritualium possessionem.

VERS. 3. — BENEDEICTUS DEUS ET PATER... QUI BENEDEKIT... Eodem verbo, in diverso tamen sensu, hic in eadem phrasi utitur Apostolus, quod etiam alibi non raro. *Εὐλογεῖτε τὸν θεόν, benedictus sit Deus.* Deinde *ὁ εὐλογεῖσθε, qui benedixit.* *Εὐλογεῖτε*, in primo significat laudare; in secundo significat benefacere. Citatur tamen ad utrumque D. Paulus, quia utrumque et laudare, et benefacere, a bona voluntate et animo benigno profiscitur. Benedicimus ergo Deum, cum illum pro beneficiis collatis laudamus; nos benedicit Deus, cum beneficiis afficit; quippe Dei benedicere, est benefacere; in quo maxime differt ab inefficacibus, et saepe mendacibus hominum benedictionibus.

DEUS ET PATER DOMINI NOSTRI JESU CHRISTI. Aliqui intelligunt: *Benedictus sit Deus noster, et Pater Domini nostri Jesu Christi*; sed melius ut verba sonant, sicut ipse Christus Dominus dixit: *Ascendo ad Deum meum et ad Patrem meum.*

VERS. 1. — PAULUS, APOSTOLUS JESU CHRISTI PER VOLUNTATEM DEI, etc. Id est, voluntate et jussu Dei, non meis meritis ad apostolatum Jesu Christi vocatus et assumptus.

VERS. 2. — GRATIA VOBIS ET PAX, etc.; solummodo multiplicatur.

VERS. 3. — *Benedictus Deus et Pater Domini nostri Jesu Christi, qui benedixit nos in omni benedictione spirituali.* Spiritualis, id est, ad vitam spiritualem

37. Quae Ecclesia est mysticum ipsius corpus, et illius complementum, qui quoad omnia in omnibus adimpletur.

COMMENTARIA.

IN OMNI BENEDECTIONE. Hebraismus est, in redundat; Syr., *omnibus benedictionibus, etc. SPIRITUALI.* Tacite indicat Apostolus discrimen benedictionum, seu beneficiorum per Christum nobis collatorum, et beneficiorum Judaeis a Deo concessorum. Judaeis Deus terrena promisit; Christianis vero caelestia; Judaeis carnalia dedit, nobis spiritualia.

IN CAELESTIBUS. Graec., in *supercaelestibus.* Potest ad Deum referri, quasi nos benedixerit in caelestibus existens; sed melius ad nos referri; scilicet benedixit nos in caelestibus donis, per quae ad caelestia loca perveniamus.

IN CHRISTO, id est, per Christum. Aliqui intelligunt in Christianismo; Graec., *Christo, sicut in*; sed male et corrupte. Hujus ergo tertii versus sensus est: Laudamus Deum et Patrem Domini nostri Jesu Christi, qui nobis unigenitum Filium suum donando Mediatorem, et nos per Baptismum divino laice Mediatori uniendo, omni nos benedictione cumulavit; non corporali, ut Judaeis, sed spirituali; non terrena, et in terra Chanaan adimplenda; sed caelesti, et in caelis consummandam, cum dicit: *Venite, benedicti, etc.* Per spirituale ergo benedictionem, intellige omnia dona ad spirituale vitam conferenda, de quibus jam accurus est, et quorum consummatio fiet cum felix et aeterna nobis dabitur benedictio: *Venite, benedicti, etc.*

Observationes morales.

Ex quo discit primo quantum distat novum Testamentum a veteri; non longius distat caelum a terra: In veteri Deus corporalia promittit, terrena dabit, terram fluentem lac et mel: lege Levitici cap. 26; Deuter. 7, 13; Deuter. 24, 28; nihil nisi terrenum Judaeis promittit videbis. In novo spiritualia dat, caelestia promittit: lege totum novum Testamentum; nullibi terra et terrena promittuntur, ubique caelum et caelestia. Lege Matth. 5, v. 5, 4, 5, 6, 7, 8, 9, 10; *Beati pauperes, etc., quoniam ipsorum est regnum caelorum, etc.* lege Joan. 14, 25: *Qui diligit me, servitium meum, etc.; quod cum servitium a ministerio opus sum faciemus.* Ecce ubique spiritualis merces et promissio. Imo Christus discipulis suis praedixit pressuras et afflictiones; Joan. 16, 20: *Plorabit et fletabit vos, etc.* 16, 55: *In mundo pressuram habebitis.*

Hinc et discit secundo quis sit Christianismi spiritus; nimirum carnalia et terrena despiciere, spiritualia et caelestia diligere, a carnalibus continue abstrahi, ut spiritualia abundantius possideantur. Sicut Christus carnalia et terrena constantur desepit, spiritalia pertulit. *Benedictionem spiritualem* velut novo Testamento propriam, opponit benedictioni terrena quam promittit velut Testamentum. In caelestibus. Quingies in hac Epistola legitur, in caelestibus, nec usquam alibi. Hic sane, quod ait, in caelestibus, connotandum videtur cum eo quod proxime praecedit, et hinc sensum habere: quia benedictionem spiritualem provehimur ad caelestia, ubi caput nostrum Christus

ritualia et coelestia dilexit ardenter, ita Christianus terrena contemnat, coelestia perpetuo diligit, ad divina semper aspiat. Denique ex eo quod in Christo Deus nos benedixit, disce quod Christus sit medium in quo et per quod omnis ad nos divina benedictio devenit; omne porro spirituale donum nobis per Christum et propter Christum confertur. Ex quo et collige quod Christus sit medium per quod ad Deum perveniat omnis laus, benedictio et gratiarum actio nostra. Sicut in ipso et propter ipsum à Deo benedicimus, et omnia nobis spiritualia bona donantur, sic in ipso et per ipsum et cum ipso Deum benedicimus, laudemus, Deo gratias agimus, Deo nos et omnia nostra grati offerimus. Sicut sine Christo Deus nobis nihil confert, ita sine Christo Deus à nobis nihil recipit; per Christum ergo et petamus sive petiti reddamus, Christo atque continue debemus adhaerere, sive petiri, sive redditori.

VERS. 4.—SICUT ELEGIT NOS... Hoc sicut ponderandum est; hic enim ponderis habet plurimum. Paulus praecipuus quas in tempore ob Christum recipimus benedictiones enumeraturus, ascendit ipse et nos simul secum attulit ad omnium benedictionum fontem, aeternam scilicet nostram à Deo electionem. Sicut elegit nos, id est, benedixit nos in tempore, sicut elegit nos in aeternitate. Hoc igitur sicut duplex indicat benedictionum genus, aeternam et temporalem; seu potius easdem benedictiones in duplici statu nobis exhiberi, in aeternitate scilicet, et in tempore; seu in decreto et in actu, quasi diceret: Primum benedictio et omnium benedictionum fons et origo est aeterna nostra à Deo electio in Christo. Per quam enim nos Deus benedixit in tempore, per hanc et prius nos elegit in aeternitate, et sicut nos prius elegit, ita et benedixit. *Elegit nos in ipso*, id est, Christo, seu intuitu meritum Christi.

ANTE MUNDI CONSTITUTIONEM. Graec.: *ἔμπροσθεν τῆς καταστάσεως τοῦ κόσμου*. Est facti in fundamentorum. Per similitudinem loquitur de mundi creatione, sicut de domus edificatione. Significat igitur: Ante facta mundi fundamenta, ante creationem mundi ab aeterno. Et haec locutione D. Paulus duo simul conicit. Primum refutat philosophos Ephesios, qui mundum putabant aeternum; aut saltem materiam, ex qua omnia, dicebant Deo coaeterna. Ulrumque negat

ad dexteram Dei constitutus est, etc. In Christo, id est, per Christum nobis à Deo confertur quicquid habemus donorum spiritualium.

VERS. 5.—SICUT ELEGIT NOS IN IPSO ANTE MUNDI CONSTITUTIONEM. id est, ante mundi constitutionem, id est, secundum hanc phrasin significari debet, eo quod ante mundi constitutionem nihil fuerit nisi quod aeternum est. Jam ex eo quod ait, *elegit nos in ipso*, bene prolatum huius electionem seu praedestinationem nostram se totius Ecclesiae esse per Christi meritum. *Ut essentus sancti*; q. d.: Elegit nos, ut essentus sancti, id est, puri, casti, immacu-

asserens: Ante factorem mundi fundamentorum, id est, ante quamlibet creationem sui mundi, seu materiam, ex qua ferret, antequam quidquam existere. Secundo, ostendit infinitam Dei creatoris à creaturâ distantiam. *Καθαροὶ* appellat, seu directionem, tanquam à magnâ quâdam altitudine deiectionum mundum ostendens, ait D. Chrysostomus; quia infinita Dei à creaturâ distantia, non loco, sed naturâ, ut idem explicat.

UT ESSEMUS SANCTI. Ecce quod tendit haec aeterna electio nostra, ut sancti simus verâ et internâ sanctitatem; per gratiam sanctificantem, et ut sancti vivamus per fidem ex dilectione bonum operantem.

ET IMMACULATI. Graec., *inculpati*, irreprensibiles, sine crimine: remissis prius peccatis nostris in Baptismo, deinde inculpate viventes per eandem fidem malum quodlibet fugientem.

IN CONSPECTU EUS. Sancti, inquam, et immenlati, non solum coram hominibus, qui externa tantum et apparentia vident, sed et coram Deo ipso, qui cor intuetur.

IN CHARITATE, quae sola haec duo praestat, estque omnis lex, et perfectionis vinculum. Haec verba, in charitate, aliqui referunt ad praecedentia, *elegit nos in charitate*. D. Chrysostomus et Theodoretus ad sequentia: *Qui in charitate praedestinavit nos*, quibus conformis est Syrus dicens: *Per charitatem praeparavit nos sibi*, etc. Sed naturalior videtur sensus supra-dictus: Ab aeterno elegit nos ut coram ipso verâ sancti simus et inculpati per gratiam et charitatem, et ut illi serviamus in charitate, seu ex amore, ut filii, non ex timore poenae, ut servi.

Et haec est prima benedictio, quam à Deo ob Christum recipimus ab aeterno, seu considerata in Dei decreto. At quia, ut ait Apostolus, nos actu et de facto Deus benedixit in tempore, sicut elegit in aeternitate, seu in decreto; pato quod ad plenam Pauline mentis intelligentiam debeat hic subandiri: Sicut ab aeterno elegit nos in Christo, ut simus sancti et immaculati, etc., ita in tempore, per Baptismum, reverâ nos sanctos fecit per gratiam nobis infusam, et immaculatos per omnium peccatorum remissionem, idque verè et coram Deo, per charitatem, quae simul cum gratiâ diffusâ est in cordibus nostris, et sanctè et inculpabiliter viventes illi serviamus ex amore, ut filii charissimi.

Docet Apostolus Deum nos elegisse non ex prava sanctitate usque gratiae, sed ut *essentus sancti*. Et gratiâ bene uteremur, et sanctificemur. Unde ait nos praedestinatos secundum benedictionem, non nostram, sed Dei, usque à Deo, non ex praesentibus futuræ bonitatis, sed sorte vocatos esse. Loquitur ergo de prinâ gratiâ, cuiusque docet purè et gratis dari à Deo. *Et immaculati in conspectu eius*, id est, inculpati, irreprensibiles; q. d.: Ut essemus omnino sancti et puri. Ita sanctè, integrè ac p. r. r. e. c. t. e. omnia nostra opera facere debemus, quasi memores in conspectu Dei nos ea facere, ut Deus eorum inspector nihil in eis inveniat quod iudicet et damnet. *In charitate*; q. d.: Elegit nos Deus ut in sanctitate sine macula et culpa serviamus illi, non ex timore poenae, sed ex charitate et liberali amore, et amor Dei sanctam faciat nostram conversationem.

VERS. 5.—QUI PRAEDESTINAVIT NOS... Graec.: *Προϋποθέτων* nos in filiorum adoptionem, *καρπίων*, quod tamen praeterit temporis est. Sensus ergo: Qui praedestinavit, seu decrevit etiam ab aeterno, ut essent filii adoptivi. Si genus verbi mutari poterat, ait Erasmus, dixisset, elegit nos praedestinatos, seu praefatos, etc.

Altero ille est beneficio aeterno, seu potius eadem ac prima, sed diversis vocibus expressa. Eligi enim ad sanctitatem, et praedestinari ad filiorum adoptionem, unum et idem est, quandoquidem quilibet sanctus et Dei filius adoptivus est. Sanctitas, amicitia Dei, filiatio divina, charitatis sunt indivisib. annexae. Deus itaque nos ad sanctitatem eligens, et nos eligi ad amicitiam, ad filiationem divinam ad hereditatem. Haec igitur omnia involvit aeterna electio Dei, licet una. Diversis tamen vocibus et loquendi modis ea nobis significat Apostolus, ut clarior et distinctior explicet, mentibus nostris illa intimis inculcet, et ut ad illa grati reflectamus attentius. *Qui praedestinavit nos...* id est, idem Deus ab aeterno praefavit, praedestinavit, decrevit.

IN ADOPTIONEM FILIORUM, id est, ut essemus ejus adoptivi filii. Graec. *καρπίων*. Syr.: *Adoptavit nos filios*. Per JESUM CHRISTUM, id est, per et propter merita Jesu Christi, Filii sui naturalis.

IN IPSE, Graec., *αὐτὸς ὁ θεός*, in sese, se et suam gloriam spectans; seu sibi: id est, decrevit nos sibi facere filios, etc. Ecce quisi secundam benedictionem nobis ab aeterno ob Christum à Deo collatam: seu in decreto consideratam. Et quia, ut dictum est in versu praecedenti, beneficio temporalis aeternae benedictioni respondet, benedixit in tempore sicut elegit in aeternitate.

Pato quod et hic ad plenam apostolice mentis intelligentiam subandiri debeat, quod reverè per Sacramento regenerationis in Ephesios effectum supponit Apostolus, scilicet, quod de facto per gratiam sanctificantem, et Spiritus sancti infusionem, facti sunt adoptivi filii Dei, heredes Dei, coheredes Christi. Estque sequenda benedictio temporalis. Primum fecit sanctos; secundo, filios Dei.

SECUNDUM PROPOSITUM VOLUNTATIS SUAE. Graec.: *κατὰ τὸ πρόθετον θέλημα αὐτοῦ*. Syr.: *Ut placuit voluntati ipsius*. Quasi diceret: Quia ita illi bene visum est: Deus beneficiorum suorum rationem nemini debet.

VERS. 6.—IN LAUDEM GLORIAE GRATIAE SUAE. Syr.: *Ubi celebratur laus gratiae eius*. Ecco finis ultimus nostrae electionis et praedestinationis ad gratiam et filiationem divinam: Laus et gloria Dei, ut ei pro tanto

VERS. 5.—QUI PRAEDESTINAVIT NOS IN ADOPTIONEM FILIORUM PER JESUM CHRISTUM IN IPSE, id est, in gloriam Christi; q. d.: Curis gloria finis est nostrae praedestinationis.

Secundum propositum voluntatis suae, hoc est, beneficium et consilium Dei, liberale scilicet Dei decretum. Dicit ergo Apostolus Deum nos praedestinasse sibi in filios adoptivos, non ullis meritis nostris provocatum, sed ex mere benepacito suae voluntatis.

beneficio laus et gloria reddatur ab angelis et ab hominibus.

IN QUA GRATIFICAVIT NOS... id est, quâ gratiâ nos fecit sibi gratos et amabiles. Et est altera benedictio, quam in Christo recipimus: ex filiis ira et inimicis, facti sumus filii charissimi, amabiles, amici.

Hoc bene D. Chrysostomus explicat. Quâ gratiâ, inquit, non solum à peccatis liberavit, sed etiam nos fecit sibi gratos et amabiles. Quomodo si quis quempiam senbiosum, peste ac morbo, senioque confectum et perditum, statim formosum fecerit, juvenem, omnes pulchritudine vincenem, etc.; deinde eum in juvenis flore constitutum, purpurâ induerit, et ei diadema imposuerit et omni ornatu ornarit. Ita animam nostram instruxit et ornavit, pulcherrimque fecit, desiderabilem et amabilem, D. Chrysostomus luensque.

IN BILETO FILIO SVO. Graec., in dilecto. Syr., per dilectum suam. Christus est dilectus per excellentiam, ob quem Deus alios diligit, sine quo nemo exterorum diligitur. In ipso et propter ipsum Deus nos diligit et omni gratiâ cumulât. Hinc Christo semper, in quocumque statu, nobis adhaerendum, et omnia per ipsum quaeunque petenda, speranda, expectanda.

Multiplex et varia in versus praecedentes occurrunt observatio faciendâ, tum dogmatica, tum moralis.

Prima observatio dogmatica.

Elegit nos ut essemus sancti; et non quia sumus, aut futuri sumus, sed ut simus. Ergo non ex nostris meritis, aut actualibus, aut praevisis, sed ex purâ Dei misericordiâ ob Christi Filii sui merita.

Secunda observatio dogmatica.

Elegit nos ut simus sancti; et tamen de facto multi sic ad sanctitatem in Christianismo electi et vocati, non sunt sancti: imò multi Ephesiorum, quos sic electos vocat Apostolus, non fuerant sancti. Ergo haec electio nostra non est absoluta, sed conditionata; nimirum, si velimus consentire, et cooperari gratiâ Dei. Absoluta quidem est ex parte Dei, qui ob hanc electionem dat gratias nobis necessarias, ut simus sancti; sed semper supponit nostram liberam gratiâ cooperationem.

Tertia observatio dogmatica.

Elegit nos ut essemus sancti... praedestinavit nos in adoptionem filiorum. Ecce quod tendit et electio et praedestinatio, de quâ hic agit D. Paulus, seu finis proximus electionis nostrae: utraque tendit ad sanctitatem, ad filiationem per gratiam; neutra ad gloriam immediatè. Hoc ex ipsismet Apostoli verbis patet. Hoc etiam patet ex Epistolae inscriptione, quae est

Nam, ut adnotat Thomas, causa praedestinationis nostrae est purus amor et voluntas Dei, etc.

VERS. 6.—IN LAUDEM GLORIAE GRATIAE SUAE; q. d.: Qui praedestinavit nos ad tantam dignitatem, idque eo tunc ut ipse laudetur et glorificetur in tanto beneficio gratiâ nobis collato; laudetur, inquam, et glorificetur, non tantum à nobis tam iuge t. beneficio affectis, verum etiam ab angelis cupentibus gloriam in excelsis Deo.

sanctis et fidelibus, non vero ad gloriam electis. Hoc denique patet ex toto Epistolae contextu; in qua D. Paulus Ephesios vocat electos et predestinatos. Quis autem asserat ex Ephesius nullum fuisse damnatum? Quis potest quod Apostolus omnes Ephesios voluerit de sua perseverantia, et consequenter de sua salute certos et securos reddere, eorumque futuram gloriam omnibus publicè revelare?

D. Itaque Paulus hic non agit de questionibus in schola nunc agitis: de his tunc non cogitabatur quidem; sed agit de gratia electionis, predestinationis, et vocationis ad gratiam, ad sanctitatem, ad Christianitatem. Et hoc mones; quia vides perisopie scholasticis disputationibus preventos, statim ac electionis atque predestinationis nomina legisti, ea suis ideis adaptate, et propterea Scripturam torquerè. Ne tale quid tibi contingat, à presentibus questionibus abstrahere; ad ea de quibus tunc ageretur advertere. Scio equidem et fateor quod D. Paulus agens de electione et predestinatione ad gratiam, consequenter agit de electione et predestinatione ad gloriam, quantenus quos ad gratiam christianismi predestinat et vocat Deus, non alium ad finem destinat quam ad gloriam; sed citam scio quod non est necesse utrumque eodem modo disponi et ordinari, ita ut ad gloriam et ad gratiam una sit perveniendi ratio. Quod tamen multi harum questionum disputatores videntur quasi concessum supponere. Quidquid sit, hæc in utraque parte scholasticis reliquid disputanda; ego apostolico textui inhærens, assero de his Apostolum hic non agere.

Observatio moralis.

Benedixit nos... elegit nos et sancti... predestinavit nos in adoptionem... Ergo me humiliorum, me nihilum, Deus ab æterno cogitavit, dilexit, ex amore elegit inter tot et tot hominum, myriades? O bonitas immensa, o charitas infanda! sed me cogitavit, dilexit, elegit, ut per gratiam Christi sim sanctus, adoptivus Dei filius, illi, velut Patri, sanctè et immaculatè serviam in spiritu charitatis, tanquam filius et hæres. Quantus honor, quanta mihi felicitas! An, quid majus Deus ipso poterat cogitare, velle, facere mihi? Gratias igitur immensas Deo pro hæc sua mei benignissima electione, predestinatione et vocatione. At tanta Dei charitati quomodo beneque respondi? An sanctus et immaculatus? An diligo te filius? An ex amore Deo, ut Patri, sanctè et immaculatè servio? Heu! proh dolor! vix mihi filio relict! At veniam

In qua, gratia, gratificasti me in dilecto Filio tuo. Sensus: Per quod gratia beneficii non sibi vehementer curam et acceptos reddidit, propter meritum eius, quom in Filium suum naturaliter singulariter dilexit.

Vers. 7. — In quo habemus redemptionem, per sanguinem eius, id est, per quem dilectum redempti sumus à captivitate peccati, mortis ac diaboli, dato pro nobis in cruce pretio sanguinis ipsius. Preterea nostrum Apostolus declarat esse sanguinem dilecti, id est, Filii Dei.

Remissionem peccatorum; q. d.: Habemus redemptionem quæ est remissio peccatorum. Secundum divinitas gratie eius. Hæc fecit nobis Deus juxta divinitas

concedere, misericordissime Deus, peccatori poenitenti, et suis inidelibus delenti. Et quia benedixit in tempore, sicut elegisti in æternitate, benedicte et benefice, gratiam tribuens te diligendi, tibi que ex amore serviendi. Ad hoc electus, predestinatus sum ab æterno; ad hoc factus in tempore, ad hoc vocatus in regeneratione. Hoc ergo ut adimpleam, infunde tuam cordi meo charitatem; diligan te, o Deus cordis mei, diligan te, tibi que ut filius ex amore serviam!

*Vers. 7. — IN QUO HABEMUS REDEMPTIONEM... Retrocedere videtur Apostolus, ait D. Chrysostomus, postquam enim de electione ad sanctitatem et de predestinatione ad adoptionem locutus est, de peccatorum remissione loquitur. Sed è contra à parvis ascendit ad magna; nihil enim aequè magnum est alique Dei sanguinem pro nobis effusum esse; et filiorum adoptione et ceteris donis hoc est majus, quod ne Filio quidem pepercerit, idem D. Chrysostomus. Remissio itaque peccatorum vocatur *Redemptio*, quia magno pretioempta; pretio nimirum totius sanguinis Jesu Christi, unigeniti Filii Dei. Hinc etiam dicitur quod hæc *redemptio* fit *SECUNDUM DIVINITAS GRATIÆ*; id est, pro abundantia Dei bonitatis. Que enim major et abundantior excogitari potest bonitas, quam illa qua Deus nullo indignis hominibus ingratos et à se aversos ipse quærat, et vocet ut illos sibi reconleat, itaque per sanguinem unigeniti et unice dilecti Filii sui. Hæc attonde et serio perpende; et videns quantum te Deus diligit, taliter amantem redama et glorifica. *Empit esse pretio magno*: sanguine Christi, quem effudit in pretium et lytrum, ut nos redimeret. Tanto itaque pretio captus, ama Deum, glorifica redemptorem. Sed et hinc collige, quod si pro nobis peccatoribus et consequenter hostibus suis, Deus Filium suum dedit in mortem, quid non faciet pro nobis Deo per gratiam reconciliatis?*

*Vers. 8. — QUÆ SUPERABUNDAVIT IN NOBIS, id est, quo gratia abundavit quidem et abundat in omnibus Christianis, ut in nobis præsertim apostolis et aliis quibusdam Spiritus primitias habentibus *superabundavit*: copiosius in nos à Deo effusa est gratia.*

IN OMNI SAPIENTIA ET PRUDENTIA, quæ est omni sapientia et prudentia replevit. Sapientia est rerum divinarum cognitio; prudentia vero moralium, seu agendorum. Apostolis autem, Ecclesiarum fundatoribus, Deus perfectiorem divinarum mysteriorum cognitionem dedit et intelligentiam, ut alios instrueret in fide. Dedit et majorem prudentiam, ut Ecclesiarum gratie suæ, id est, pro copiosa et profusa erga nos beneficiis sua.

Vers. 8. — QUÆ (scilicet gratia) superabundavit in vobis (abundè in nos à Deo effusa est, in) id est, cum omni sapientia et prudentia. Sapientiam intelligit christianam, quæ summa est, idem scilicet Dei trinit et unius, aliorumque divinarum mysteriorum, quibus iustitiam et salvari debemus: maxime autem intelligenti fidem Christi redemptoris. Nota: Gratia copiam significat per divitias, et per abundantiam effudit.

Vers. 9. — Ut notum faceret nobis sacramentum voluntatis suæ. Deus summam sapientiam et prudentiam suam notum fecit nobis arcanum suæ voluntatis, id est, electio in hujus mysterii revelatione admirabilis

sanctis regerent et de omnibus in regno Dei agendis securis providerent. Hæc autem Apostolus de se et aliis apostolis apud Ephesios liberè prædicat, quia Ephesi plurimi erant philosophi qui se solos sapientes dicebant, quos hic refutat Apostolus, simulque suam apud Ephesios auctoritatem ponderat, ut efficacius persuadeat, ait D. Anselmus.

Vers. 9. — UT NOTUM FACERET... Quo gratia copiosè effusa est super nos apostolos quos et sapientia sublimi et prudentia celesti Deus ideo replevit, ut nobis notum faceret sacram voluntatis suæ secretum, quæ ab æterno decreverat non Judæos tantum, sed universum mundum redimere.

SECUNDUM BENEPLACITUM EIUS. Græcè, ἀρμή, idque pro bonâ voluntate suâ, seu bono affectu, quia ita illi bene visum fuit. Hoc summam notat Dei bonitatem et libertatem, et nullum ex nostrâ parte meritum.

*QUOD PROPOSUIT IN EO, supple Christo, id est, quod beneplacitum, mundum scilicet universum redimendi, Deus proposuit per Filium suum exsequi. Patet ex Græco quod refertur ad *beneplacitum*, seu *voluntatem*, et, quem hominum affectum. Sed unius accessus variatio facit alium sensum in Græco, quam in Vulgata. *Quod proposuit, è ἀρμή, cum spiritu aspero, ut hodie legunt Græci: in se, in semetipso, significatque: Quam bonam voluntatem intra se reconleat Deus. È ἀρμή, cum spiritu leni, in eo, scilicet Christo. Et hæc nostra lectio videtur apostolica menti conformior, quæ hæc nihil nisi Christum spirat, ait Cornelius à Lapide, et patet ex præcedentibus versibus. Est et aliud in Græco discrimen notandum. *Ut notum faceret. Græcè, ὡσαύτως, aoristus participii, notum faciens, ait D. Hieronymus, sen cum notum fecit, est enim preteritum temporis. . . Et patet nobis arcanum voluntatis, etc. Arab.: Significatio nobis mysterio.***

*Juxta quos, sensus est: Quæ gratia copiosè effusa est super nos apostolos, neque sapientia et prudentia celesti replevit, cum notum fecit nobis arcanum voluntatis divina mysterium. Secundum beneplacitum suum; mysterium, inquam, in liberrimo Dei beneplacito fundatum. *Quod proposuit in se, et quod beneplacitum Deus ab æterno intra se reconleat servaverat. Hoc divini voluntatis mysterium, est Dei voluntas de divini Verbi incarnatione; quam voluntatem vel sententiam, vel figuram tenebris, sic involerat, ut non hominibus tantum, sed et angelis ipsis fuerit incognita. Vide cap. 5, v. 5, 8, 9, 10. Hoc enim mysterium est, quod plenum est omni sapientia et prudentia, ait D. Chrysostomus; sui ergo revelatione replet sapientia et prudentia.**

Dei sapientia et prudentia. Secundum beneplacitum eius, quod (scilicet sacramentum) proposuit, statuit, decrevit exequi, supple et implere, in eo, dilecto scilicet Filio suo.

Vers. 10. — In dispensatione plenitudinis temporum; q. d.: Cum dispensata, id est, erogata, expensa, evoluta esset plenitudo temporum, id est, plenum esset omne illud tempus, quod ex Dei ordinatione præcurrere debebat Christianis: sic Christum dicit missum in plenitudine temporis, id est, impleto tempore, quod Pater ab æterno incarnationi ejus præfuderat

*Vers. 10. — IN DISPENSATIONE PLENITUDINIS TEMPORUM... Id autem quod Deus ab æterno liberrimo voluit, et intra se absconditum reconleat, et quod tandem nobis revelare dignatus fuit, est quod, cum tempus à se ordinatum adveniret, omnia, tum que in cælis, tum que in terris sunt, recapitularet in Christo. In Christo, inquam, et non in alio; ipsa enim unum est caput angelorum et hominum, Judæorum et gentium. *In dispensatione, id est, completis temporibus et dispensatis, seu ordinatis, seu completo tempore à se præfinito.**

*INSTAURARE, id est, renovare. Græcè, ἀνακατασκευάζειν, recapitulare; colligere. Syr., renovare. Arab., perficere. Per explicationem verbi Græci, omnes versiones explicabuntur. *À κατασκευάζειν, recapitulare, hoc fit propriè, cum res, argentum numeratum colligitur in summam. Summa rei, caput rei, idem valent. Hoc fit per similitudinem, cum orator, multa que profuse dixit, colligit in summam, seu compendiosè dicit; hoc enim recapitulatio dicitur; item cum dispersos milites dux in unum agrum cogit. Hæc autem, recapitulare propriè significat quod Deus in Christo et per Christum angelos et homines, non tantum naturâ, sed et loco et gratiâ disitis, Judæos et gentiles, prius religione diversos, colligit in unum, Christum scilicet dando caput supra omnem Ecclesiam. Omnis potestas data est mihi in cælo et in terrâ. Hæc autem in Christo et per Christum recapitulatio instaurata sunt, renovata sunt, perfecta et reparata sunt.**

OMNIA QUÆ IN CÆLIS, ET QUÆ IN TERRIS. Instaurata quæ in cælis, quia angelorum rubra reparantur ex hominibus. Instaurata quæ in terris, quia sedentibus in tenebris et in umbra mortis, lux et vita orta est eis. Nive, ut ait sanctus Anselmus, instaurantur quæ in cælis sunt, dum illic humiliati homines redeunt in apostatæ angeli superbiendo ceciderunt. Instaurantur quæ in terris sunt, dum peccatores ad justitiam convertuntur. Hæc eadem recapitulatio, nunc cælum et terra eandem faciunt Dei domum; ejus una pars superior, altera inferior. Nunc angeli et homines unam Dei familiam componunt; cujus caput Christus, Christi autem caput Deus. Nunc angeli fratres nostri sunt ob Christum patrem et caput nostrum. Nunc omnes Christiani, ex quocumque genere et ex quocumque gente, sunt inter se fratres, unusque Dei populus, omnes et singuli sunt domestici Dei. Tanto igitur honore dignati, ne dedecore emoliamus qui nos affectu benefice; ne faciamus ut tanta sit nobis inanis gratia: vitam ostendamus angelicam et angelicam virtutem, et vitæ agende rationem. Rego et queso ne hæc tamnia sint

Instaurare omnia in Christo, quæ in cælis, et quæ in terrâ sunt, in ipso; q. d.: Proposuit Deus omnes homines et angelos, cum inter se admodum essent disjuncti, imò inimici, unire, et ad unum caput Christum revocare et conjungere. Ergo jam non estis hospites et advena, sed estis civis sanctorum et domestici Dei; q. d.: Christianis non revocavit ad societatem angelorum, ut eorum similes fratres, et civis celestes in eadem Dei domo, id est, Ecclesiâ, sub eodem duce et capite, qui est ipsemet Christus.

nobis in iudicium et condemnationem, sed ad fructum honorum percipiendam, D. Chrysostomus.

In respo, scilicet Christo, quem jam dixit, et quem repetit ebrius amore Christi, ut Fromondus, vel ut in paraphrasi, in ipso, et non in alio: *Nec enim aliud nomen est...*

VERS. 11. — *Is q̄o*, scilicet Christo, seu ob quem et per quem Christum.

ETIAM ET NOS, apostoli et alii Judei ad fidem conversi. Ille enim de Iudæis agit, de gentilibus acturus, v. 15.

SORS VOCI VOCATI. Ex parte nostra, sors fuit nostra ad fidem vocatio; nihil egimus ob quod vocari meruerimus; nihil hæc nostra vocatio posuisset ex parte nostra meritum, sicut sors in electionibus merita non spectat.

PREDISTINATI SECUNDE PROPOSITUM... *καὶ ἐπιλεγμένοι*, ut ex parte Dei, nostra vocatio fuit effectus electionis, predestinationis, decreti, Benedixit, vocavit in tempore, sicut et quia elegit, et predestinavit ab æterno. Vide v. 3 et 4.

ETES OB OPERATER OMNIA... Dei, qui omnia operatur voluntate deliberata et per infinitam sapientiam directa. Hoc significat, sicut dicitur in *COELENUM*... nihil esse aut fortuitum, sed omnia sapientissime et ob rationes sibi notas, licet incognitas nobis. Græcè, *ἐκλογισθησθε, sortiti sumus*, ut legit Ambrosius, id est, in sortem, seu partem nobis hereditariam æscili sumus.

SORS VOCATU HEREDITAS, quia antiquitas hereditas sorte dividitur.

Quo sensu significat: vocati sumus ad hereditatem eam reliquis Dei illis, sive angelis, sive hominibus; imò cum ipso Christo. *Heredes Dei, coheredes Christi*.

VERS. 12. — *Ut simus in laudem*... ut nos apostoli et Judei, qui ante speravimus, id est, qui priores vocati sumus, qui priores credidimus in Christum et priores in eum speravimus, illius inseruimus gloria et laudi: toti mundo, per prædicationem, manifestando gratiam quam per Christum recepimus, et ubique annuntiando quæ pro omnibus egit Christus, et quæ propter illam nobis fecit Deus.

VERS. 15. — *Is q̄o et vos*... Ille versus refertur

VERS. 11. — *In quo*, id est, per quem, etiam nos sorte vocati sumus, per quem Christum nos idem sortem ad ipsi sumus, id est, per quem sors nobis obvenit: intelligit vocalionis, adoptionis filiorum, hereditatis, aut quædam similes. Convenit autem maxime ut hereditatis sors intelligatur, etc. Sic ad Coloss. I dicit nos vocatos in partem sortis sanctorum, id est, ad partem hæreditariam, sive ad hereditatem sanctorum. *Predistinationi secundum propositum ejus*, etc. Ex quo consequens est, non ex meritis, sed meræ Dei voluntate nos predestinari.

VERS. 12. — *Ut simus in laudem gloriæ ejus, nos, etc.* Significatur electionis seu predestinationis causa finalis, scilicet laus et gloria Dei. Sensus est: Ad tanta hora predestinati sumus a Deo, ut ipse in nobis laudet et glorificetur, tanquam in opere suo, in quo insigniter relictus ipse bonitas et sapientia. *Nos qui ante*, etc.; nos Iudæi, quibus antea premissa à prophetis, et jam ante alias gentes exhibitis et evange-

ad v. 11, ob quem et per quem et vos etiam Epheus gentiles sorte vocati estis, seu sortiti estis, ad hæreditatem vocati estis. De gentilibus dicit quod prius de Judæis.

CEN ADIBISSETIS; Græcè, *audientes*. Fides ex auditu; et vocatio fit per prædicationem.

VERBUM VERITATIS. Doctrina Christi, verbum fidei, per antonomasiam dicitur *verbum veritatis*. Primum, quia Christus est ipsa veritas; secundo, quia nihil falsi continet, sicut philosophorum doctrina; tertio, quia solida, resque solida docens, umbras et figuras non habens, sicut lex Moisaica.

EVANGELIUM SALUTIS VESTRÆ. Eadem doctrina, idem fidei verbum, est bonum et laetum unicum salutis æternæ. *Qui crediderit, salvus erit*.

IS Q̄O ET CREDENTES. In Græco est præteritum temporis: *In quo et postquam credidistis*, seu accepti fide, et fideles affecti.

SIGNATI ESTIS, tanquam sigillo impresso.

SPIRITU SANCTO, qui est sigillum adoptionis divine.

PROMISSIO, id est, olim promissa, Ezech. 36, 26; Joel. 2, 28; et à Christo, Luc. 24, 49. Iudæi in carnis, per circumcisionem externis signati erant, sicut oves et bruta; Christiani intus Spiritu sancto, ut Iulii, D. Chrysostomus.

VERS. 14. — *Qui est pignus hereditatis nostræ*. Græcè, *ὑποθήκη, arrhabo*, arrha. Arrha, seu arrhabo est pars pretii, que in antecessum datur, ut de plenâ solutione non dubitetur. Hoc optime Spiritu sancto convenit, cujus dona tum interia, scilicet charitas, iustitia, pax et gaudium conscientiarum tum externa, nimirum gratia gratis date, sunt quodam pacto et prægustus nostræ felicitatis æternæ.

IN REDEMPTIONEM, id est, usque ad plenam et perfectam redemptionem.

ACQUISITIONEM, id est, populi acquisitionem.

Notanda ad intelligentiam.

Acquisitio hæc sumitur passive pro re acquisita, seu abstractam pro concreto ponitur. Significat ergo populum acquisitionem, populum Dei, populum electum, Ecclesiam Dei. Duplex est hujus populi redemptio. Inchoata, quæ redimuntur hic à peccati servitute, et

lizatus est Christus, et apud quos caput Ecclesiæ, et per quos propagatur, primi sumus per quos laudatur et celebratur gloria Dei, i gloria Evangelii Christi: Ita Ambros., Anselm. et Tertul.

VERS. 15. — *In quo et vos, cum audistis verbum veritatis* (Evangelium salutis vestræ): in quo Christo vos etiam speciebus; non quidem illi, ut nos. Veritas enim sine lege et prophetia, sed super sperare curis, cum ex nobis Christi ministris amissetis verbum veritatis, quod idem est Evangelium salutis vestræ.

In quo et credentes signati estis Spiritu promissionis sancto. Sensus est: Item per quem, scilicet Christum, postquam Evangelio credidistis, ubi signi estis Spiritu sancto, velut promissionis sigillo; id est, Spiritum sanctum accepistis, quæ certa nota est, certumque testimonium vos esse filios Dei, ad quos promissa spectat hereditas.

VERS. 14. — *Qui est pignus hereditatis nostræ*.

filiorum Dei libertate donamur. Completa in celo, quæ ab omni prorsus malo liberabimur et æternâ gloriâ donabimur. Per Christi mortem à peccato redempti sumus, sed in miseris hujus vite relinquimur. In æternitate Deus perficiet hæc redemptionem quam inchoavit per mortem Christi; non à peccato tantum redimet, sed à miseriâ, à morte, ab omni prorsus malo liberabit. Quod us, ne autem hoc in carnis adimpleretur, datur nobis Spiritus sanctus in terris, ut archæ et pignus. *Redemptio* igitur hic significat plenam et omnimodam libertatem ab omnibus tum animâ, tum corporis infirmitatibus, seu resurrectionem ad æternam felicitatem.

Sub duplici itaque titulo nobis in Baptismo datur Spiritus sanctus, ut sigillum et ut arrha. In Baptismo per gratiam nobis infusam facti sumus filii Dei; Spiritus hæc divinam filiationem sigillat, obsequat, obfirmat. In Baptismo per gratiam nobis collatam datur jus ad hereditatem Dei Patris nostri, itaque hereditatis æternæ felicitas nobis promittitur; Spiritus sanctus tunc datus est nobis velut pignus et arrha felicitatis promissæ, quoad usque ipsa conferatur, adimpleretur, et per eam ab omni malo et miseriâ redimamur. Datur itaque Spiritus sanctus. Primum, ut credentes sigillet tanquam verè pecuniam Dei, populum Dei, acquisitionem Dei, filios Dei, et ad ipsum omnibus pertinentibus obsequat; secundo, ad finem faciendam, futuram ut qui credunt in Christum, aliquando resuscitentur ad gloriam.

IN LAUDEM GLORIÆ USUS. Hoc autem totum fit ut inde laudet Deus, et à nobis in æternum glorificetur.

Nota quod D. Paulus hoc caput incepit à laude Dei: *Benedictus Deus*... sed hoc non contentus, ecce jam tertio nos monet de hæc Dei laude, v. 6, 12, 14. Hoc unum solum Deo possumus reddere, et hoc à nobis exigit Deus. Laudemus ergo, benedicamus, gratias agnomus. Ingratitudinem cavemus. *Dux enim advocator. Deus assulator*... Nahum, cap. 1, v. 2. Attende hic et serio reflecte ad veritates ad quas nunquam attendisti satis.

Prima observatio moralis.

In quo signati estis... In regeneratione tuâ et in confirmatione, etc., sigillatus es ipso Spiritu sancto: *In quo signati*... Ut te Deus discerneret à profanis, ab infidelibus, à filiis iræ, teque verè summæ et græge suo, è suo populo electo, et unum è suis filiis denotaret, suum Spiritum sanctum tibi apposuit ut sigillum, hinc omni sanctus Spiritus, te sui in agnâ tuâ impressione conservavit et obsequat. Hinc ergo disce quanta sit anime si sanctificate dignitas; Spiritu sancto per charitatem obsequata et sigillata est. Disce

Ille Spiritus et sigillum est, et etiam pignus hereditatis evadit. *Pro pignus* Græcè est arrha, quæ datur quasi pars anticipata futuræ plenæ solutionis: hic autem Spiritus datur quasi pars et prægustus futuræ nostre hereditatis et felicitatis.

In redemptionem acquisitionis; q. d.: Spiritus sanctus est pignus hereditatis; in, id est, ad redemptio-

et quanta curâ hæc anime sanctitas sit conservanda, quanta circumspectio omnis et minima anime immunditia sit vitanda. Quanto studio, quantaque reverentiâ, hoc Spiritus sancti sigillum sit custodiendum.

Quantum è contra sit crimen, quantaque ingratitudo, illud violare. Non licet vas, litteras, vel quidquam regio sigillo obfirmatum, frangere, aperire, sine illius jussu, qui sigillum apposuit. Et tu sigillum Dei contra Dei voluntatem frangis, ô Christiane, legis divine violator; sique duplici titulo divine majestatis læsa reus evadis; et quia legem violas, et quia sigillum frangis, Spiritum sanctum à te repellis.

Secunda moralis observatio.

Qui est pignus hereditatis nostræ... Spiritum sanctum salutis æternæ arrhabonem recepisti. Ut spem tantum firmaret Deus, ut de suis promissionibus esses tutus et securus, ut tum saltem æternum redderet quodammodo certam, Spiritum sanctum tibi dedit arrhabonem, hincque Dei Spiritus, tanquam obsec, apud te vult in terris permanere, quoad usque suam Deo adimplet promissionem in caelis. Quanta bonitas ex parte Dei! quanta linc pax, tranquillitas et securitas anime fidelis! Ipse Dei Spiritus, Spiritus veritatis, est arrhabo meus! Ipse se mihi ut obsequat dedit, ipse sui per charitatem communicatione presentem, futuram in caelis Dei fruitionem securam mihi reddidit, ô bonitas! O anima mea, Spiritu sancto sigillata, oppignorata, quare tristes es, et quare contritus me? *Spera in Deo Patre*, qui te, licet immeritum, per suam piissimam misericordiam adoptavit et in filium elegit. *Spera in Deo Filio*, qui te peccatricem in suo sanguine lavit, peccatorumque turium maculas absterxit. *Spera in Deo Spiritu sancto*, qui se, tanquam salutis æternæ arrhabonem, tibi dedit; hæcque spe in Dei bonitate firmiter stabilita, die cum sancto Job: *Etiâmi me occiderit, sperabo in eum*.

Tertia moralis observatio.

In laudem gloriæ ipsius. Omnium Dei donorum finis est laus et gloria Dei; et de hoc nos assidue monet Apostolus. Deus vult à nobis hominibus laudari! Deus, qui in seipso gloriosus est, qui nullo eget, vult à nobis, qui nihil sumus, glorificari! ô bonitas! At vult à nobis glorificari, ut ampliores det gratias, et salvet in æternum: ô bonitas immensa! *Quicumque glorificaverit me, et ego glorificabo eum. Benedic ergo, anima mea, Domino*... et omnia interna... *Benedic, anima mea, Domino, et non obliviscere*... *Benedicam Dominum*... *semper laus ejus in corde et in ore meo. Gloria Patri, et Filio, et Spiritui sancto*... Habitu benedice semper et acta frequentissima.

VERS. 15. — *Propter*. Græcè, *διὰ τούτο, propter*

nem perfectam ascendendam, sic ut nihil v-maurat servituti, ore peccati, nec miseriam, morte ipsa penitus absumpta.

In laudem gloriæ ipsius. Ille apparet ad Christum redemptorem referri oportere, etc.

VERS. 15. — *Propter* et ego audient fidem vestram, quæ est in Domino Jesu, et dilectionem, quam scilicet

hoc, id est, et quia vocati estis, et Evangelium suscepistis, et Spiritu sancto signati estis; et quia Deus vult ob sua dona laudari. Propterea ego adiens fidem vestram, id est, ex quo audivi qualis sit vestra fides in Christo, et vestra charitas in Christianis. Ubique conjungit fidem et dilectionem, bigam quondam admirabilem, D. Chrysostomus; quia fides, nisi accedat dilectio, mortua est, nec ad vitam aeternam perducit.

VERS. 16. — NON CESSO, GRATIAS AGENS... GREECIS, pro gratias agere. MEMORIAM VESTRI FACIENS IN ORATIONIBUS. Hæc duo iungenda; namque gratiarum actio pro impetratis, et preces pro impetrandis. Utinamque autem debemus etiam pro aliis facere; hoc postulat communio sanctorum.

VERS. 17. — UT DEUS DOMINI NOSTRI JESU CHRISTI, PATER GLORIE. HEBRAÏSMUS, id est, gloriosissimus, gloria et majestate plenus, vel, ut ait Ambrosius, Pater claritatis, à quo omnis claritas, potestas et dignitas. Forte Pater GLORIE, qui est splendor glorie.

DEI VOBIS SPIRITUS SAPIENTIE, CAELESTIS scilicet, hanc, inter alia dona, imprimit fidelium mentibus.

ET REVELATIONIS IN AGNITIONE... Optat eis majorem et exactiorem Dei cognitionem. Qui Deum didicit et bene novit, non amplius de illo dubitabit, D. Chrysostomus. Hinc orat Apostolus ut Deum et divina mysteria perfectius noverim.

VERS. 18. — ILLUMINAVOS OCULOS, SUPPLE, det illuminatos, etc., seu illuminet, etc.

UT SCILICET CLARIUS ET PERFECTIUS,

QUE SIT SPES VOCATIONIS EUS. HEBRAÏSMUS est, spes pro re speranda; quia ego sentit nostra vocatio, id est, ut scitis quæ et quanta sunt bona, ad quæ nos vocat, et quæ nos sperare jubet.

QUE DIVITE GLORIE... quam abundans et gloriosa hereditas sanctis preparata. Judæis Deus hereditatem terrestrem dedit; scilicet terram promissam, nobis caelestem preparavit, in ejus comparatione terra promissa fuit umbra et quasi nihil. Sine lumine gratie non potest sciri: primo, vocationis Christianæ excellentia; secundo, hereditatis æternæ ad quam vocatur abundantia; tertio, nostræ justificationis mi-

ostendit, in omnes sanctos, id est, Christianos.

VERS. 16. — NON CESSO GRATIAS AGENS pro vobis, etc., quibus peto ut Deus, etc.

VERS. 17. — UT DEUS, DOMINI NOSTRI JESU CHRISTI PATER GLORIE; ut Deus Christi humilis, qui idem est Pater glorie, id est, auctor totius glorificationis; ut Deus qui est Domini nostri Jesu Christi Pater gloriosus, idemque gloriam suam Filio communicans; secundum illud Philipp. 2: Quia Christus in gloria est Dei Patris.

DEI VOBIS SPIRITUM SAPIENTIAM ET REVELATIONIS, IN AGNITIONE EUS, vel mi potius, ut ad Patrem referatur. Est enim sensus: Ut Deus, nostrorum charismatum etiam vos Ephesios participes faciat, largiens et adjuvens vobis sapientiam, quæ ipsa, ejusque mysteria, quæ ratione humana percipi nequeunt, sed solum discuntur revelatione divina, cognoscant. Hanc sapientiam vocat Spiritum sapientiam et revelationis, quia Spiritus sancti donum est.

raculum; hæc justificatio non minoris est potentia quam Christi à morte resurrectione. Vide sequentem versiculum.

VERS. 19. — ET QUÆ SIT... GRÆC. Et quæ excellentis magnitudinis virtutis ejus in nos credentem, id est, et ut scitis quam excellentem, quam magna potentia quam in nos credentes exercuit, ut nos ab infidelitate ad Christum, à peccato ad sanctitatem converteret; seu in nostrâ resurrectione spirituali.

SECUNDUM OPERATIONEM POTENTIE... KATA, secundum, significat similitudinem, scilicet similem potentiam; quasi diceret: Hæc nostra spiritualis resurrectio facta est eodem, seu simili potentia, ac illa quam Deus exhibuit in gloriosâ resurrectione Christi. Hoc quidem de omnibus verum est, ad claritatem patet in Ephesiorum conversione. Ephesii omni vitio idololatriæ et magiæ erant dediti, ut videbitur in cap. 2. Horum infidelium conversio ab idololatriâ et à magiâ ad fidem Christi et ad veram pietatem, non minoris est potentia quam ipsa Christi resurrectio. Hoc etiam in D. Paulo patet; nec enim minoris fuit potentia ex Ecclesiæ persecutore prædicatorum et propagatorem Ecclesiæ facere, quam mortuum ad vitam revocare. Equidem alii aliter hæc verba explicant, ea non de spirituali resurrectione nostrâ, sed de futurâ nostrâ resurrectione corporali intelligentes, hoc modo: Ut scitis summam et supremam Dei potentiam, quam in nos fideles exercerit, in die scilicet resurrectionis, corpora nostra ad gloriam resuscitando, eodem, seu simili potentia quam exercuit in Christo. Ambrosius huic explicationi favet; D. etiam Thomas. Estius illam præfert et amplectitur, qui et Cajetanum citat. Et revera juxta hanc sensum coheret quæ v. 18 præcesserat, scilicet, quæ divitiæ glorie... et quæ v. 20 sequuntur de Christi resurrectione et ascensione. Et idem ego ipse hunc sensum primò amplexus sum velut naturalem et litteralem, putabamque Paulum hic ex facti Christi resurrectione, quam omnes fideles credunt, confirmare fidem futuræ resurrectionis quam speramus.

Nota literaria.

At re attentius examinata, et præsertim comparatis omnibus quæ hæc de Christo dicuntur cum illis quæ

VERS. 18. — ILLUMINAVOS INQUAM, VOBIS DET. ait Ambrosius. Oculos cordis vestri. Det, inquam, vobis habere oculos intellectus vestri illuminatos, ad hoc:

Ut scitis quæ sit spes vocationis ejus, id est, ut magis etiam ac magis cognoscatis quæ et quanta sint bona ad quæ ipse vos vocat, et quæ vos jubet sperare. Spes enim pro re speranda more Hebræo posita est.

Et quæ divitiæ glorie hereditatis ejus in sanctis, id est, et quam opulenta, splendida, magnifica sit gloria caelestis, quæ est hereditas sanctis, hoc est, fidelibus in Christo sanctificatis, tanquam filijs adoptionis ab ipso promissa.

VERS. 19. — ET QUÆ SIT SUPEREMINENS MAGNITUDO VIRTUTIS EUS IN NOS, etc. Sensus est: Item ut cognoscatis excellentem magnitudinem potentia Dei, quam ostendit erga nos qui credimus Evangelio, scilicet resuscitando nos ad vitam et gloriam, sicut Christum resuscitavit. Hoc enim est quod jam sequitur.

de Christianis in cap. 2 dicuntur, ubi fidelium justificationi applicat D. Paulus quæ hæc de Christo capite nostro dixit: Convertite nos, conconvertamini, con-sedere fecit, v. 5, 6, hinc probabilis existimo, quòd hæc versiculus 19 debeat intelligi de nostrâ à peccatis resurrectione spirituali, factâ in justificatione; quæ spiritualis resurrectio similis est resurrectioni corporali Christi. Et hæc sensus est maxime naturalis. Deum enim precatur Apostolus ut illuminet, etc., quia sine lumine gratie scire non possumus quanta et quam eminentis sit illa Dei potentia, quæ infidelitatis tenebras dissipavit, ut fidei mysteria, à sensibus non solum remota, sed et omnem rationem superantia, crederent homines, et quæ corda humana, ad malum naturaliter propensa, terrenis et carnalibus etiam habitualiter dedita et simplicata, converterit ad caelestia, ita ut, terrenis et carnalibus contemptis, Deum solum amaret.

Cogita quali in statu tunc esset mundus: totus in maligno posuit, idololatriæ et magiæ et omnibus nefandis deditus. Homines tamen in tali statu positos Deus convertit ad fidem, ad sanctitatem merum, ad perfectum Dei cultum. Illicque percipies quòd hæc virtus, quæ scilicet Deus hoc gratie miraculum fecit, non sit minor illâ quæ Christum à mortuis suscitavit. Omnia naturalia Deo incunctanter obediunt; hinc natura Dei jussus bene definit. At cor humanum Deo frequentius rebelle; hoc tamen Deus domuit virtute fidei. Addi potest hæc, quod communicari dicitur, difficultius esse majorisque potentie, peccatorem justificare quam eorum et terram creare. Primo, quia peccatum et gratia magis sunt inter se contraria quam nihil et aliquid; secundo, quia peccatum et peccator longius à Deo distant quam nihilum; Deus enim et peccatum duo sunt extrema, summè et in immensum distantia. Denique quæ gratia et justitia ordinis est supernaturalis et divini; hinc summum opus est potentia ut homo per peccatum infra omnes creaturas depressus supra omnes assurgat et ad gratiam extollatur, talique divinæ naturæ consors, Dei filius et hæres. Ex his omnibus colliges non mirum esse si dicat Apostolus suam et Ephesiorum spiritualem resurrectionem non minoris esse potentie quam Christi gloriosam à mortuis resurrectionem.

VERS. 20. — QUAM OPERATUS EST IN CHRISTO. GRÆCÆ significant efficaciam Dei operationem, et sensus est: Quam virtutem erga nos declarabit efficaci operatione potentissimæ virtutis seu fortitudinis suæ, quam et in Christo efficaciter exercuit; q. d.: Non minus erit potens Deus in resuscitandis et glorificandis nobis, atque hinc in Christo.

Saxiliana illam à mortuis, id est, cum suscitavit eum à morte ad vitam immortalem.

rata sunt hæc mysteria: peccato quippe et mundo spiritualiter mortui sumus, sicut Christus morte corporali mortuus est; vitam spirituales et divinum consecrati sumus, sicut Christus vitam novam in resurrectione adeptus est; a terrâ et à terrenis moraliter separati sumus, ut ad cœlestia deinceps aspiramus, sicut Christus terram reliquit, ut in cœlum ascenderet. Horum recordare, ô Christiane, quisquis es, et super te reflexus vide an sint in te isti gratiæ laudabilis effectus, et consequenter an verè sis Christianus, Christi Spiritus particeps et gratiæ; nam peccato mortuus es, spiritualiter vivens, cœlestia desiderans. Si ita sit, gratias age Christo, cujus gratia salvatus es. Si secus, time, gēne, ora, suppliciter et instanter pete gratiam, quæ tibi Christum applicet, quæ te participem faciat mortis, resurrectionis et ascensionis Christi, et quæ divina hæc mysteria spiritualiter operetur in te, seu peccato mortem inferat, vitam divinam tibi conferat, cor tuum ad cœlestia erigat et dirigat.

VERS. 7. — *UT OSTENDERET IS SECVLIS SUPERVENIENTIBUS...* Per secula supervenienda D. Chrysostomus, Theodoros, et alii aliqui intelligunt tempus post resurrectionem futurum, seu potius æternitatem, ubi perfectissime declarabitur magnitudo gratiæ Dei; quod, licet verum sit, apostolice tamen menti conformior videtur sensus in paraphrasi expressus. Finit benignitatis Dei, quæ nos redemit, justificavit, concussit, et conservare fecit cum Christo, est ut inde laudetur et glorificetur à nobis; et de hoc nos rursus monet Apostolus. Ne ergo ingrati simus: *Lauda, anima mea, Dominum: laudabo Dominum in civitate mea.*

VERS. 8. — *GRATIA ENIM ESTIS SALVATI.* Justitia est salus inchoata, sicut salus perfecta justitia est consummata; hinc justificatos vocat salvatos, inchoatè, scilicet.

ET HOC NON EX VOIBUS, DEI ENIM DONUM EST. Hoc, sive quod justificati estis, sive hoc, quod per fidem, Dei donum est, quia fides justificationis ac salutis nostræ causam non est ex nobis, sed Dei donum est, ex Deo quippe preveniente, excitante ac roborante. Duo consideranda sunt in fide; unum ex parte Dei, alterum ex parte nostrâ: primo enim Deus, gratiâ suâ illustratione, nos prevenit, deinde nos gratiæ prevenit

domos et sedes nobis parata sit in cœlo. ibique jam Christo quasi assistemus: *In Christo, cum Christo.*

VERS. 7. — *Ut ostenderet in seculis superveniētibz, in sequentijs temporibus, abundantes divitijs gratiæ suæ, id est, excellentem et exuberantem beneficentiam suam; utque ea manifestatâ ipse glorificetur. Hic enim est finis omnium operum Dei.*

In bonitate, Græcè, in benignitate (supple quam ostendit); super nos, id est, erga nos; in Christo Jesu, hoc est, per Christum Jesum.

VERS. 8. — *Gratiâ enim estis salvati, id est, gratis justificati estis, per fidem; justitia enim est salus inchoata, sicut salus plena et perfecta est justitia consummata. Et hoc non ex nobis, etc.: q. d.: Quod per fidem salvati sitis, hoc non ex vobis est, quia fides non est ex vobis; sed Dei donum est.*

VERS. 9. — *Non ex operibus; q. d.: Per fidem justificati estis, non per opera. Ut ne quis gloriatur, se suis*

assentimur; sic autem assentimur, ut nisi gratiâ preventi, excitati ac roborati, non assentiremur. Itaque nostra fides et justificatio à Deo.

VERS. 9. — *Non ex operibus...* non quod salventur per opera, sed quod nemo salvetur nisi per opera ex fide et in fide facta. Itaque non ex operibus, sine fide et autē fidem: omnis quippe virtus et omne opus bonum sine fide, inane tantum nomen est, et virtutis atque boni operis simulacrum. Fides datur ante omnia prorsus meritum, et ipso est omnis meriti fons et origo prima. Sicut enim à radice omnis fructus arboris, et sicut à fonte quicquid est in flumine, sic à fide omne bonum opus, omne meritum, tota salus.

VERS. 10. — *IESUS ENIM SCIES FACTURA.* Ambrosius, *figmentum.* Syr.: *Nam sumus creatura illius.* Æthiop.: *Quia opus ejus sumus.* Arab., *opificium.* Non tantum secundum esse naturæ, sed etiam secundum esse gratiæ, per quam efficiamur nova creatura.

CREATI IN CHRISTO JESU. Regenerationem tacite significat, ait D. Chrysostomus. Regeneratio est vera creatio, ait idem Pater, quia tantquam nova creatura ex nihilo producti sumus, ad hoc ut essemus quod eramus prius; mortui sumus, hoc est, vetus homo; quod prius non eramus facti sumus; recens est ergo creatura, et alio melior et præstantior; nam ex illis, ut viveremus; ex hæc autem ut bene viveremus, accessit; *is operans nos...* Nota tamen quod justificatio impii dicitur creatio, non physica, non est enim ex nihilo, sed moralis, quia nullo impii merito, aut opere, contingit illi, sed tota tribuitur merito Christi, sicut creatio tribuitur omnipotentis Dei. Hinc *creati in Christo Jesu*, id est, per meritum Christi, à quo manat quicquid Deus nobis confert gratiæ. *In bonis operibus.*

Syr.: *Ad opera illa bona.* Arab.: *Ad opera bona.* Æthiop.: *Ad opus bonum.* Græcè, *ἐπὶ τῶν ἀγαθῶν.* Cornelius à Lapide, Grotius, multis, alijs exemplis ostendunt hæc cum dativo expè significare ad. Erasmus etiam, ad opera bona. Recreati ergo et regenerati sumus ad opera bona faciendâ. Et merito hoc addit Apostolus, quia enim superioris dixit, *gratis salvati estis per fidem, non ex operibus...* ne putet quis opera hinc sequentia excidit, addit post acceptam fidem opus esse bonis operibus, quippe ad quæ creati, seu regenerati, sumus. Sicut ergo Deus ex rudi et ind-

operibus a deum esse, et meruisse justitiam et salutem. Hinc patet Apostolum hæc excludere non opera fidei, et quæ ex fide proficiunt, ut sunt actus spei, poenitentia, charitatis, etc.; sed quæ sunt sine fide, et fidei opponuntur, sicut natura operum gratiæ: id est, excludere opera facta propriis naturæ viribus in quibus gloriabantur philosophi et gentiles, quasi suo Marte factis et gestis.

VERS. 10. — *Ipso enim sumus factura; q. d.: Per Christum Redemptorem nostrum quasi creati sumus, quia in baptismo Spiritu Christi regenerati et veluti recreati, factique sumus fratres Christi, nova creatura, filii Dei, et cives sanctorum.*

CREATI IN CHRISTO JESU IN OPERIBUS BONIS. In, id est, ad opera bona faciendâ, quæ preparavit Deus ut in illis ambulamus. Si enim Deus opera bona preparat, si in illis ambulamus: ergo Deus ea non creat in nobis, sed tantum ad ea nos destinat et dirigat, ut

gestâ mole terram fecit, ut fruges et fructus ferat, ita nos ex hominibus in Adam corruptis, ex filijs iræ, fecit novos homines, filios Dei, ut bene et sanctè viveremus.

QUE PRÆPARAVIT DEUS, ab æterno quidem, decernendo ut per opera bona salvaremur; et etiam decernendo nobis gratias dare necessarias et utiles ad illa faciendâ. In tempore autem preparavit, prescribendo modum bene agendi; docuit enim per legem et per Evangelium quid et quomodo agendum; preparavit etiam dando gratias, inspirando, excitando, roborando, nobiscum cooperando. Viam primò ostendit, deinde ad ambulandum intus impellit, et ambulantes fert et sustinet.

UT IN ILLIS AMBULEMUS. Hæc locutio notat aperte quod bona opera sint via ad cœlum, seu via quam Deus preparavit, ut per eam ad salutem tendamus.

Hoc verbum *ambulamus*, seu, ut est in Græco, *circumambulamus*, notat etiam in bonis operibus esse perseverandum, omnique bonum opus esse faciendû; non unum aut alterum, sed omnia bona opera; non uno, aut aliquibus tantum æonibus, sed toto vite tempore, bonis operibus vacandum esse, ita D. Chrysostomus.

Observatio moralis.

Ad hoc regeneratus sum et in Baptismo nova creatura factus, ut omne bonum opus toto vite meæ tempore constanter exerceam, et ut per omnia bona opera perseveranter facta tanquam per viam ambulem et tendam ad salutem. Non sufficit inchoare, sed deobo assiduis esse et perseverare; non sufficit aliqua tantum, sed omnia bona opera præcepta, imò omnia mihi intus inspirata de Deo facere. Hæc est voluntas Dei sanctificatio mea per opera bona, propter hoc ad Christianismum me vocavit. Sicut ab æterno elegit me ut sanctus essem, ita et in tempore me vocavit et regeneravit ut per opera bona sanctè vivam, et in sanctitate usque ad finem vite proficiam. Quomodo huic divinæ voluntati et vocationi respondeo? An sanctè vivo? An bona opera facio? An in illis ambulo? An per illa in sanctitate quotidie proficio? An omnem justitiam operor et constanter operor? Ubi profectus? Ubi perfectio? Væ mihi! defectus innumeros video, in

is liberè nos exercemus, hoc enim significat vox *ambulamus*. Ita Chrysost.

VERS. 11. — *Propter quod memores estote, quod aliquando vos eratis gentes in carne.* id est, secundum carnalem generationem gentilibus progeniti; q. d.: Quia tantum per Christum redemptionem et gratiam Deus nobis fecit et exhibuit, hinc hortor vos, ô Ephesii, ut totâ vitâ silis illius memores, præsertim quod è gentilismo, idololatriâ, omnibusque sceleribus ad hæc Christianissimi gratiam vos evocavit, ut illi quas postestis gratias et laudes referatis.

QUI DICITINI PRÆPUTIUM, id est, præputiati, ab eo quæ dicitur *circumcisio in carne, manu facta*, id est, à Judæis, qui vocantur circumcisii ob carnem præputiati circumcisam.

VERS. 12. — *Quia eratis illa in tempore sine Christo, hoc est, sine Christi cognitione, lege, gratiâ, religione, vitâ; id est, sine christianismo.*

Alienati à conversatione Israel, hoc est, à ratione et

profectum nullum video, O Deus misericors, dimitte mihi præteritas infidelitates; da mihi deinceps tuæ vocationi fideliter respondere, bene agere, omne bonum opus agere et constanter agere, in justitiâ semper proficere, honorum operum omnes occasiones, vias, modos et impulsus, quos in dies mihi præparas et suggeris, sollicitè observando, amplectendo, exsequendo.

VERS. 11. — *PROPTER QUOD MEMORES ESTOTE...* ut hujus vestræ regenerationis beneficium melius cognoscatis, et tante gratiæ fidelius respondeatis, omni bono et sancto operi constanter vacantes, memento te duorum: Quid fuistis? Quid estis? A quo statu et ad quem Dei gratiâ translati estis? Primò, memento te quod aliquando gentes, id est, gentiles, in carne, origine carnali. Syr., *gentes carnalis.*

PRÆPUTIUM, id est, præputiati, per contemptum sic gentiles à Judæis vocabantur.

CIRCUMCISIO IN CARNE, sine vera causâ, additur in carne, sed ut notetur alia et vera quidem circumcisio, scilicet spiritualis, quæ est in corde, et quæ Christianorum est.

VERS. 12. — *QUIA ERATIS IN ILLO TEMPORE...* Memento quod tunc, ante receptam fidem, ERATIS SINE CHRISTO, id est, sine vitâ in Christum fide, nec explicitâ, nec implicitâ, nullamque cum illo partem habebatis, quippe qui solis Judæis promissus et annuntiatum erat.

ALIENATI À CONVERSATIONE ISRAEL. Deut. 7, 2, omne commercium Judæis interdicere cum gentibus.

HOSPITES TESTAMENTORUM, id est, peregrini, extranei et alieni à fœderibus quæ Deus cum Judæis pepigerat, cum Abraham, Isaac, Jacob, etc.

PROMISSIOMIS..., sicut nullam spem in Dei promissa habentes, scilicet de Messia venturo, et de bonis spiritualibus per eum obtenturis.

SINE DEO. Athens proprie dicitur is qui nullum nec verum, nec falsum, nomen colit; latius ergo hic sumitur pro eo qui verum Deum non colit, licet idola aut falsos deos colat, quia idolum nihil est.

Observatio moralis in v. 11.

Duo nobis, sicut Ephesius, in mente semper habenda: Quid fuimus, quid sumus? ut Deo gratias hab-

normâ vivendi Israelitarum, patrûm et patrumque, qui unum Deum sanctè colebant, et secundum ejus legem sanctè vivebant, cum vos coleris idola, essetisque sine lege, et circumcisioe ductam ac impulsam sequeremini.

Et hospites testamentorum; id est, peregrini, sive extranei, et alieni à testamentis, id est, à patris, quæ Deus cum Indis inivit.

Promissionis spem non habentes. Promissionem intelligenti resurrectionis et vite beate ac æternæ, uti se explicat coram Agrippâ rege Paulus, Act. 26: *Et nunc, inquit, in spe, quæ ad patris nostris reprobanis facta est à Deo, eto iudicio interfuturus, inquam duodecim tribus nostræ nocte et die desertientes aperant devenire; de quâ spe accersit à Judæis, rex. Quid incredibile iudicatur apud vos, si Deos mortuos suscitavit? Unde hanc spem vocat, spem Israelis, Act. 28: *Propter spem, inquit, Israel cœlesti hæc circumdatus sum; q. d. Paulus: Vos, ô gentes, beatitudinis Judæis pro-**

Deamus continuis, qui nos de tenebris transtulit in admirabile lumen Filii sui. Quid fuimus? naturæ et peccatis filii ira, filii gehennæ. Quid sumus? filii Dei, hæredes Dei. Circa præteritum, nota triplicem peccatorum recordationem, quarum prima mala, secunda periculosa, tertia bona. Recordatio complacentiæ in peccatis mala est, mortalis, et novum peccatum, renovans vetera in quibus peccator sibi complacet, siquæ ipsa sola tantum habet multam quantum habent ea omnia. Recordatio diffidentia et inquietudinis, est periculosa, gratiæ progressum retardans et exponens lapsus in recidivam, ob desperationem. Recordatio doloris de peccato et gratitudinis ob peccati condonationem auget gratiam, Deum glorificat; et ideo habenda frequenter et ad hanc nos hortatur Apostolus.

Observatio moralis in v. 12.

In misero gentium statu vide infelicem Christiani damnati et in inferos detrusi statum, sine Christo, sine Deo, sine populo Dei. Ab aliis damnatis per contemptum ostenditur ob lapsivalem characterem quem gerit in æternum, Christianus es, Christi membrum, Dei filius, hæres Dei, coheres Christi. Et ecce damnatus es, a Christo et a Christi corpore abscissus, à Dei promissis exclusus, à sanctorum consortio in æternum separatus: sine Christo, sine Deo, sine populo Dei! Heu! heu! Christianus sine Christo; filius Dei sine Deo; hæres Dei, coheres Christi sine spe, sine jure ad Dei pœta, ad hæreditatem Christi, ad societatem sanctorum. Quanta rabies, quantus furor, qualis et quanta desperatio! Hæc cogita, time, cave; ne tibi contingat, utero Dei gratiæ tibi in Christo et propter Christum factâ.

VERS. 15. — **NUNCIATEM...** SYRUS: *Nunc autem per Jesum Christum vos, qui aliquando longinqui eratis, facti estis propinqui in sanguine Christi.* Quasi diceret: Ex quo Christiani facti estis, hæc omnia quæ vobis doctant dedit mors et sanguis Christi. Habetis Christum, habetis Deum, habetis jus ad hæreditatem Dei, ad æternam sanctorum societatem. Vido paraphrasim. Hæc in mente semper habete, ut Deo gratias agatis, et ut sancto vivatis.

In sanguine Christi. O anima Christiana, tanti vanissime spem militum habebatis in gentilitismo. Et sine Deo vero in hoc mundo, calebatis enim idola et deos falsos; multi etiam erant inter vos athei, qui divinitatem à mundo tollebant.

VERS. 15. — *Nunc autem in Christo Jesu, per Christum Jesum; eos qui aliquando eratis longè, à Deo, à spe promissæ beatitudinis, à testamentis et paciis, à republica et conversatione Israel, à Christo denique et salute, facti estis propè, id est, propinqui Christo, Israelitis, beatitudinis ad Deum, in sanguine Christi, id est, per sanguinem, puta per merita passionis et mortis Christi.*

VERS. 14. — *Ipse enim est pax nostra, id est, pacificator; pax, id est, pacem faciens, pacificans per sanguinem crucis ejus, sive que in terris, sive que in caelis sunt.*

Qui fecit utroque unum, id est, utrumque populum Judaicum et gentium conciliavit, et univit in suâ Ecclesiâ. Ita Hieronymus.

Et medium parietem maceris solvens, inimicitias in carne sua; q. d. : Medium poris divellens Judæos à

les! merito et passionis et sanguinis Christi es et habes quidquid es et habes. Gratias ago Christo de omni: hono quod per ipsum possides in Christianismo. Serva fideliter et attentè gratiam, quam tibi sui sanguinis pretio acquisivi. Cavè ne qua vilis creatura te separet à Deo, cui Christus per suum sanguinem te fecit propinquum.

VERS. 14. — *IPSE ENIM EST PAX NOSTRA...* pax, metonymicè, pro pacificator; seu faciens pacem, effectus pro causâ. Ipse Christus auctor est paciis Judæorum et gentium.

QUI FECIT UTRAQUE, id est, utrumque populum Judæos et gentiles, UNUM; eos univit in unâ Ecclesiâ, sub uno et eodem capite.

MEDIUM PARIETEM MACERIE SOLVENS. Maceria est murus ex lapidibus non cementatis, idèque facili solubilis. Per hanc maceriam benè significatur lex Judaica, quæ erat congeries præceptorum sine charitate, quæ est instar cimenti et glutinis, quam lex ista non confundeat, timore magis cogens quam amore alliciens, sicut D. Thomas.

INIMICITIAS, id est, causam inimicitiarum perpetuarum, inter utrumque populum; ob leges enim et diversam sibi rationem, Judæi oderant gentiles, et vice versâ gentiles oderant Judæos. Solvens. Hanc legem Christus moriens dissolvit, abrogavit; sic autem solvit ut et adimpleret. Solvit umbras legis ceremonialis, et simul adimplevit exhibendo veritatem: sicut pictor imponens ultimam manum, imaginem implet, sed umbras et primam delineationem delet, ait Theophylactus.

IN CARNE SUA. In victimarum sanguine fodera sanciri solebant; Christus suo sanguine proprio inimicitias destruxit, fecit et pacem sancivit, ipse est victima quæ nos Deo reconciliavit, et quæ omnes homines in uno corpore adunavit. Quam ergo debemus facere pacem! Quid non debemus pati ne culpâ nostrâ solvatur pax in Christi sanguine sancta?

VERS. 15 — *LEGEM MANDATORUM...* DECRETIS. GRÆC., in dogmatibus. SYR.: *Legemque præceptorum, præceptis suis abrogavit.* Arab.: *Legem mandatorum per decreta sua abrogavit.* Explicat quis fuerit turris Judæos et gentiles separans, et quæ fuerit inimicitiarum causa, gentilibus, erant inimicitie mutue, mutuas contempus et odium. Hæc odia, hæc inimicitias dissolvit et abolevit Christus in carne sua, moriens pro utrisque, et utrisque allans communem charitatis legem, et spiritum, tollensque occasionem inimicitiarum, legem scilicet mandatorum.

VERS. 15. — *Legem mandatorum decretis evacuans; id est, evacuavit et abolevit decreta, hoc est, per alia decreta, quia illa evangelicis decretis et dogmatibus commutavit; q. d. Apostolus: Christus abolevit legem Moysi per fidem, quæ justitiam annexit fidei, non legi.*

Et duos quondam in semetipso in unum novum hominem, faciens pacem; ut scilicet duos populos, Judæicum scilicet et gentium, quasi duos homines, sicut et corpori suo, id est, Ecclesiæ suæ, cuius ipse caput est, inserat et incorporet, faciuntque utrumque hominem, id est, populum, velut novum quendam hominem in novitate vite ambulantiem.

VERS. 16. — *Ut reconciliat ambos in uno corpore, etc., per crucem; hoc est, per passionem suam quam in*

nimirum lex Mosæica; ob hanc enim Judæi spernebant gentiles, et gentiles oderant Judæos, quasi à communi gentium lego abhorrentes. Hanc autem legem Christus præcepit suis abolevit. Græc., *ἐξέργηται, in dogmatibus.* Utilior dogmatis nomine, forte quia scribit ad Ephesios in philosophorum scriptis versatos; dogma autem vox est frequens apud philosophos ad significandam doctrinam.

UT DUOS COARCT, id est, hoc sine legem veterem abrogavit, ut duos populos, Judæos et gentiles, in semetipso inserat, eret in unum quasi hominem.

Nota litteralis.

Legem mandatorum in decretis evacuans. Erasmus, secutus est Cajetanus, jungit hæc verba in decretis, seu in dogmatibus, cum illis *legem mandatorum*, siquæ interpretatur: *Legem mandatorum, in decretis sitam, abrogavit, quasi diceret Apostolus: Legem Moysi, quæ multitudinem decretorum ceremonialium continebat, abrogavit.* Erasmus temeritatis insinuat Estius, quia omnes antiqui, Græci et Latini, disjungunt quæ simul jungit Erasmus, et per decreta intelligunt evangelica dogmata. Reverè et Syriacè et Arabica versiones ita tradiderunt. Vide supra D. Chrysostomus, Photius, Oecumenius, Theophylactus, Theodoretus ita interpretati sunt. Gagnæus, ex ipso Græco ostendit *ἐξέργηται* significare *per dogmata.* His non obstantibus, Menochius hanc Erasmi interpretationem videtur communi præferre, et Tirus cum imitatus est. Tutius tamen est antiquos Patres Græcos in hoc sequi, scilicet per *legem mandatorum* legem Moysi intelligere, et per *in dogmatibus* intelligere novam legem, seu legem fidei, evangelica præcepta. Ad plenioram autem intelligentiam notandum quod in lege Mosæica, præter Decalogum, erant multa præcepta de rebus per se nec honestis, nec turpibus, v. g., præcepta de diebus servandis, de victimis immolandis, de cibis vetitis, etc., et alia similia; hæc Christus per novam fidei legem abrogavit.

VERS. 16. — *ET RECONCILIET AMBOS...* IN SEMETIPSO... GRÆC., in ipso. D. Hieronymus legit in eâ, scilicet, crucis; seu *σταυροῦ*, masculini generis. Similiter Syrus: *Crucisquæ suâ concavit odium.* Sed parum refert, cum sit idem sensus, Christus enim per crucem id fecit.

IN UNO CORPORE. Omnes credentes unum corpus nunquam vocat hominem, quia unum caput habent, Christum Dominum.

VERS. 17. — *ET VENIENS EVANGELIZAVIT PACEM VOBIS (gentilibus), qui longè fuistis (à Deo, Christo et salute), et pacem in qui propè, id est, Judæis Deo propinquis per ejus notitiam et legem ab eo acceptam, quæ in Dei cultu continebantur. Pacem intellige reconciliationem cum Deo, et consensum mutuum inter ipsos, scilicet Judæos et gentiles.*

VERS. 18. — *Quoniam per ipsum, scilicet Christum, tanquam mediatorum et pacificatorum nostrum, habemus accessum, autem, introductionem, ambo, sci-*

Nota litteralis.

Nota quod participia v. 14, 15, 16, solvens, evacuans, faciens pacem, sunt præteriti temporis. Hinc Syrus: Ipse est pax nostra... ac dirit maceriam quam stabat in medio, etc., legemque præceptorum præcepit suis abrogavit, etc., et fecit pacem et reconciliavit ambos, etc. Ex iisdem v. 14, 15, 16, discè quid sit Ecclesiâ. Una domus, cuius fundamentum et lapis angularis Christus ipse, qui muros et parietes Judæos et gentiles, olim disjunctos, destructâ maceriâ, in semetipso lapide angulari conjunxit, utraque fecit domum, v. 14. Unus homo, variis membris instructus, cuius caput est Christus, v. 15. Unum corpus, distinctis et distantibus partibus compositum, cuius unio, firmitas et substantia, Christus, v. 16. Unus populus ex variis gentibus, in Christo rege adunatus. Quanta nobilitas Christo regi, capiti, lapidi angulari, et fundamento adnari! Quanta debet esse inter homines sic unio concordia! Quamvis quique debet paci et charitati fraternæ studere! Unum sumus omnes; omnes ergo nos invicem diligamus; omnes unum sumus animo et corde.

VERS. 17. — *ET VENIENS EVANGELIZAVIT...* Probabile est quod Apostolus alludat ad vocem angeli dicentis ad pastores: *Eccc evangelizo... Gloria in excelsis Deo, et in terra pax hominibus, etc., Luc. 5.* Christus præterea pacem gentibus annuntiavit, quando Matth. 8 prædixit multos ab Orientem et Occidente venturos et recubituros cum Abraham, Isaac, etc.; quando Matth. 24 prædixit Evangelium omni orbi prædicandum; quando Joan. 12 dixit: *Omnia tribum ad me ipsum;* quando misit discipulos, precipiens ut docerent omnes gentes, Matth., Marc., et Luc., ultimo. Christus itaque pacem Judæis per se ipsum annuntiavit, gentilibus autem per suos apostolos.

VERS. 18. — *QUONIAM PER IPSUM HABEMUS ACCESSUM...* Fructus incarnationis est ad Deum nobis aditum dare, ut illum dignè adoremus, oremus, illique dignè serviamus. Hæc igitur, Christo capiti nostro unti, faciamus; per ipsum, cum ipso, et in ipso adoremus, amemus, oremus, clamemus: *Abba, Pater.* Hanc proximè vide in cap. 3, post v. 16. Vide et in aliis locis ibi citatis.

VERS. 19. — *ERGO JAM NON ESTIS HOSPITES...* sed cives. Græc.: *Sed estis concives sanctorum.* SYR.: *Sed filii civitatis sanctorum, et filii domus Dei.* Ex dictis concludens, Ephesius ostendit quantum ex suâ justificatione, seu suâ ad Christi fidem conversione, proficet vos, qui longè fuistis, et nos qui propè, in uno Spiritu sancto, id est, per eundem Spiritum ductorem et impusorem, ad Deum Patrem, ut recepti ab eo in gratiam, et pro filiis agniti, clamemus orantes: *Abba, Pater, etc.*

VERS. 19. — *Ergo jam non estis (ut eratis in gentilitismo) hospites ad advenæ, peregrini et accolæ, vel advenæ, qui scilicet aliunde venientes commigrarunt in alienam civitatem vel provinciam.*

Sed estis cives, Græcè concives, sanctorum, id est, in eandem cum illis civitatem ascripti. Et domesticus Dei, id est, unâ cum illis pertinentem ad domum, cuius paterfamilias est Deus. Ita Ambrós. et Anselm.

fecerint. *Eratis hospites, v. 12, nunc autem non estis amplius hospites et alieni à jure civium, sed cives, seu concitoyes sacrorum, filii civitatis sanctorum. Eratis sine Deo, v. 12; longè à Deo, v. 15; nunc autem possessores Dei, id est, membra Ecclesiae, quæ est unica civitas, domus, et familia Dei.*

VERS. 20. — *SUPERÆDIFICATI SUPER FUNDAMENTUM...*, hoc est, supra novum et vetus Testamentum collocati, ait Ambrosius; quod enim apostoli predicaverunt, prophete futurum prædixerunt, idem Ambrosius, Prophete disposerunt, apostoli fundamenta fecerunt, idem. Jesus Christus est primarium Ecclesiae fundamentum, 1. Cor. 3, v. 11, et aliud, primarium scilicet, esse non potest. Apostoli sunt fundamenta secundaria, Apoc. 21, 14, nempe post Christum; primi enim sunt dignitate in Ecclesia, et super ipsorum doctrinam fundata est Ecclesia. Prophete veteris Testamenti, de his enim ille agit, sunt etiam fundamenta, quia eodem Christi fidei predicaverunt, at apostolis inferiora, quia Christum futurum obsecravit et inter Judæos tantum predicaverunt. Christus lapis annuntius, id est, extensus, inos, infusus, quia omnem sustentat fabricam. Dicitur et *angularis*, quia in angulis est precipuus vis qui sustentat ædificia. Aluodit Paulus ad Isai., cap. 28, v. 16, et ad Psal. 117, v. 22.

VERS. 20. — *Superædificati super fundamentum prophetarum et prophetarum, id est, super apostolos et prophetas, qui sunt fundamentum Ecclesiae.* Apostolorum enim et prophetarum fides, doctrina, prædicationi, institutioni, quæ sunt fundamentum Ecclesiae, Augustinus, Christum esse fundamentum fundamentorum, sive primum, cui ipsi apostoli et tota Ecclesia innuntiat; apostolos vero post Christum esse secundarium fundamentum, Matth. 16, dicit Christus Petro: *Tu es Petrus, et super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam.* Si Petrus est petra hæc, ergo est fundamentum Ecclesiae; petra enim supra quam ædificatur Ecclesia, alia esse non potest, quam petra fundamentalis Ecclesiae.

Ipsa summo angulari lapide (scilicet existente) Christo Jesu; q. d.: Christus, quasi lapis angularis valde

Corollarium pietatis, seu in hoc capite ad pietatem maxime notanda et ad proximum redigenda.

1^o Nota horrendam hominis peccatoris picturam, v. 5, ut ali hoc verè miserando statu fugias, si fueris in peccato; liberatori autem tuo gratias agas, si per Christi gratiam sis à peccato liber. Vide v. 5, in fine.
2^o V. 4 et 5, nota felicem hominis justificati statum; cum Christo surrexit à mortuis, ascendit in cælum, sedet à dextris Dei, quia per gratiam sacrificantiem jus habet et ad resurrectionem, et ad ascensionem, et ad participationem æternæ Christi gloriæ. Vide v. 4 et 5, et observationes morales.
3^o Nota quid sit justificatio; scilicet creatio, quæ fit

CAPUT III.

1. Hujus rei gratia, ego Paulus vincetus Christi Jesu, pro vobis gentibus:
2. Si tamen audistis dispensationem gratiæ Dei, quæ data est mihi in vobis:
3. Quoniam secundum revelationem notum mihi

VERS. 21. — *IN QUO OMNIS ÆDIFICATIO...* In eodem commentatur totum ædificium. Vide paraphrasim.

VERS. 22. — *IN QUO ET VOS COÆDIFICAMINI...* *Dicit et vos in co ædificamini in habitaculum Dei per Spiritum.* Vide paraphrasim.

Observatio dogmatica.

Hinc collige quòd Ecclesia est civitas, domus, templum vivum Dei. Cujus fundamentum primarium lapisque angularis est Jesus Christus, Filius Dei vivi. Hinc Ecclesia firma, stabilis, contra quam non prevalebunt portæ inferi. Secundaria fundamenta apostoli et prophete, quia super ipsorum doctrinam fundata est Ecclesia. Hinc inmutabilis Ecclesiæ doctrina, quæ potest explicari, sed non immutari. Hujus templi lapides et partes sunt omnes fideles, cujuscuque generis, sexus, ætatis. Hinc laicum, spatiosum, catholicum, et aliis semper assurgens per coedificationem novorum fidelium. Architectus hujus templi Spiritus sanctus, per cujus operationem unusquisque fidelis coedificatur, et cum aliis fidelibus charitate, quasi glutine, necitur et coaguntur. Hujus templi inhabitator Deus ipse. Hinc sanctum est et venerabile dignum. Hinc et unusquisque fidelis debet esse sanctus, utpote templum et habitaculum Dei.

dismissus continet fundamentum et structuram totam Ecclesiam, ejusque utrumque parietem, Judæos scilicet et gentes, ipse quasi medius in se quasi angulus in paucis osculo necit et unit. Ita Hier., August., Beda.
VERS. 21. — *In quo (per quem) videlicet Christum qui processit omnis (tota) ædificatio (ædificium, fabrica) constructa, id est, compaginata, compacta, commentata, creavit in templum sanctum, in Ecclesiam, quæ est domus sancta et templum Dei, in Domino, per Dominum, vel potius in Domino, id est, Dominum, ut sitis templum sanctum a Domino.*

VERS. 22. — *In quo (per quem, scilicet Christum jam dictum) vel in quo, scilicet templo, et vos coedificamini in habitaculum Dei (in templum Ecclesiae jam dictum in quo quasi in domo sua habitat Deus) in Spiritu, per Spiritum sanctum.*

pietatem maxime notanda et ad proximum redigenda.

nova in Christo creatura. Quomodo fit hæc creatio; per Christi gratiam, v. 8, 10. Ad quid fit hæc creatio; ad opera bona toto vitæ tempore faciendâ, ut in illis ambulemus, circumambulemus, ait D. Paulus, v. 10, id est, ut omne genus honorum operum indecemer faciamus, v. 10. Attende tibi, et vide quomodo hinc divina circa te voluntati correspondet. Vide observationem moralem, in fine, v. 10.

4^o Nota infelicem hominis christianum in inferis statum; præ omnibus damnatis damnatus est. Vide v. 11, et observationem moralem.

CHAPITRE III.

1. C'est pour ce sujet que j'ai reçu mon ministère, moi Paul, qui suis prisonnier pour l'amour de Jésus-Christ, en faveur de vous autres gentils.
2. Car vous savez appris sans doute de quelle manière Dieu m'a donné la grâce de l'apostolat, pour recevoir envers vous,
3. M'ayant découvert par révélation ce mystère,

factum est sacramentum, sicut supra scripsi in brevi:

4. Prout potestis legentes intelligere prudentiam meam in mysterio Christi,

5. Quod aliis generationibus non est agnoscitum filiis hominum, sicuti nunc revelatum est sanctis apud apostolos ejus et prophetis in Spiritu:

6. Genes esse coheredes, et concorporales, et participes promissionis ejus in Christo Jesu per Evangelium;

7. Cujus factus sum minister, secundum donum gratiæ Dei, quæ data est mihi secundum operationem virtutis ejus.

8. Mihi omnium sanctorum minimo data est gratia hæc, in gentibus evangelizare investigabiles divitias Christi,

9. Et illuminare omnes, quæ sit dispensatio sacramenti absconditi à sæculis in Deo, qui omnia creavit:

10. Ut innoscat Principibus et Potestatibus in cælestibus per Ecclesiam, multiformis sapientia Dei:

11. Secundum præfinitionem seculorum, quam fecit in Christo Jesu Domino nostro,

12. In quo habemus fiduciam et accessum in confidentiâ per fidem ejus.

13. Propter quod peto ne deficiatis in tribulationibus meis pro vobis; quæ est gloria vestra.

14. Hujus rei gratia flecto genua mea ad Patrem Domini nostri Jesu Christi,

15. Ex quo omnis paternitas in cælis et in terrâ nominatur:

16. Ut det vobis secundum divitias gloriæ suæ, virtute corroborari per Spiritum ejus in interiore homine,

17. Christum habitare per fidem in cordibus vestris; in charitate radicati et fundati,

18. Ut possitis comprehendere cum omnibus sanctis, quæ sit latitudo, et longitudo, et sublimitas, et profundum:

19. Scire etiam supereminentem scientiam charitatem Christi, ut impleamini in omnem plenitudinem Dei.

20. Et autem qui potens est omnia facere superabundanter quàm petimus aut intelligimus, secundum virtutem quæ operatur in nobis:

21. Ipsi gloria in Ecclesia, et in Christo Jesu, in omnes generationes seculorum. Amen.

Ostendit in superiori capite Ephesius, sua ad Christianum conversione divinitus collata, in hujus capite v. 1 Paulus se, ut hanc eis procuraret gratiam, contentum esse dicit; hincque sumit occasionem illis exponendi quomodo divina dispensatione factus sit gentium apostolus, v. 2. Primum ergo, v. 3, exponit eis quod illi per divinam revelationem involuit mysterium, de quo jam pauca, mysterium hæcenus incognitum, v. 5, scilicet vocationis gentium, ut sint cum Judæis coheredes,

dont je vous ai écrit ci-dessus, en peu de paroles;

4. Or vous pourrez connaître, par la lecture que vous en ferez, quelle est l'intelligence que j'ai du mystère de Jésus-Christ.

5. Qui n'a point été découvert aux enfants des hommes dans les autres temps, comme il est révélé maintenant par le Saint-Esprit à ses saints apôtres et aux prophètes;

6. Mystère qui est que les gentils sont appelés au même héritage que les Juifs, qu'il sont les membres d'un même corps, et qu'ils participent à la même promesse de Dieu en Jésus-Christ par l'Évangile,

7. Dont j'ai été fait le ministre par le don de la grâce de Dieu, qui m'a été conférée par l'opération de sa puissance.

8. De sorte que j'ai reçu, moi qui suis le plus petit d'entre tous les saints, cette grâce d'annoncer aux gentils les richesses incompréhensibles de Jésus-Christ;

9. Et d'éclairer tous les hommes, en leur découvrant quelle est l'économie du mystère de leur rédemption, caché dès le commencement des siècles en Dieu, qui a créé toutes choses:

10. Afin que les Principautés et les Puissances qui sont dans les cieux connussent par l'Église la sagesse de Dieu, si merveilleuse dans les ordres différents de sa conduite,

11. Selon le dessein éternel qu'il a accompli par Jésus-Christ notre Seigneur,

12. En qui nous avons, par la foi en son nom, la liberté et la confiance de nous approcher de Dieu.

13. C'est pourquoi je vous prie de ne point perdre courage, en me voyant souffrir tant de maux pour vous; puisque c'est là votre gloire.

14. C'est ce qui me porte à fléchir les genoux devant le Père de notre Seigneur Jésus-Christ,

15. Dont est nommée toute paternité dans le ciel et sur la terre,

16. Afin que, selon les richesses de sa gloire, il vous fortifie dans l'homme intérieur par son Esprit-Saint;

17. Qu'il fasse que Jésus-Christ habite par la foi dans vos cœurs; et qu'étant enracinés et fondés dans la charité,

18. Vous puissiez comprendre avec tous les saints quelle est la largeur, la longueur, la hauteur et la profondeur;

19. Et connaître l'amour de Jésus-Christ envers nous, qui surpasse toute connaissance; afin que vous soyez comblés de toute la plénitude des dons de Dieu.

20. Que celui qui, par la puissance dont il agit en nous, peut faire infiniment plus que tout ce que nous demandons, et tout ce que nous pensons,

21. Soit glorifié dans l'Église par Jésus-Christ, dans la succession de tous les âges et de tous les siècles. Amen.

ANALYSIS.

concorporales et participes, etc., v. 6. Deinde, v. 7, exponit quid hujus mysterii factus sit minister et proco, non suis meritis, sed meritis Dei gratiæ.

8. Mihi, inquit, omnium minimo, data est gratia gentibus annuntiandi incomprehensibiles Christi divitias, et omnibus exponendi sacramentum ab æterno absconditum in Deo, v. 9, et ipsi etiam privatis angelis non bene notum, v. 10, nimirum quod per Jesum Christum, Mediatorem nostrum, nos omnes Judæi et gentiles fiduciam

fecerint. *Eratis hospites, v. 12, nunc autem non estis amplius hospites et alieni à jure civium, sed cives, seu concitoyes sacrorum, filii civitatis sanctorum. Eratis sine Deo, v. 12; longè à Deo, v. 15; nunc autem possessores Dei, id est, membra Ecclesiae, quæ est unica civitas, domus, et familia Dei.*

VERS. 20. — *SUPERÆDIFICATI SUPER FUNDAMENTUM...*, hoc est, supra novum et vetus Testamentum collocati, ait Ambrosius; quod enim apostoli predicaverunt, prophete futurum prædixerunt, idem Ambrosius, Prophete disposerunt, apostoli fundamenta fecerunt, idem. Jesus Christus est primarium Ecclesiae fundamentum, 1. Cor. 3, v. 11, et aliud, primarium scilicet, esse non potest. Apostoli sunt fundamenta secundaria, Apoc. 21, 14, nempe post Christum; primi enim sunt dignitate in Ecclesia, et super ipsorum doctrinam fundata est Ecclesia. Prophete veteris Testamenti, de his enim ille agit, sunt etiam fundamenta, quia eodem Christi fidei predicaverunt, at apostolis inferiora, quia Christum futurum obsecravit et inter Judæos tantum predicaverunt. Christus lapis angulus, id est, extremus, imo, infimus, quia omnem sustentat fabricam. Dicitur et *angularis*, quia in angulis est precipuus vis qui sustentat ædificia. Aluodit Paulus ad Hebr., cap. 28, v. 16, et ad Psalm. 117, v. 22.

VERS. 20. — *Superædificati super fundamentum apostolorum et prophetarum*, id est, super apostolos et prophetas, qui sunt fundamentum Ecclesiae. Apostolorum enim et prophetarum fides, doctrinae, prædicationi, institutioni, quæ sunt fundamentum Ecclesiae, Augustinus, Christum esse fundamentum fundamentorum, sive primum, cui ipsi apostoli et tota Ecclesia innuntiat; apostolos vero post Christum esse secundarium fundamentum, Matth. 16, dicit Christus Petro: *Tu es Petrus, et super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam.* Si Petrus est petra hæc, ergo est fundamentum Ecclesiae; petra enim supra quam ædificatur Ecclesia, alia esse non potest, quam petra fundamentalis Ecclesiae.

Ipsa summo angulari lapide (scilicet existente) Christo Jesu; q. d.: Christus, quasi lapis angularis valde

Corollarium pietatis, seu in hoc capite ad pietatem maxime notanda et ad proximum redigenda.

1^o Nota horrendam hominis peccatoris picturam, v. 5, ut ali hoc verè miserando statu fugias, si fueris in peccato; liberatori autem tuo gratias agas, si per Christi gratiam sis à peccato liber. Vide v. 3, in fine.
2^o V. 4 et 5, nota felicem hominis justificati statum; cum Christo surrexit à mortuis, ascendit in cælum, sedet à dextris Dei, quia per gratiam sacrificantiem jus habet et ad resurrectionem, et ad ascensionem, et ad participationem æternæ Christi gloriæ. Vide v. 4 et 5, et observationes morales.
3^o Nota quid sit justificatio; scilicet creatio, quæ fit

CAPUT III.

1. Hujus rei gratiæ, ego Paulus vincetus Christi Jesu, pro vobis gentibus:
2. Si tamen audistis dispensationem gratiæ Dei, quæ data est mihi in vobis:
3. Quoniam secundum revelationem notum mihi

VERS. 21. — *IN QVO OMNIS ÆDIFICATIO...* In eodem commentatur totum ædificium. Vide paraphrasim.

VERS. 22. — *IN QVO ET VOS COEDIFICAMINI...* *Dicitur et vos in coedificamini in habitaculum Dei per Spiritum.* Vide paraphrasim.

Observatio dogmatica.

Hinc collige quòd Ecclesia est civitas, domus, templum vivum Dei. Cujus fundamentum primarium lapisque angularis est Jesus Christus, Filius Dei vivi. Hinc Ecclesia firma, stabilis, contra quam non prevalebunt portæ inferi. Secundaria fundamenta apostoli et prophete, quia super ipsorum doctrinam fundata est Ecclesia. Hinc inmutabilis Ecclesiæ doctrina, quæ potest explicari, sed non immutari. Hujus templi lapides et partes sunt omnes fideles, cujuscuque generis, sexus, ætatis. Hinc laicum, spatiosum, catholicum, et aliis semper assurgens per coedificationem novorum fidelium. Architectus hujus templi Spiritus sanctus, per cujus operationem unusquisque fidelis coedificatur, et cum aliis fidelibus charitate, quasi glutine, necitur et coagmentatur. Hujus templi inhabitator Deus ipse. Hinc sanctum est et venerabile dignum. Hinc et unusquisque fidelis debet esse sanctus, utpote templum et habitaculum Dei.

dismissus continet fundamentum et structuram totam Ecclesiam, ejusque utrumque parietem, Judæos scilicet et gentes, ipse quasi medius in se quasi angulus in paucis oculis necit et unit. Ita Hier., August., Beda.

VERS. 21. — *In quo (per quem) videlicet Christum qui processit omnis (tota) ædificatio (ædificium, fabrica) constructa, id est, compaginata, compacta, coagmentata, creavit in templum sanctum, in Ecclesiam, quæ est domus sancta et templum Dei, in Domino, per Dominum, vel potius in Domino, id est, Dominum, ut sitis templum sanctum a Domino.*

VERS. 22. — *In quo (per quem, scilicet Christum jam dictum) vel in quo, scilicet templo, et vos coedificamini in habitaculum Dei (in templum Ecclesiae jam dictum in quo quasi in domo sua habitat Deus) in Spiritu, per Spiritum sanctum.*

pietatem maxime notanda et ad proximum redigenda.

nova in Christo creatura. Quomodo fit hæc creatio; per Christi gratiam, v. 8, 10. Ad quid fit hæc creatio; ad opera bona toto vitæ tempore faciendâ, ut in illis ambulemus, circumambulemus, ait D. Paulus, v. 10, id est, ut omne genus honorum operum indecemer faciamus, v. 10. Attende tibi, et vide quomodo hinc divina circa te voluntati correspondet. Vide observationem moralem, in fine, v. 10.

4^o Nota infelicem hominis christianum in inferis statum; præ omnibus damnatis damnatus est. Vide v. 11, et observationem moralem.

CHAPITRE III.

1. C'est pour ce sujet que j'ai reçu mon ministère, moi Paul, qui suis prisonnier pour l'amour de Jésus-Christ, en faveur de vous autres gentils.
2. Car vous savez appris sans doute de quelle manière Dieu m'a donné la grâce de l'apostolat, pour recevoir envers vous,
3. M'ayant découvert par révélation ce mystère,

factum est sacramentum, sicut supra scripsi in brevi:

4. Prout potestis legentes intelligere prudentiam meam in mysterio Christi,

5. Quod aliis generationibus non est agnoscitum filiis hominum, sicuti nunc revelatum est sanctis apertis oculis ejus et prophetis in Spiritu:

6. Genes esse coheredes, et concorporales, et participes promissionis ejus in Christo Jesu per Evangelium;

7. Cujus factus sum minister, secundum donum gratiæ Dei, quæ data est mihi secundum operationem virtutis ejus.

8. Mihi omnium sanctorum minimo data est gratia hæc, in gentibus evangelizare investigabiles divitias Christi,

9. Et illuminare omnes, quæ sit dispensatio sacramenti absconditi à sæculis in Deo, qui omnia creavit:

10. Ut innoscat Principibus et Potestatibus in cælestibus per Ecclesiam, multiformis sapientia Dei:

11. Secundum præfinitionem seculorum, quam fecit in Christo Jesu Domino nostro,

12. In quo habemus fiduciam et accessum in confidentiâ per fidem ejus.

13. Propter quod peto ne deficiatis in tribulationibus meis pro vobis; quæ est gloria vestra.

14. Hujus rei gratiæ flecto genua mea ad Patrem Domini nostri Jesu Christi,

15. Ex quo omnis paternitas in cælis et in terrâ nominatur:

16. Ut det vobis secundum divitias gloriæ suæ, virtute corroborari per Spiritum ejus in interiore homine,

17. Christum habitare per fidem in cordibus vestris; in charitate radicati et fundati,

18. Ut possitis comprehendere cum omnibus sanctis, quæ sit latitudo, et longitudo, et sublimitas, et profundum:

19. Scire etiam supereminentem scientiam charitatem Christi, ut impleamini in omnem plenitudinem Dei.

20. Et autem qui potens est omnia facere superabundanter quàm petimus aut intelligimus, secundum virtutem quæ operatur in nobis:

21. Ipsi gloria in Ecclesia, et in Christo Jesu, in omnes generationes seculorum. Amen.

Ostendit in superiori capite Ephesius, sua ad Christianum conversione divinitus collata, in hujus capite v. 1 Paulus se, ut hanc eis procuraret gratiam, contentum esse dicit; hincque sumit occasionem illis exponendi quomodo divina dispensatione factus sit gentium apostolus, v. 2. Primum ergo, v. 3, exponit eis quod illi per divinam revelationem innotuit mysterium, de quo jam pauca, mysterium hæcenus incognitum, v. 5, scilicet vocationis gentium, ut sint cum Judæis coheredes,

dont je vous ai écrit ci-dessus, en peu de paroles;

4. Or vous pourrez connaître, par la lecture que vous en ferez, quelle est l'intelligence que j'ai du mystère de Jésus-Christ.

5. Qui n'a point été découvert aux enfants des hommes dans les autres temps, comme il est révélé maintenant par le Saint-Esprit à ses saints apôtres et aux prophètes;

6. Mystère qui est que les gentils sont appelés au même héritage que les Juifs, qu'il sont les membres d'un même corps, et qu'ils participent à la même promesse de Dieu en Jésus-Christ par l'Évangile,

7. Dont j'ai été fait le ministre par le don de la grâce de Dieu, qui m'a été conférée par l'opération de sa puissance.

8. De sorte que j'ai reçu, moi qui suis le plus petit d'entre tous les saints, cette grâce d'annoncer aux gentils les richesses incompréhensibles de Jésus-Christ;

9. Et d'éclairer tous les hommes, en leur découvrant quelle est l'économie du mystère de leur rédemption, caché dès le commencement des siècles en Dieu, qui a créé toutes choses:

10. Afin que les Principautés et les Puissances qui sont dans les cieux connussent par l'Église la sagesse de Dieu, si merveilleuse dans les ordres différents de sa conduite,

11. Selon le dessein éternel qu'il a accompli par Jésus-Christ notre Seigneur,

12. En qui nous avons, par la foi en son nom, la liberté et la confiance de nous approcher de Dieu.

13. C'est pourquoi je vous prie de ne point perdre courage, en me voyant souffrir tant de maux pour vous; puisque c'est là votre gloire.

14. C'est ce qui me porte à fléchir les genoux devant le Père de notre Seigneur Jésus-Christ,

15. Dont est nommée toute paternité dans le ciel et sur la terre,

16. Afin que, selon les richesses de sa gloire, il vous fortifie dans l'homme intérieur par son Esprit-Saint;

17. Qu'il fasse que Jésus-Christ habite par la foi dans vos cœurs; et qu'étant enracinés et fondés dans la charité,

18. Vous puissiez comprendre avec tous les saints quelle est la largeur, la longueur, la hauteur et la profondeur;

19. Et connaître l'amour de Jésus-Christ envers nous, qui surpasse toute connaissance; afin que vous soyez comblés de toute la plénitude des dons de Dieu.

20. Que celui qui, par la puissance dont il agit en nous, peut faire infiniment plus que tout ce que nous demandons, et tout ce que nous pensons,

21. Soit glorifié dans l'Église par Jésus-Christ, dans la succession de tous les âges et de tous les siècles. Amen.

ANALYSIS.

concorporales et participes, etc., v. 6. Deinde, v. 7, exponit quid hujus mysterii factus sit minister et proco, non suis meritis, sed meritis Dei gratiæ.

7. Mihi, inquit, omnium minimo, data est gratia gentibus annuntiandi incomprehensibiles Christi divitias, et omnibus exponendi sacramentum ab æterno absconditum in Deo, v. 9, et ipsi etiam privatis angelis non bene notum, v. 10, nimirum quod per Jesum Christum, Mediatorem nostrum, nos omnes Judæi et gentiles fiduciam

habereamus ad Deum, quasi filii ad Patrem, accedendi, v. 12.

§ 15. Propter quod, et quia hæc est vestra dignitas, et quia hoc est ministerium meum, rogo vos ne cadatis nimio ob affectionem et vincula quæ vestri causâ patior, et quæ sunt mea et vestra gloria. Quia autem infirma est omnia humana voluntas, Paulus, v. 14, genitricem et supplex Deum orat ut Ephesios intus Spiritu sancto

PARAPHRASIS.

1. Ut essetis cives sanctorum, domus, templum, habitaculum Dei, ego Paulus, pro Christi gloria nunc catenâ ligatus sum, et quidem vestri causâ, ô gentiles, quibus scilicet, Judæis indignantibus, Evangelium prædico.

2. Hæc, inquam, catenâ vestri causâ ligatus sum; si tamen audistis quatenusmodum divinâ dispensatione datos est mihi apostolatus inter vos, gentiles, administrandus;

3. Scilicet, inquam, audistis quod nunc vobis omnibus dico, mirum quod per divinam revelationem innotuit mihi mysterium vocationis gentium, de quo supra, duobus mirum præcedentibus capitulis, breviter scripsi;

4. Non quantum mysterii dignitas exigeret, sed quantum sufficit ut legentes percipiatis meam circa hoc Christi mysterium intelligentiam, seu quousque in illius arcani cognitione, Deo revelante, penetraverim;

5. Mysterium, quod aliis superioribus seculis non fuit illis hominibus ita clarè manifestatum, sicut nunc per Spiritum sanctum revelatum est sanctis apostolis et prophetis novæ legis;

6. Scilicet, quod gentiles, etiam non facti proselyti, sint una cum Judæis ejusdem cælestis hereditatis coheredes; utpote Dei filii, ejusdemque corporis, nimirum Ecclesiæ membra, sub uno capite Christo; et per hoc caput participes omnium benedictionum cælestium olim Abrahamæ à Deo promissarum; idque omne per fidem quam habent Evangelio.

7. Cujus Evangelii, ego Paulus, factus sum minister et præco, non meis meritis, sed ex gratia Dei dono; sic tamen mihi gratis concessio, ut ex Deo gratia efficac sit ejus administratio ad gentium conversionem.

8. Mihi, inquam, qui sum omnium christianorum minimus, data est hæc gratia, ut in gentibus evangelicam incomprehensibilem Christi divitias, seu uberrimam gratiarum et bonorum copiam quam nobis contulit Christus,

9. Et ut omnibus exponam quàm sit admirabilis executio arcani illius quod ab æterno fuit absconditum in Deo, cujus soli notum qui omnia fecit;

10. Ita ut nunc, post hujus mysterii adimpletionem, primarius etiam illis angelorum ordinibus, qui Principatus et Potestates nuncupantur, quibus in locis cælestibus commorantur, pateat, per ea quæ à Chri-

corroret, v. 16, in eorum cordibus in charitate radicatis Christus inhabitet, v. 17. Orat, v. 18, ut divinum charitatis dimensiones intelligant, et pro merito eorum incomprehensibilem in nos Christi charitatem, v. 19, idque ut Deo plenè repleantur. Cui Deo æterna sit gloria in Ecclesiâ tantis ab eo per Christum affectu beneficiis, v. 20, 21.

sto et apostolis facta sunt in Ecclesiâ, verè miranda ac varia Dei sapientia.

11. Quam in seculis à se prædestinatis manifestavit in Christo Jesu Domino nostro;

12. In cujus nomine, et per fidem quæ ipsam Mediatorem et propitorem nostrum credimus, habemus fiduciam Deum alloquendi et ad ipsum confidenter accedendi, quasi filii ad Patrem.

13. Cùm ergo hæc sit vestra dignitas, ut per Christum habeatis ad Deum, tanquam ad Patrem, accessum, rogo vos ne cadatis animo propter afflictiones et vincula quæ vestri causâ patior, quia scilicet vobis et aliis gentilibus Christum evangelizo; imò vos exultare et gloriarî propterea convenit; siquidem hæc vincula et passiones sunt mea, vestraque gloria.

14. Propter hoc, ne meis scilicet malis terrii, deficiatis, flecto genua, humiliterque rogo Deum Patrem Domini nostri Jesu Christi,

15. Qui non solius Christi, sed omnium, tam angelicarum quàm humanarum familiarum pater et auctor est, licet diversimodè; supplex, inquam, Deum rogo, ut pro immensâ largitate, ac bonitate suâ, quæ gloriatur,

16. Det vobis per incrementum gratiæ, et spiritus interni, sic corroborari, ut interior vester homo robustior evadat in dies.

17. Concedat ut per fidem Christus habitet in cordibus vestris, sitque in charitate radicatus et fundatus,

18. Ut cum omnibus christianis, quibus idem opto, possitis intelligere quæ sint dimensiones bonitatis divini in mysterio redemptionis hominum, et vocationis gentium.

19. Oro etiam ut possitis plenè scire, et pro merito æstimare charitatem quam Christus in hoc eodem mysterio erga nos exhibuit, licet omni scientiæ supereminentem, id est, licet major sit, quàm ut humanâ possit cognitione comprehendi. Quæ omnia vobis opto, ut plenè et perfectè Dei cognitione, amore et omnium bonorum divinarum plenitudine repleamini.

20. Et autem, qui per vim et potentiam gratiæ, quam in nobis operantem quotidie experimur, potest superabundanter et cumulâtè facere supra omnia illa quæ petere ut cogitare possumus,

21. Ipsi, inquam, æterna sit gloria, in Ecclesiâ, tantis beneficiis affectu, per Christum Jesum Mediatorem nostrum. Amen.

COMMENTARIA.

VERS. 1. — HUIUS REI GRATIA; SYR., propterea; id est, ut essetis cives sanctorum, domus, templum, habitaculum Dei, de quibus in capite secundo à v. 19.

Ego PAULUS, electus à Christo ad portandum nomen eius coram gentibus, Act. 9.

VINCITUS CRUCI JESU; SYR.: Vincitum xpm Christi Jesu; Arab.: Mancipium suum Jesu Christi vincitum propter vos; D. Chrysostomus, Theophylactus, vincitum xpm...; S. Anselmus, D. Thomas, vincitum xpm. Sobaudiendum ergo verbum xpm. Hoc hinc supplemento resiliit articulus Græcus præpositus verbo, vincitum, ô dilectus, ego Paulus, ille vincitum; sed notat quid vincula Pauli in totâ Ecclesiâ essent celeberrima.

Scripsit Roma, catenâ ligatus, sive intra biennium, quo Romæ sub militis erat custodia, Act. 28, 16. Quia enim gentibus Evangelium prædicaverat, à Judæis accensatus fuit, et propterea Romam venit vincitus, utpote qui ad Casarem appellaverat. Sive ultimo vite sue anno, et postquam ante mortem, ut voluit alii, quæsecutus sum in præfatione, quam vide.

Vincitum Christi Jesu, id est, pro nomine, pro gloria, et in causâ Jesu Christi.

Pro VOIS GENTIBUS, id est, ad utilitatem et salutem vestram, ô gentiles, quorum factus sum doctor, et quia salutis verbum vobis annuntio.

Nota litterata.

Necessario è duobus unum, scilicet vel supplementum est verbum substantivum eum, vel parenthesis agnoscenda. Primum elegi post versiones Syriacam, Arabicam, post D. Chrysostomum, Theophylactum, post S. Anselmum, D. Thomam, Gagneum, Tirinum, Erasmus, Fromondium. Multi tamen, tum antiqui, tum recentiores, parenthesis agnoscunt; qui quidem omnes consentiunt de parenthesis initio, nimirum versu secundo, si tamen audistis... de fine verò ejusdem parenthesis dissentiunt. D. Hieronymus vult quod finiat v. 5: Mihi notum factum est, etc., ita ut sensus sit: Ego Paulus... cognovi mysterium, etc.; Œcumenius putat quod desinat v. 8, casu tamen mutato. Ego Paulus... mihi, omnium sanctorum minimo... In hæc sententiâ subintelligendum est in primo versu, ego Paulus, ministerium apostolatus inter gentes accepti; quod idem est ac: Mihi omnium sanctorum minimo data est gratia hæc, etc. In hæc sententiâ, si tamen audistis, versis secundi, non erit vox dubitantis, sed asserentis: hinc est vertunt siquidem.

Theodoretus, et post ipsum recentiores plurimi, Estius, Cornelius, etc., putant parenthesis desinere v. 14, ubi eadem repetit verba: Hujus rei gratiâ, etc. In hæc sententiâ postquam D. Paulus dixit, v. 22, e. 2, in quo et vos coadjuvabimini..., mox ad Deum conversus intendit orare pro hujus templi spiritualis perfectione, et dicere: Hujus rei gratiâ flecto genua, orans ut in fide vos corroboret.

VERS. 1. — HUIUS REI GRATIÂ, ego Paulus vincitum Christi Jesu, etc. Gloriarî enim Paulus de vinculis suis pro Christo susceptis, quasi de insignibus sui apostolatus et martyrii, sicut rex gloriatur de suo

At dubitans, inquam, num hunc metaphoricam adificationis et templi spiritualis sermonem satis intellexerint Ephesii; dubitans etiam num satis intelligant administrationem gratiæ sibi datæ, Evangelii gentibus prædicandi, et consequenter num intelligant quod dixit: Ego Paulus vincitum Christi Jesu pro vobis gentibus; hæc suâ dubitatione distractus, inquit, orationem inceptam interrumpit, et quasi suspensid, donec charitas et fides explicuerit et mysterium vocationis gentium, et suum inter gentes apostolatum.

In hæc sententiâ, si tamen audistis, etc., verè dubitantis est; ex hocque suo dubio sumit occasionem per longam parenthesis clarior explicandi quomodo divinâ dispensatione gentium factus sit prædicator.

Quamcumque amplectaris hæc in re opinionem; non plurimum refert, cum omnes habeant et sua fundamenta et suos auctores; nulla autem omni caret difficultate. D. Hieronymi interpretationi obstat vox interposita quoniam, obstat et solocismus. Œcumenii interpretatio, præter longum, quod admittit, supplementum, cogitur solocismus agnosceret in textu apostolico, et Paulum in alienâ lingua balbutientem fateri, sicut loquitur D. Hieronymus.

Theodoretus opinio longiorem admittit parenthesis, et longiorem in oratione distractionem, et quidem voluntariam, et, ut mihi videtur, sine necessitate. Supplemento verbi sum, solus obstat articulus præpositus, ô dilectus, ille vincitum. Sed præterquam quod, ut dixi, denotat celebritatem vinculorum Pauli, hæc difficultas D. Chrysostomum, Græcum, non deteruit, et sanè cæteris minor est, si bene perpendatur alie. Afunde autem hæc unico supplemento (quod Hebræis familiare) addito, totius capitis sensus connexus est, et cum præcedentibus, et cum sequentibus, ut in analysi, et paraphrasi videri potest. Nihil ergo cogit ad obscuram et longiorem parenthesis recurrence. Adde quod si quæ Græci sermonis imperitia cum D. Hieronymo hic agnoscenda, puto quod minima sit eligenda.

Observatio moralis.

De suis vinculis gloriatur Apostolus: Ego Paulus, ille vincitum Christi Jesu. Similiter et alii omnes apostoli, libet quædam, quia pro nomine Jesu digni habent, etc. Quidam sic in nostris gloriamur infirmitatibus et humiliactionibus nostris? Hanc gloriam dat fides viva. Credo ergo verbo Christi dicentis: Beati qui nunc fectis, etc.; beati pauperes, etc.; beati qui persecutionem patiuntur, etc.; gaudebis et exultabis, quia merces tua magna erit in celo. Quisquis pro Christo profundius humiliatur, eo gloriosior est coram Deo, et erit in æternum. Hoc crede, et gaudebis, et gloriaberis patiens, et humilissimus.

VERS. 2. — SI TAMEN AUDISTIS... Arabica versio: Si fortè audistis. Vult eos scire quod Dei iudicio à Chri-

terque aut diademate. Vincitum esse propter Christum, inquit Chrysost., illustris est, quam sive apostolum, sive doctorem, sive evangelistam esse.

VERS. 2. — SI TAMEN AUDISTIS; q. d.: Pro vobis

to missus est predicare gentibus mysterium gratiae Dei, ait Ambrosius. Quod forte toto triennio, quo Ephesi moratus est, non dixerat passim omnibus, modum et miraculum suae conversionis, quia sancti non solent nisi coacti predicare dona Dei in se, ait Fremondus.

DISPENSATIONEM, Graec. τῆς ἀναστάσεως. (Economia autem est prudens dispositio rei domesticae, seu assignatio partium, quam in domo faciunt patresfamilias, aut aliorum vice dispensatores rei domesticae. Hic vero economia significat illam apostolatū partem D. Paulo datam, Evangelium gentibus praedicandam.)

GRATIA, id est, apostolatū. Apostolatū, praebatur, munus praedicationis, gratia pura, gratis data, ad aliorum utilitatem gratuito concessa. Hinc non ambienā, non hominum favore quaerenda. Ad laborem, non ad quietem et ad delicias desideranda.

VERS. 5. — QUONIAM SECUNDE REVELATIONEM... id est, si audiat, quoniam... Ut hanc dispensationem melius intelligant omnes, incipit eam, fusius enarrare. Ac primo, exponit eis quo modo sibi innotuit mysterium vocationis gentium, scilicet per divinam revelationem.

SICUT SUPRA SCRIPSI, Graec. ὡς ἔγραψα. Sicut ante scripsi, ait Ambrosius; proscripti, ait Hieronymus, scilicet in primo et secundo capite hujus Epistolae.

IN BREVI, id est, breviter et paucis. (Economus interpretatur: Sicut supra scripsi in modico, id est, paulo ante, in fine capituli praecedentis. Theodoretus autem, de quo nunc scripsi, etc.)

VERS. 4. — PROUT POTESTIS; Graec., ad quod potestis, id est, juxta quod, Theophylactus. Prout potestis, ibi legere et LEGENTES INTELLIGERE MEAM CIRCA HOC MYSTERIUM PRUDENTIAM; Graec., intelligentiam; Theophylactus, cognitionem meam. D. Paulus prudentiam, sapientiam, intelligentiam, scientiam saepe confundit.

VERS. 5. — QUOD ALIIS GENERATIONIBUS; Syr.: Quod quidem in aliis aetatibus non innotuit filiis hominum, etc. Quae de vocatione gentium ab Isaia et aliis prophetis dicitur, generalis sunt et obscura. Apostolus autem revelata sunt clarior et etiam circumstantiae: nimirum

gentibus vinetus sum, siquidem pro vobis evangelizo, propter Evangelium autem vinetus sum, uti omnibus, maxime vobis, notum et clarum est. Siquidem analitica dispensationem (administrationem) gratiae Dei; quae scilicet dispensatio, data est mihi in vobis inter gentes.

VERS. 5. — Quoniam; q. d.: Audistis quoniam, id est, quod, secundum revelationem notam mihi factam est sacramentum, mysterium, scilicet Christi, patre arcatum illud et magnum pietatis sacramentum, quod passim praedico et admiror, de Christi incarnatione, resurrectione, praedestinatione, salvatione, et ad eam vocatione, non tantum Innotuit, sed et gentium; hanc enim gentium vocationem potissimum hic et alibi admiratur et celebrat Paulus.

Sicut supra scripsi, de hoc sacramento et mysterio, in brevi, in modico, id est, paucis et breviter.

VERS. 4. — Prout potestis legentes (cap. 1 et 2) intelligere prudentiam, id est, intelligentiam, meam in mysterio Christi. Nulla enim, inquit Hieron., Episto-

rum quod ad eandem omnino gratiam et Ecclesiam cum Judaeis essent admittende gentes, non facte proselytae, sine circumcissione, sine lege Moaisa, etc.

VERS. 6. — GENTES ESSE COHEREDES. Explicat ea quae clarior et distinctior noverunt apostoli et novae legis prophetae, qui frequentes erant in Ecclesia D. Pauli temporibus. Vide paraphrasim.

COMPARTICIPES PROMISSIONIS EVS. Communiter intelligitur de promissionibus a Deo factis populo Judaico, seu Abrahae de Christo et salute. Potent etiam explicari de Spiritu sancto, qui promissum Dei dicitur. Itaque et ejusdem Spiritus sancti a Deo per Christum promissi participes.

Observationes morales.

Ex hoc versu disce quod omnes Christiani sint ejusdem Patris, Dei scilicet, filii et coheredes, ejusdem Christi commembra, ejusdem Spiritus sancti participes. Quanta ergo omnium nostrum in Deo nobilitas! at quanta omnium nostrum debet esse mutua charitas et unio!

Ex v. 5 disce quod sicut apostolis major data est mysterium Dei cognitio quam veteris Testamenti prophetis, ita per apostolos major communicata fuerit nobis Christianis cognitio Dei, quam ipsis prophetis a Deo communicata fuerit. O nos ergo felices, quibus a Christo per apostolos major data est Dei cognitio quam ipsa olim prophetis! Sed, o nos infelices, si in tantis mysteriorum luce Deum, sicut novimus, non glorificamus! Cognitio nostra major, et nostra major erit damnatio. Ergo sicut novimus, sic amemus, sic laudemus; sic vitam et opere colamus.

VERS. 7. — CURS FACTES SIME MINISTER. Exponit nunc quomodo Evangelii gentibus praedicandi factus est a Deo per Christum minister. Cujus Evangelii factus sum praeco, non meis meritis; eram enim Christi et Ecclesiae christianae persecutor accerrimus;

Sed SECUNDUM DONUM GRATIAE DEI, id est, ex dono Dei meré gratuito;

SECUNDUM OPERATIONEM VIRTUTIS EJS; Graec., secundum inchoationem, efficaciam potentiae ejus. Dei scilicet. Quibus variis Apostolus denotat efficaciam apostola-

rum Pauli tanta habet mysteria, tamque reconditis sensibus involuta est, atque lae.

VERS. 5. — Quod aliis generationibus, id est, aliis saeculis, non est agnitione filii hominum, id est, hominibus; sicuti nunc revelatum est sanctis apostolis et prophetis, novè scilicet Testamenti, in Spiritu, id est, per Spiritum sanctum.

VERS. 6. — Gentes esse coheredes, id est, una cum Judaeis ejusdem hereditatis coheredes consortes, tanquam Dei filios. Et incorporatae, id est, ejusdem corporis membra sub uno capite Christo. Et participes promissionis, hoc est, promissae beneficentiae ejus, scilicet Dei, vel Spiritus sancti; inquit in Christo Jesu, id est, per Christum Jesum, qui hanc Dei promissionem promulgavit, per sumum Evangelium.

VERS. 7. — Cujus, scilicet Evangelii Christi, factus sum minister secundum donum gratiae Dei, id est, per donum gratiae Dei. Quae data est mihi secundum operationem, id est, efficaciam, et efficaciam operatione virtutis (potentiam) ejus; q. d.: Apostolatū non inane,

is sui, per divinam virtutem, sicut probat illum ab effectu, seu per miracula, quae divina potentia patrabat. Sensus ergo est: Factus sum Evangelii minister, ex dono Dei meré gratuito, quod mihi datum est ad ministrandum, non meis viribus, sed per efficaciam virtutis et omnipotentiam Dei.

VERS. 8. — MINIMORUM SANCTORUM MINIMO; Graec., ἡμισημεριον, quasi decret, minimiori. Ex ἀγογῆς, minimius, hinc ἡμισημεριον, minimior, quasi comparativum ex superlativo, minimo minimior. Repetit ergo cum exaggeratione quae versiculo praecedenti dixit, mihi, inquam, Christianorum minorum minimo, inō minimorum minimiori, peccatorum autem maximō, DATA EST HEC GRATIA... Observa hic et mirare D. Pauli modestiam, ubi de sua personā agitur; se minimo minimiorem, infimo infimiorē, postremo postremo repat et dicit. Hincque discamus: Quod quis alius suo ministerio elevatur, eō profundius in semetipso et coram hominibus humilitate, deprimatur. Sicut in D. Paulo, sic et in omni Christi ministro, necessaria sunt duo: humilitas, quae se suo ministerio indiget; fiducia in Dei virtute quae liberet et auctoret agriam Dei nomine et auctoritate.

Triā D. Paulus ad praedicationem attulit, ait D. Chrysostomus, ferventem animum et ad omnia ferenda paratum; intelligentiam, seu sapientiam; vitam, in qua non cadet reprehensio. Hoc! ne digni quidem sumus, qui Pauli vel meminimus! vide D. Chrysostomum, agnosces quā a D. Paulo distemus concionatores.

VERS. 9. — ET ILLUMINARE OMNES, QUAE SIT DISPENSATIO; Graec., economia; hinc theologi incarnationem et nostrae redemptionis opus vocant economiam; quae nomine intelligunt quaecumque Christus in carne assumpta fecit, aut passus est. Hic autem economia, seu dispensatio, potest dupliciter considerari, vel in mente Dei, vel in opere, seu executione. Juxta primam acceptionem, sensus erit: Ut manifestem omnibus quā sit admirabilis economia, et aeterna Dei ordinatio circa vocationem gentium, per nativitatem, mortem et resurrectionem Christi; juxta secundam, quae videtur magis ad mentem Apostoli, sensus erit: Ut doceam quā sapienter, hoc tempore, Deus per

otiosum et vacuum accipi, sed talem qui poterit et efficaciter operetur conversionem gentium etiam barbararum.

VERS. 8. — Mihi omnium, non tantum apostolorum, sed et sanctorum, id est, Christianorum, minimo, Graec. ἡμισημεριον; q. d.: Inferior et infimior sum infimo, mihi sum minimo; data est gratia haec, in quibus evangelizare incognoscibilis, sive incomprehensibilis dicitur Christi, significat impenetratam beneficentiam Christi, id est, eorum quae per Christi meritum abundantissime, velut ex infinito thesauro, nobis a Deo conferuntur.

VERS. 9. — Et illuminare omnes, significat alios docere, aliis locum veritatis et fidei impertiri. Sicut enim sol sub luce tenebrosos loca illuminat, ita doctor clarā suā doctrinā illuminat tenebrosos et ignorantibus hominum mentes.

Quo si dispensatio sacramenti obsecravit à seculis in Deo, quia omnia creavit, id est, quod, quale et quā-

Jesum Christum executus sit mysterium redemptionis nostrae et vocationis gentium, arcana lucisque sibi soli notum.

QUI OMNIA CREAVIT; Graecus textus addit: Qui creavit omnia per Jesum Christum; et ita legitur D. Chrysostomus et Theodoretus. Si referatur ad creatū, intelligi debet de Jesu Christo, ut Deo et Dei Filio, juxta illud Joan. 1: Omnia per ipsum facta sunt. Si referatur ad quae sit dispensatio... intelligi debet de merito passionis Jesu Christi, Dei hominis. Primus sensus videtur hic naturalior; hinc Theodoretus: Qui omnia fecit unā secum operante Filio. Putatur autem et cum fundamento, quod Apostolus scholam Simonis Magi percussit, qui dicebat hunc mundum corporum ab angelis factum esse.

Observatio moralis.

Observa hic evangelii ministerii munus, scilicet incomprehensibilis Christi dicitur evangelizare et illuminare omnes... Apostoli, evangelizati, sunt inter ceteros homines quod superiores angeli sunt inter inferiores. Sicut angeli sunt Dei celestes ministri, ita apostoli sunt terrestres angeli; ad horum ministerium non est impar celestium angelorum ministerio: apostoli enim sicut et angeli superiores purgant, illuminant et perficiunt. Hinc in Apoc. 19, 10, angeli nolunt ab apostolis coli, videri ut faceris, conseruus tuus sum.

Conservi sunt apostoli et angeli, omnesque Dei ministri. Cogitet hic et supra se reflectat prelati, apostolus, concionator, omnis Dei in Ecclesia minister, et videt quomodo sum obsecratus: an lucei, sub qua luce alios illuminat, purgat, perficit, an e contra sumat, suique fami obscuritate et fetore alios obscurat, obtebrat, inducit et perdit. Va praevicatoribus!

VERS. 10. — UT INNOTESCAT PRINCIPATIBUS... Syr.: Ut per Ecclesiam innotescat sapientia Dei differentis plena, Principatibus, etc.; Graec.: Ut innotescat nunc, etc., id est, ita et nunc; post hujus mysterii adimpletionem, primariis etiam angelis perfectè innotescat, etc. Angeli, archangeli, etc., qui ante incarnationem tantam Dei erga gentes bonitatem, multaque Christi mysteria, vel ignorant, vel noverant

ann sit sacramentum, sive mysterium hoc, quod habetur per tot saecula, imo ab aeterno absconditum fuit in Deo, in Dei scilicet mente, consilio et praedestinatione; jam vero dispensatum, id est, erogatum, distributum est, omnibusque propositum et oblatum.

VERS. 10. — Ut innotescat Principatibus et Potestatibus, illis scilicet ordinibus angelorum qui dicuntur Principatus, id est, principes; et Potestates; hoc est potentes. Sub his ceteros angelorum ordines intellige. Ita Hieron., Chrysost., Theoph. In ceteris, scilicet locis commemoratis. Per Ecclesiam multiformis sapientia Dei. Per Ecclesiam, id est, per ea quae gesta sunt à Christo et apostolis in Ecclesia, perque gratias sancti et Christianorum angelis innotescat, quae prius ignorabant. Fuit, inquam, nota per Ecclesiam, dum in ea quodvis computat tot et tanta, tamque multiplici divine sapientiae opera, prius in mente recondita.

tantummodo quoad substantiam, non verò quoad species, modos et circumstantias, per ea quae gesta sunt in Ecclesia, per tot et tanta bona illi collata, et per tam diversos in eâ gradus et bene dispositos ordines, didicerunt multiflorum et differentis plenam Dei sapientiam. Sen, ut ait Theophylactus, beneficia nostra magistri sunt iis sapientia Dei. Per Ecclesiam, per apostolos, per homines, ipsis primariis angelis patefacta sunt arcana Dei; quantum honore hominum? Paulus angelorum evangelista, eos illuminavit, ait D. Chrysostomus. Hinc, in Apoc. 19, 10, angeli colunt ab apostolis, quasi majore in ministerio collocatis.

Hic et Paulus Simonianos percussit, qui volebant angelos à nobis adorandos, et nostros esse ad Deum mediatores.

VERS. 11. — SECUNDUM PREFATIONEM... QUAE... Illud, quod, in Graeco et in Latino est ambiguum, potestque referri et ad sapientiam, et ad Ecclesiam, et ad profanationem. D. Hieronymus ad sapientiam refert; alij ad Ecclesiam, communiter ad seculorum profanationem. Hinc praeter sensum in paraphrasi datum, potest etiam sic explicari: Quae omnia fecit eo tempore quod ab aeterno decrevit ea se facturum per Jesum Christum; vel secundum antiquissimum, seu aeternum consilium et decretum, quod per Christum Jesum executus est.

VERS. 12. — IN QO HABEMUS FIDUCIAM... Fides est origo fidei et confidentiae in Deum, confidentiae ad illum accedendi, fidei impetrandi. Fides pium, quae credimus Christum nobis à Deo datum, ut mediator et propitiatorum nostrum. Hanc fidem in omnibus nostris orationibus habere studeamus. Nostra praxis continua sit Christo mediatori nostro uni, per ipsum et in ipso ad Deum accedere; per quem omnia, sive quae nihil; de hâc praxi vide in fine capit. v. 21.

VERS. 13. — PROPTER QUOD PETO SE DEFICIATIS... Graec. *id est peto non segnescere*, quod potest et ad D. Paulum et ad Ephesios referri; hincque S. Hieronymus in prima persona traduxit. Syrus etiam: *Quapropter peto ne me indotat oppressionum meorum, quae sunt pro vobis*.

VERS. 14. — SECUNDUM PREFATIONEM SECLORUM, id est, secundum propositum seclorum, id est, à seculis, vel ante secula factum; q. d.: Secundum decretum aeternum quo proposuerat, decreverat, praefixerat Deus hoc facere et exequi.

Quam fecit in Christo Jesu Domino nostro, dicitur autem hanc secula praetivisse in Christo, quia sicut tota salus nostra per Christum est, ita et tota salus disposita, quantum ad loca, tempora, modum, ordinem, etc.

VERS. 12. — In quo, per quem, scilicet Christum, habemus fiduciam; qui animus per Christum peccatis expiatis et innocenter jam vivus, bene sibi conscius, confidit se esse in gratia et amicitia Dei. Hujus fidei effectum subdit:

Et accessum in confidentiam, ut scilicet confidenter quasi amici, imò quasi filii, accedamus ad Deum Patrem, dicamusque: Abba, Pater.

Per fidem ejus, q. d.: Fidei et fiducialem accessum habemus ad Patrem per fidem Christi. Fides enim parit hanc fiduciam et confidentiam.

cum hoc cedit in gloriam vestram. Sed Graeci omnes traducunt in secundam personam, scilicet Vulgata nostra, et ipse contextus Epistolae indicat ita traducendum esse. Timebat Apostolus ne Ephesii, in fido novelli, animo caderent ob vincula caeteraque mala quae patebatur. Hinc, peto, *id est*, posco, exigo, non à Deo, sed à vobis, ne expavescat, animoque cadatis ob haec vincula et alia mala, quae patior vestri causa, scilicet quia vobis Ephesitis et aliis gentilibus Christum praedico.

Quae est gloria vestra, quae potissimum in his gloriari nos oportet; haec siquidem vincula et passiones sunt stigmata et insignia Christi, meique martyrii praeludia, et consequenter vestra, sicut et mea gloria; quod ego apostolus vester dignus habere pro Christo talia et tanta pati. Ephesitis et gentilibus omnibus gloriose sunt possessiones apostolorum, ait D. Chrysostomus, quia per illas apparet quanti nos faciat Deus, qui Filium suum et apostolos pro nostra salute, tanta pati voluit. Sic Deus dilexit nos, ut etiam pro nobis Filium suum dederit, et servos suos male affecerit. D. Chrysostomus.

VERS. 13. — HEC REI GRATIA, id est, ne meis terrenis malis, deficiatis, in signum reverentiae et subjectionis, FLEGO GENA...

VERS. 15. — EX QO OMNIS PATERNITAS; Graec. *ex quo, familia*, tribus, parentela. Ex quo, Patre, omnis familia, seu angelorum in caelo, seu hominum in terris, originem habet. Hic contra Simonianos, qui plura principia admitterent, et à multis angelis mundum esse datum dicebant. Metaphorice autem in angelis sunt familiae, quatenus intelliguntur classes, ordines, qui sunt quasi familiae. Totus mundus, unica Dei familia est, cujus pars una superior, inferior altera; et homines et angeli sunt filii Dei, utrumque componunt Dei familiam, cujus Pater, Deus. Hinc ab omnibus colendus, amandus, glorificandus.

VERS. 16. — UT DEI VOBIS SECUNDUM DIVITIAS GLORIAE SEAE. Ambrosius habet: *Secundum divitias majestatis tuae virtutes confirmari in spiritu*; Syrus, paulo aliter quam nostra Vulgata: *Ut det vobis secundum divitias gloriae tuae; ut virtute confirmemini per Spiritum*.

VERS. 15. — Propter quod peto, posco; exigo à vobis, ne deficiatis in tribulationibus meis, ne vos scilicet, o Ephesii, deficiatis et cadatis animo videntes me tribulari et vinciri, pro nobis, quia scilicet volis aliis quae Christum et salutem evangelio. *Quae est gloria vestra*, id est, quae tribulationes cadunt in gloriam vestram, etc.

VERS. 16. — *Hujus rei gratia flecto*, etc.; hujus, inquam, rei gratia, quia scilicet estis eyes sanctorum et domestici Dei, etc., ego Paulus vincetus Jesu Christi pro vobis gentibus, flecto genua mea ad Patrem, id est, humiliter oro Deum, Patrem Domini nostri Jesu Christi.

VERS. 15. — *Ex quo omnis paternitas, etc.*, id est, existit, summi habet esse et suam originem, derivat et descendit. Ut sensus sit: Ex quo Pater omnis familiae, sive angelorum in caelis, sive hominum in terra, quantumcumque ea magna sit ac celeritas, existit et originem accipit; ad quem, ut patrem et caput, omnes familiae, etiam nominatissimae, revocantur sunt.

VERS. 16. — *Ut det vobis secundum divitias gloriae*

suam; ut in homine vestro interno habitet Christus per fidem, et in cordibus vestris per charitatem stabili manente radice vestra, et fundamento vestro, ut possitis comprehendere, etc. Sed nostra Vulgata planè conformis est Graeco, et ad litteram sensus est: *Ut secundum abundantiam misericordiae, quae gloriatur, seu ejus multitudinem et magnitudinem passim in Scripturis praedicatur, det vobis in interiori homine vestro, id est, in mente, virtute sua per Spiritum suum corroborari*. Versu 15, petit Apostolus ab Ephesitis ne deficerent, etc., propter liberum arbitrium, ait D. Augustinus; tunc idem petit pro ipsis à Deo Patre, quia arbitrium sine gratia non sufficit, ait idem sanctus, *serm. 7 de Verbis Apostoli*. Post quem S. Anselmus: *Quia voluntatis arbitrium habetis, peto à vobis, etc.*; sed quia vobis non sufficit arbitrium, ad implendum quod peto: *hujus rei gratia flecto*...

VERS. 17. — *CHRISTUM HABITARE*... *Det vobis Christum habitare*, id est, permanere, seu perseveranter manere.

PER FIDEM VIVAM, seu charitate operantem.

IN CORDIUS VESTRIS, tanquam principali parte interiori hominis vestri.

IN CHARITATE RADICATI... Vel suppletum est verbum, ut in paraphrasi, *sicutque*... vel agnoscentia tractatio per quoddam hyperlativum, scilicet, ut *charitate radicati et fundati, possitis comprehendere*... Constantiam quam Ephesitis optat dibus exprimit similitudinibus; arboris scilicet in altum radices agens, et radicem bene fundat.

VERS. 18. — *UT POSSIIS COMPREHENDERE*... id est, apprehendere, per fidem et intelligentiam assequi, quantum hic potest homo spiritualis, sanctus, perfectus.

QUE SIT LATITUDO ET LONGITUDO... Quia indefinita est propositio, nihil enim rei mentionem facit; hinc variae sunt interpretationes, quas apud Carneium videre potes. Naturalior autem illi visa est quae in paraphrasi, quia de his agitur: Dei bonitas in nostris redemptio et vocatio mysterio latissima est, ad omnes homines se extendens; longissima, in omnia secula sese diffundens; profundissima, quippe sine id est, secundum immensam largitatem ac humanitatem suam in qua glorificatur.

Virtute corroborari per Spiritum ejus in interiori homine. Sensus est: Oro det vobis ut virtute sua fortitudine ab eo accepta corroboremini adversus omnes tentationes, pro Spiritum ipsis, ad profectum interiori hominis, scilicet, ejus qui, dum exterior homo corrumpitur, renovandus est de die in diem. 2 Cor. 4. Est enim interior homo, mens hominis, vel ipse homo, secundum mentem et eas potentias quae sunt animae rationali propriae.

VERS. 17. — *Christum habitare*, det vobis Deus Pater, ut Christus habitet per fidem in cordibus vestris, id est, ut Christus internum hominem vestrum inhabitet et in eo maneat.

In charitate radicati et fundati. Det etiam vobis ut in charitate sitis bene firmati, ut charitas vestra firma sit et constans.

VERS. 18. — *Ut possiis comprehendere*, id est, animo concipere et intelligere, cum omnibus sanctis, id est, apostolis, prophetis, et Christianis, tum mili-

que humillima Christi depressione non è profundam penarum infernalium abyssu liberavit; altissima, ut pote quae ad caelos usque non attollit: *Considerare nos fecit in caelestibus*.

VERS. 19. — *Scire etiam supereminenter scientie*, in dativo, id est, quae supereminet scientie, seu quae superat omnem scientiam humanam. Hincque patet quomodo intelligendum sit verbum *scire*, scilicet cognoscere et pro merito aestimare.

CHARITATEM CHRISTI, id est, quam Christus erga nos exhibuit semelipsum pro peccatis nostris victimam offerens Deo Patri.

UT IMPLEAMINI... Hec omnia vobis opto ut omnibus Dei donis abundetis; omni scilicet scientia Dei in mente; omni claritate in corde, sicut fortes et constantes sitis et nunquam deficiatis. Ex dictis à v. 16 discite quod sit homo verè spiritualis et interior. Ille scilicet cujus anima est Spiritus sanctus, cujus intellectus, seu lumen, est fides viva, cujus cor et vita est charitas, cujus patria caelum, cujus hereditas gloria aeterna, cujus inhabitator Christus, cujus Pater Deus. Hinc et discite seemper optare, et frequenter orare ut det tibi Deus interiori corroborari fide viva, charitate operante, sancti Spiritus illapsu, continuè cum Christo unione, totius divinitatis in animà tuâ inhabitatione et permutatione.

VERS. 20. — *Et autem, qui potens est*... Graec. *At potens super omnia, sepe abundanter quae petimus, aut mente concipimus, secundum virtutem ejus efficientem in nobis, vel secundum potentiam ejus operantem in nobis* (passive). Syr. *Et autem qui potens est virtute omnia superante, facere vobis etiam super ea quae voluntatem, aut meditantur, secundum virtutem ipsius, quae exercetur in vobis*.

D. Paulus in superioribus optavit Ephesios omnium plenitudinem Dei, et hic omni Dei plenitudinem repletus ipsemet, erumpit in Dei laudes optaque ut ab Ecclesia Deo reddatur aeterna gloria per Jesum Christum, Filium Dei, Mediatorem nostrum. Deo, inquit, qui per potentiam quae intus agit in nobis, omnia potest longè abundantius facere et liberalius dare quam nos possimus aut petere, aut intelligere.

tandus hic adhuc, tum potissimum in caelo triumphantibus Deique visione beatis. *Quae sit latitudo et longitudo, et sublimitas, et profundum*. Ut possiis comprehendere quae sit et quanta ejus mysteria quod vobis praedicavi, magnitudo, dignitas, majestas.

VERS. 19. — *Scire etiam supereminenter scientiam charitatem Christi*. Et ut possiis scire, id est, animo comprehendi ac pro divinitate aestimare charitatem Christi, quia nos dilexit, tamque supereminenter scientiae, id est, excedentem notitiam nostram, ac majorem quam ut petitis à nobis intelligi possit; q. d.: Charitas Christi tanta est ut superet omnem humanam cognitionem et scientiam. Ita Theophylactus.

Ut impleamini in omnem plenitudinem Dei. Ut omnium Donorum Dei perfectione repleamini, ut omnibus Dei donis abundetis, q. d.: Ut sitis pleni omni sapientia, virtute et perfectione, maxime charitate quae plenus est Deus: seu ut Dei cognitione, amore, omniumque honorum divinum plenitudinem impleamini.

VERS. 20. — *Et autem qui potens est omnia facere superabundanter quam petimus aut intelligimus*. Sensus

VERS. 21. — *IPSI GLORIA...* Syr. : *Ipsi, inquam, gloria in Ecclesia sua per Jesum Christum in omnes seculi seculorum. Amen.*

Ipsi, inquam, qui toi et tanta per Christum nobis dedit beneficia, æterna sit gloria in Ecclesia sua, per totum orbem diffusa, et in fines seculorum duratura, per Jesum Christum, Ecclesie caput Mediatoremque nostrum, et per quem sicut omnia à Deo accepimus, sic et omnia Deo reddere debemus per laudes et gra-

est : Et qui potens est, superabundanter et cumulate lacere ultra omnia que petimus, aut merito concepit. *Secundum virtutem que operatur in nobis.* Redierit autem hæc pars ad verbum *facere*, et significatur virtus seu potentia que in nobis est effectus potentie divine, et per quam ipsi etiam agimus.

Corollarium pietatis, seu in hoc capite ad pietatem maxime notanda, et ad proximum redigenda.

1. A D. Paulo et ab aliis apostolis discimus in passionibus et in vinculis gloriari, v. 5. Hanc gloriationem debet nobis fides viva, si verè credamus hujus vite passiones esse æternæ gloriæ principia, et quasi radices. Quo plus pro Christo patiemur, et profundius humiliabimur, eo feliciores et gloriosiores in æternum erimus. Vide v. 5 et observationem moralem.

2. Ab eodem apostolo, v. 5 et 6, discimus quantum Deo debeamus, per cuius gratiam nobis omnibus Christianis major data est mysteriorum Dei cognitio quam ipsis etiam prophetis veteris Testamenti. Ob hanc gratiam Deum laudamus, amemus, glorificemus. Hæc major mysteriorum cognitio ad Dei voluntatem perfectius adimplendam atatur; aliis major nostra cogitatio erit, major nostra datumio. *Seruus scilicet voluntatem domini qui et non faciosa respulisti nullis.*

3. Miramur admiramur sanè D. Pauli de se lo-

CAPIT. IV.

1. Obsecro itaque vos, ego vincetus in Domino, ut dignè ambuletis vocatione qua vocati estis,
2. Cum omni humilitate et mansuetudine, cum patientiâ, supportantes invicem in charitate,
3. Solliciti servare unitatem spiritûs in vinculo pacis.
4. Unum corpus, et unus Spiritus, sicut vocati estis in unâ sp̄e vocationis vestræ.
5. Unus Dominus, una fides, unum baptismum.
6. Unus Deus et Pater omnium, qui est super omnes, et per omnia, et in omnibus nobis.
7. Utiniquè autem nostram data est gratia secundum mensuram donationis Christi.
8. Propter quod dicit : Ascendens in altum, captivam duxit captivitatem; dedit dona hominibus.
9. Quod autem ascendit, quid est, nisi quia et descendit primum in inferiores partes terræ?
10. Qui descendit, ipse est et qui ascendit super omnes caelos, ut impletur omnia.
11. Et ipse dedit quosdam quidem apostolos,

quorum actiones. Et ecce rursus proximum verè christianam, verè Deo dignam, tollens ab Apostolo edoctum, et à nobis adnotatum : Omnia in Christo, per Christum, et cum Christo, pietatis officia exercere; in ipso Deum laudare, Deo gratias agere, etc. Hinc Ecclesia omnia per Dominum nostrum Jesum Christum. Hæc praxis vilestior in cap. 4 hujus Epistolæ post v. 16, et fusiùs in Epistola ad Rom., cap. 16, in corollario, et Epist. ad Hebr., cap. 9 et cap. 15, in corollariis.

VERS. 21. — *Ipsi gloria in Ecclesia et in Christo Jesus, etc.* Explet sententiam : *Et qui potens est, etc.* Ipsi, inquam, sit gloria in Ecclesia, id est, ipsum glorificet universa Ecclesia tantis beneficiis ab eo affecta, idque per Christum Jesum et in omnibus actibus omnium seculorum usque in æternum.

quantis modestiam; at imitemur virtutem omni quidem Christiano, præcipue verò omni Ecclesie ministro, necessarium. Quo quis suo ministerio sublimior, eo sit humilior inferior. Vide v. 8.

1. Prælati, pastores, doctores, concionatores à D. Paulo, v. 9, discant quale sit evangelicè ministerii munus, et ad quod ordinetur. *Evangelicè investigabile divitiis Christi, v. 8, et illuminare omnes, v. 9.* Attendant quomodò illud obeant.

2. Discamus omnes ex v. 16, 17, 18, 19, quid debeamus animo jugiter versare, semper optare, contentionè petere. *Scilicet virtutè corroborari per Spiritum Dei in interioribus hominum, v. 16. Christum habitare per fidem in cordibus nostris. In charitate radicati et fundati, v. 17. Ut possimus comprehendere, etc., v. 18. Scire etiam supernam cognitionem scientiæ charitatem Christi, ut impleamur in omnem plenitudinem Dei, v. 19.*

CHAPITRE IV.

1. Je vous conjure donc, moi qui suis dans les chaînes pour le Seigneur, de vous conduire d'une manière qui soit digne de l'état auquel vous êtes appelés,
2. Pratiquez en toute chose l'humilité, la douceur et la patience, vous supportant les uns les autres avec charité,
3. En travaillant avec soin à conserver l'unité d'un même esprit par le lien de la paix.
4. Vous n'êtes tous qu'un corps, qu'un esprit, comme vous n'avez tous été appelés qu'à une même espérance.
5. Il n'y a qu'un Seigneur, qu'une foi et qu'un baptême.
6. Il n'y a qu'un Dieu, Père de tous, qui est au-dessus de tous, qui étend sa providence sur tous, et qui réside en nous tous.
7. Car la grâce a été donnée à chacun de nous, selon la mesure du don de Jésus-Christ.
8. C'est pourquoi l'Écriture dit, qui étant monté au plus haut, il a mené en triomphe une grande multitude de captifs, et il a répandu ses dons sur les hommes.
9. Mais pourquoi est-il dit qu'il est monté, si non parce qu'il était descendu auparavant dans les parties les plus basses de la terre?
10. Celui qui est descendu est le même qui est monté au-dessus de tous les cieux, afin de remplir toutes choses.
11. Lui-même donc a donné à son Église quelques-uns pour être apôtres, d'autres pour être prophètes,

quosdam autem prophetas, alios verò evangelistas, alios autem pastores et doctores;

12. Ad consummationem sanctorum in opus ministerii, in edificationem corporis Christi;

13. Donec occurramus omnibus in unitatem fidei et agnitionis Filii Dei, in virum perfectum, in mensuram celsitatis plenitudinis Christi;

14. Ut jam non simus parvuli fluctuantes, et circumferamur omni vento doctrinae in nequitia hominum, in astutiâ ad circumventionem erroris.

15. Veritatem autem facientes in charitate, crescamus in illo per omnia, qui est caput, Christus;

16. Ex quo totum corpus compactum et connexum per omnem juncturam subministrations, secundum operationem in mensuram uniuscujusque membri, augmentum corporis facit in edificationem sui in charitate.

17. Hoc igitur dico, et testificor in Domino, ut jam non ambuletis, sicut et gentes ambulavit in vanitate sensus sui;

18. Tenebris obscuratum habentes intellectum, alienati à vitâ Dei per ignorantiam quæ est in illis, propter cæcitate cordis ipsorum,

19. Qui desperantes, semetipsos tradiderunt impudicitie, in operationem immunditiæ omnis, in avaritiam.

20. Vos autem non ita didicistis Christum,

21. Si tamen illum audistis, et in ipso edocti estis, sicut est veritas in Jesu,

22. Deponez vos secundum pristinam conversationem veterem hominem, qui corrumpitur secundum desideria erroris.

23. Renovamini autem spiritu mentis vestræ,

24. Et induite novum hominem, qui secundum Deum creatus est in justitiâ et sanctitate veritatis.

25. Propter quod deponentes mendacium, loquimini veritatem unusquisque cum proximo suo : quoniam unus invicem membra :

26. Irascimini, et nolite peccare : sed non occidat super iracundiam vestram.

27. Nolite locum dare diabolo;

28. Qui furabit, jam non furetur : magis autem laboret, operando manibus suis quod bonum est, ut habeat unde tribuat necessitatem patienti.

29. Omnis sermo malus ex ore vestro non procedat : sed si quis bonus ad edificationem fidei, ut det gratiam audientibus.

30. Et nolite contristare Spiritum sanctum Dei, in quo signati estis in diem redemptionis.

31. Omnis amaritudo, et ira, et indignatio, et clamor, et blasphemia tollatur à vobis, cum omni malitia.

32. Estote autem invicem benigni, misericordes : donantes invicem, sicut et Deus in Christo donavit vobis.

d'autres pour être prédicateurs de l'Évangile, et d'autres pour être pasteurs et docteurs;

12. Afin que les uns et les autres travaillent à la perfection des saints, aux fonctions de leur ministère, à l'édification du corps de Jésus-Christ.

13. Jusqu'à ce que nous parvenions tous à l'unité d'une même foi et d'une même connaissance du Fils de Dieu, à l'état d'un homme parfait, à la mesure de l'âge et de la plénitude selon laquelle Jésus-Christ doit être formé en nous;

14. Afin que nous ne soyons plus comme des enfants, comme des personnes flottantes, qui se laissent emporter à tous les vents des opinions humaines, par la tromperie des hommes, et par l'adresse qu'ils ont à engager artificieusement dans l'erreur;

15. Mais que, pratiquant la vérité par la charité, nous croissions en toutes choses dans Jésus-Christ qui est notre chef et notre tête,

16. De qui tout le corps, dont les parties sont jointes et unies ensemble avec une si juste proportion, reçoit, par tous les vaisseaux, et toutes les liaisons qui purient l'esprit et la vie, l'accroissement qu'il lui communique par une influence proportionnée à chacun des membres, afin qu'il se forme ainsi, et qu'il s'élabore par la charité.

17. Je vous avertis donc, et je vous conjure par le Seigneur, de ne plus vivre comme les gentils, qui suivent dans leur conduite la vanité de leurs pensées,

18. Qui ont l'esprit plein de ténèbres, qui sont éloignés de la vie de Dieu, à cause de l'ignorance où ils sont, et de l'aveuglement de leur cœur,

19. Qui ayant perdu tout espoir de salut, s'abandonnent à la dissolution, et se plongent avec une ardeur insatiable dans toutes sortes d'impuretés.

20. Mais pour vous ce n'est pas ainsi que vous avez été instruits dans l'école de Jésus-Christ.

21. Puisque vous y avez entendu prêcher, et y avez appris, selon la vérité de sa doctrine.

22. À dépouiller le vieil homme, selon lequel vous avez vécu dans votre première vie, qui se corrompt, en suivant l'illusion de ses passions;

23. À vous renouveler dans l'intérieur de votre âme;

24. Et à vous revêtir de l'homme nouveau, qui est créé selon Dieu dans une justice et une sainteté véritable.

25. C'est pourquoi, en vous éloignant de tout mensonge, que chacun parle à son prochain dans la vérité, parce que nous sommes membres les uns des autres.

26. Si vous vous mettez en colère, gardez-vous de pécher; que le soleil ne se couche point sur votre colère;

27. Ne donnez point entrée au diable.

28. Que celui qui dérober ne dérobe plus; mais plutôt qu'il s'occupe lui-même, en travaillant de ses propres mains à quelque ouvrage bon et utile pour avoir de quoi donner à ceux qui sont dans l'indigence.

29. Que nul mauvais discours ne sorte de votre bouche; au contraire qu'il n'en sorte que de bons et de propres à édifier la foi, afin qu'ils inspirent la piété à ceux qui les entendent.

30. Et n'attristez point le Saint-Esprit de Dieu, dont vous avez été marqués comme d'un sceau pour le jour de la rédemption.

31. Que toute aigreur, tout emportement, toute colère, toute crierie, toute médisance, enfin toute malice soit bannie d'entre vous.

32. Mais soyez bons les uns envers les autres, pleins de compassion et de tendresse, vous pardonnant mutuellement, comme Dieu aussi vous a pardonné en Jésus-Christ.

VERS. 21. — *IPSI GLORIA...* Syr. : *Ipsi, inquam, gloria in Ecclesia sua per Jesum Christum in omnes seculi seculorum. Amen.*

Ipsi, inquam, qui toi et tanta per Christum nobis dedit beneficia, æterna sit gloria in Ecclesia sua, per totum orbem diffusa, et in fines seculorum duratura, per Jesum Christum, Ecclesie caput Mediatoremque nostrum, et per quem sicut omnia à Deo accepimus, sic et omnia Deo reddere debemus per laudes et gra-

est : Et qui potens est, superabundanter et cumulate lacere ultra omnia que petimus, aut merito concepit. *Secundum virtutem que operatur in nobis.* Redierit autem hæc pars ad verbum *facere*, et significatur virtus seu potentia que in nobis est effectus potentie divine, et per quam ipsi etiam agimus.

Corollarium pietatis, seu in hoc capite ad pietatem maxime notanda, et ad proximum redigenda.

1. A D. Paulo et ab aliis apostolis discamus in passionibus et in vinculis gloriari, v. 5. Hanc gloriationem debet nobis fides viva, si verè credamus hujus vite passiones esse æternæ gloriæ principia, et quasi radices. Quo plus pro Christo patiemur, et profundius humiliabimur, eo feliciores et gloriosiores in æternum erimus. Vide v. 5 et observationem moralem.

2. Ab eodem apostolo, v. 5 et 6, discamus quantum Deo debeamus, per cuius gratiam nobis omnibus Christianis major data est mysteriorum Dei cognitio quam ipsis etiam prophetis veteris Testamenti. Ob hanc gratiam Deum laudamus, amemus, glorificemus. Hæc major mysteriorum cognitio ad Dei voluntatem perfectius adimplendam atatur; aliis major nostra cogitatio erit, major nostra datumio. *Seruus scilicet voluntatem domini qui et non faciosa respulisti nullis.*

3. Miramur admiramur sanè D. Pauli de se lo-

CAPIT. IV.

1. Obsecro itaque vos, ego vincetus in Domino, ut dignè ambuletis vocatione qua vocati estis,
2. Cum omni humilitate et mansuetudine, cum patientiâ, supportantes invicem in charitate,
3. Solliciti servare unitatem spiritûs in vinculo pacis.
4. Unum corpus, et unus Spiritus, sicut vocati estis in unâ spè vocationis vestræ.
5. Unus Dominus, una fides, unum baptismus.
6. Unus Deus et Pater omnium, qui est super omnes, et per omnia, et in omnibus nobis.
7. Unicuique autem nostram data est gratia secundum mensuram donationis Christi.
8. Propter quod dicit : Ascendens in altum, captivam duxit captivitatem; dedit dona hominibus.
9. Quod autem ascendit, quid est, nisi quia et descendit primum in inferiores partes terræ?
10. Qui descendit, ipse est et qui ascendit super omnes caelos, ut impletet omnia.
11. Et ipse dedit quosdam quidem apostolos,

quorum actiones. Et ecce rursus proximum verè christianam, verè Deo dignam, tollens ab Apostolo edoctum, et à nobis adnotatum : Omnia in Christo, per Christum, et cum Christo, pietatis officia exercere; in ipso Deum laudare, Deo gratias agere, etc. Hinc Ecclesia omnia per Dominum nostrum Jesum Christum. Hæc praxis vilestior in cap. 4 hujus Epistolæ post v. 16, et fusiùs in Epistola ad Rom., cap. 16, in corollario, et Epist. ad Hebr., cap. 9 et cap. 15, in corollariis.

VERS. 21. — *Ipsi gloria in Ecclesia et in Christo Jesus, etc.* Explet sententiam : *Et qui potens est, etc.* *Ipsi, inquam, sit gloria in Ecclesia,* id est, ipsum glorificet universa Ecclesia tantis beneficiis ab eo affecta, idque per Christum Jesum et in omnibus actibus omnium seculorum usque in æternum.

quantis modestiam; at imitemur virtutem omni quidem Christiano, præcipue verò omni Ecclesie ministro, necessarium. Quo quis suo ministerio sublimior, eo sit humilior inferior. Vide v. 8.

1. Prælati, pastores, doctores, concionatores à D. Paulo, v. 9, discant quale sit evangelicæ ministerii munus, et ad quod ordinetur. *Evangelicæ investigationis divitiis Christi, v. 8, et illuminare omnes, v. 9.* Attendant quomodò illud obeant.

2. Discamus omnes ex v. 16, 17, 18, 19, quid debeamus animo jugiter versare, semper optare, continue petere. Scilicet virtutem corroborari per Spiritum Dei in interioribus hominum, v. 16. *Christum habitare per fidem in cordibus nostris. In charitate radicati et fundati, v. 17. Ut possimus comprehendere, etc., v. 18. Scire etiam supernam cognitionem scientiam charitatem Christi, ut impleatur in omnem plenitudinem Dei, v. 19.*

CAPITRE IV.

1. Je vous conjure donc, moi qui suis dans les chaînes pour le Seigneur, de vous conduire d'une manière qui soit digne de l'état auquel vous êtes appelés,
2. Pratiquez en toute chose l'humilité, la douceur et la patience, vous supportant les uns les autres avec charité,
3. En travaillant avec soin à conserver l'unité d'un même esprit par le lien de la paix.
4. Vous n'êtes tous qu'un corps, qu'un esprit, comme vous n'avez tous été appelés qu'à une même espérance.
5. Il n'y a qu'un Seigneur, qu'une foi et qu'un baptême.
6. Il n'y a qu'un Dieu, Père de tous, qui est au-dessus de tous, qui étend sa providence sur tous, et qui réside en nous tous.
7. Car la grâce a été donnée à chacun de nous, selon la mesure du don de Jésus-Christ.
8. C'est pourquoi l'Écriture dit, qui étant monté au plus haut, il a mené en triomphe une grande multitude de captifs, et il a répandu ses dons sur les hommes.
9. Mais pourquoi est-il dit qu'il est monté, si non parce qu'il était descendu auparavant dans les parties les plus basses de la terre?
10. Celui qui est descendu est le même qui est monté au-dessus de tous les cieux, afin de remplir toutes choses.
11. Lui-même donc a donné à son Église quelques-uns pour être apôtres, d'autres pour être prophètes,

quosdam autem prophetas, alios verò evangelistas, alios autem pastores et doctores;

12. Ad consummationem sanctorum in opus ministerii, in edificationem corporis Christi;

13. Donec occurramus omnibus in unitatem fidei et agnitionis Filii Dei, in virum perfectum, in mensuram celsitatis plenitudinis Christi;

14. Ut jam non simus parvuli fluctuantes, et circumferamur omni vento doctrine in nequitia hominum, in astutiâ ad circumventionem erroris.

15. Veritatem autem facientes in charitate, crescamus in illo per omnia, qui est caput, Christus;

16. Ex quo totum corpus compactum et connexum per omnem juncturam subministrations, secundum operationem in mensuram uniuscujusque membri, augmentum corporis facit in edificationem sui in charitate.

17. Hoc igitur dico, et testificor in Domino, ut jam non ambuletis, sicut et gentes ambulavit in vanitate sensus sui;

18. Tenebris obscuratum habentes intellectum, alienati à vitâ Dei per ignorantiam que est in illis, propter cæcitate cordis ipsorum,

19. Qui desperantes, semetipsos tradiderunt impudicitie, in operationem immunditiæ omnis, in avaritiam.

20. Vos autem non ita didicistis Christum,

21. Si tamen illum audistis, et in ipso edocti estis, sicut est veritas in Jesu,

22. Deponez vos secundum pristinam conversationem veterem hominem, qui corrumpitur secundum desideria erroris.

23. Renovamini autem spiritu mentis vestræ,

24. Et induite novum hominem, qui secundum Deum creatus est in justitiâ et sanctitate veritatis.

25. Propter quod deponentes mendacium, loquimini veritatem unusquisque cum proximo suo : quoniam unus invicem membra :

26. Irascimini, et nolite peccare : sol non occidat super iracundiam vestram.

27. Nolite locum dare diabolo :

28. Qui furabitur, jam non furetur : magis autem laboret, operando manibus suis quod bonum est, ut habeat unde tribuat necessitatem patienti.

29. Omnis sermo malus ex ore vestro non procedat : sed si quis bonus ad edificationem fidei, ut det gratiam audientibus.

30. Et nolite contristare Spiritum sanctum Dei, in quo signati estis in diem redemptionis.

31. Omnis amaritudo, et ira, et indignatio, et clamor, et blasphemia tollatur à vobis, cum omni malitia.

32. Estote autem invicem benigni, misericordes : donantes invicem, sicut et Deus in Christo donavit vobis.

d'autres pour être prédicateurs de l'Évangile, et d'autres pour être pasteurs et docteurs ;

12. Afin que les uns et les autres travaillent à la perfection des saints, aux fonctions de leur ministère, à l'édification du corps de Jésus-Christ.

13. Jusqu'à ce que nous parvenions tous à l'unité d'une même foi et d'une même connaissance du Fils de Dieu, à l'état d'un homme parfait, à la mesure de l'âge et de la plénitude selon laquelle Jésus-Christ doit être formé en nous ;

14. Afin que nous ne soyons plus comme des enfants, comme des personnes flottantes, qui se laissent emporter à tous les vents des opinions humaines, par la tromperie des hommes, et par l'adresse qu'ils ont à engager artificieusement dans l'erreur ;

15. Mais que, pratiquant la vérité par la charité, nous croissions en toutes choses dans Jésus-Christ qui est notre chef et notre tête,

16. De qui tout le corps, dont les parties sont jointes et unies ensemble avec une si juste proportion, reçoit, par tous les vaisseaux, et toutes les liaisons qui purient l'esprit et la vie, l'accroissement qu'il lui communique par une influence proportionnée à chacun des membres, afin qu'il se forme ainsi, et qu'il s'élabore par la charité.

17. Je vous avertis donc, et je vous conjure par le Seigneur, de ne plus vivre comme les gentils, qui suivent dans leur conduite la vanité de leurs pensées,

18. Qui ont l'esprit plein de ténèbres, qui sont éloignés de la vie de Dieu, à cause de l'ignorance où ils sont, et de l'aveuglement de leur cœur,

19. Qui ayant perdu tout espoir de salut, s'abandonnent à la dissolution, et se plongent avec une ardeur insatiable dans toutes sortes d'impuretés.

20. Mais pour vous ce n'est pas ainsi que vous avez été instruits dans l'école de Jésus-Christ.

21. Puisque vous y avez entendu prêcher, et y avez appris, selon la vérité de sa doctrine,

22. À dépouiller le vieil homme, selon lequel vous avez vécu dans votre première vie, qui se corrompt, en suivant l'illusion de ses passions ;

23. À vous renouveler dans l'intérieur de votre âme ;

24. Et à vous revêtir de l'homme nouveau, qui est créé selon Dieu dans une justice et une sainteté véritable.

25. C'est pourquoi, en vous éloignant de tout mensonge, que chacun parle à son prochain dans la vérité, parce que nous sommes membres les uns des autres,

26. Si vous vous mettez en colère, gardez-vous de pécher ; que le soleil ne se couche point sur votre colère ;

27. Ne donnez point entrée au diable.

28. Que celui qui dérober ne dérobe plus ; mais plutôt qu'il s'occupe lui-même, en travaillant de ses propres mains à quelque ouvrage bon et utile pour avoir de quoi donner à ceux qui sont dans l'indigence.

29. Que nul mauvais discours ne sorte de votre bouche ; au contraire qu'il n'en sorte que de bons et de propres à édifier la foi, afin qu'ils inspirent la piété à ceux qui les entendent.

30. Et n'attristez point le Saint-Esprit de Dieu, dont vous avez été marqués comme d'un sceau pour le jour de la rédemption.

31. Que toute aigreur, tout emportement, toute colère, toute crierie, toute médisance, enfin toute malice soit bannie d'entre vous.

32. Mais soyez bons les uns envers les autres, pleins de compassion et de tendresse, vous pardonnant mutuellement, comme Dieu aussi vous a pardonné en Jésus-Christ.

ANALYSIS.

Absoluta parte dogmatica, transit ad mores.

1. § 1, 2, 3. Ephesios tenerimè, per vincula que pro Christi gloria et eorum salute tolerat, ad vitam christianam a vocatione dignam hortatur, et imprimis ad unitatem spiritus in vinculo pacis servandam.

§ 4, 5, 6. Hanc spiritus unitatem anadet ex unitate que in tota religione christiana regnat; unum corpus, unus spiritus, una spes, unus Dominus, unum Baptisma, unus Deus et Pater omnium; idem ergo sit omnium cor et anima. Et ne huic unitati obstet donorum varietas, creata cum duo præstat Apostolus. Primum, asserit quod fas non pro merito recipiatur, sed pro voluntate donata. Secundo, ex unitate ad quam tendit hæc varietas ostendit unitatis et concordie argumentum. Septimo itaque verum asserit quod unicuique fidei datus sit gratis, non pro ipsius meritorum merita, sed pro voluntate Christi, hancque veritatem probat, v. 8, ex psalm. 67; hancque occasionem sumit eternam Christi dilectionem contra hæreticos insinuat, v. 9 et 10.

§ 11. Principium enumerat dona hominibus à Christo data; horum ministerium finem indicat, v. 12, 15, nimirum unitatem fidei et perfectam Christi formationem.

PARAPHRASIS.

1. Cum tanta sit erga vos, o Ephesii, beneficentia Dei, ut ex Coniugio ad fidem, ad gratiam et ad gloriam vocarit vosque ad Iudæos; hinc ego Paulus, Christi propter vos captivus, vos hortor et obsecro, ut tanti benefici memores, vitam ducatis vestra vocatione dignam.

2. In omnibus humiles estote, amasseti et mihi, et cum animi lenitate proximorum mores vitiosos, et vobis incommodos, per charitatem tolerantes.

3. Magna studio incumbite ad animorum concordiam et unitatem servetis, in colligatione, seu concatenatione pacis, id est, in pace, velut vinculo animos colligite.

4. Unitas in tota vestra religione regnat; unum vos corpus estis mysticum, unum et eundem accepistis Spiritum; eandem habetis felicitatis eternam spem, ad quam vocati estis omnes.

5. Omnibus vobis unus et idem est Dominus Jesus Christus; idem creditis omnes; uno et eodem Baptismate, Christi scilicet, renati estis, et facti Christiani.

6. Unum Deum colitis omnes; unum omnium vestrum Patrem, cuius imperium super omnes est; cuius providentia ad omnes extenditur; cuius Spiritus in omnibus vestris agit; idem ergo cor, eandemque animam habeatis; pax regnet in vobis.

7. Equidem dispar data est unicuique gratia, sed hæc disparitas unitati pacis non debet obstare, quia unicuique nostrum data est gratis, non ex merito nostro, nec pro meritorum nostrorum mensura; sed pro voluntate Christi, cui placuit hæc gratiam dare, illam illi; debet ergo quisque in Dei voluntate quiescere.

nem in fidelium cordibus.

§ 14. Citius explicat hanc finem, scilicet ut non minus parvuli, quocumque doctrina vento fluctantes, sed ut veram fidei doctrinam sectantes et charitatis opera facientes, creantes quaqueverum in Christo.

§ 16. Hoc spirituale in Christo augmentum explicat per comparisonem ad augmentum corporis humani.

§ 17. Rediens ad id quod v. 1 dixit: Obsecro vos ut digno ambuletis, etc., hocque fusiùs explicans, hortatur Ephesios ut non amplius gentilitium ducant vitam, quam pingui, primo quoad interna, v. 18: Obtenebrati intellectu, etc.; secundo quoad externa, v. 19: Sese tradiderunt impudicitie. Huic gentilitium vite contrariæ est christiana vita, v. 20, 21. Hinc ad duo principia generalia reducit; deponere veterem hominem, v. 22; induere novum, v. 25, 24. In religio capite hæc duo generalia doctrinæ Christi capita explicat in particulari. Deponenda quæ hæc veteris hominis membra, mendaciam, fraudem, iram, furium, libidinem, etc. Induenda veritas, benignitas, mansuetudo, misericordia, castitas, iustitia, liberalitas, etc.

8. Ad hanc gratiam donorum distributionem profundam, dicit regius Psaltes: Ascendens Christus in cælum, et illuc secum ducentes animas sanctorum, sicut in limbo captivas, sumpsit à Patre dona, que transmisit hominibus in terram.

9. Quod autem Christus in cælum ascendit, ut ait Propheta, quid hoc sibi vult, nisi quod Christus iam ante descenderit in inferiores et infimas partes terræ?

10. Ille solus è cælis descendere potuit, qui erat in cælis, id est, solus Filius Dei; ipse ergo idem est et qui descendit in infimas terræ partes, et qui ascendit super omnes cælos, id est, in superiorem cælum et dignissimum in eo locum, ut impleat omnia universi loca maiestate et gloria sua.

11. Redeo ad id quod supra, v. 7, dicere cepi: Christus pro sua voluntate varia Dei dona dedit hominibus; ipse enim quosdam dedit Ecclesie ut sint apostoli, alios ut sint prophete, alios ut sint evangeliste, alios autem ut sint pastores et doctores.

12. Hæcque dona Deus fidelibus dedit ut unusquisque illorum, seu apostolus, seu propheta, seu, etc., strenue et assidue ministerium sibi creditum exerceat, suaque fidei administratione mysticum Christi corpus, Ecclesiam, ædificium spirituale, promoveat, ut universa sanctorum societas consummata tam in moribus quam in scientiâ Dei reddatur.

13. Hæc autem varia ministeria durabunt quoad usque nos omnes, alii post alios, perveniamus in unam eandemque fidem et veram cognitionem Filii Dei, sicut proficiamus, ut evadamus in viros spirituales, adultos et perfectos, ad eamque perveniamus quiescere.

mensuram, seu statum et ætatem, quæ Christus plenè formetur in nobis.

14. Hos, inquam, ministros dedit Ecclesie, ut non amplius puerorum more, quibus ob imperfectum iudicium quodlibet persuadetur, sicut vario et incerto impulsu et persuasione agitantur, non fluctuans in diversis opinionibus facti et circumventi quovis doctrinæ vento, per seductionem et fallaciam hominum perversorum, perque fraudem et astutiam eorum qui nos circumvenire et in damnatos errores conantur pertrahere:

15. Sed ut veritatem sectantes, et exequentes in charitate, id est, ut veram doctrinam sectantes, et debita christiana, seu opera charitatis, facientes, creamus quaqueverum in Christo, et per Christum, qui est caput nostrum.

16. Ex quo Christo capite nostro totum Ecclesie corpus (quod compactum et connexum est, seu cuius partes et singula membra simul juncta sunt et compingata per juncturas, que subministrant spiritum et gratias spirituales) augmentum sui ipsius facit, seu augetur, idque vi et efficacità Christi, capitis intus agentis in mensuram, seu pro modo et exigentiâ, cuiusque membri, in ædificationem sui, seu ut se ipsum ædificet, hocque corpus, quod est Ecclesia, periciat per charitatem.

17. Hoc est igitur quod v. 1 dicere cœperam, et quod per Christum vos obsecro, et quem huius exhortationis meæ testem esse volo, scilicet ut non amplius eam vitam ducatis quam gentes ad Christum non conversæ ducunt; que pravum sensus sui iudicium sequentes, tote vanis rebus student et occupantur.

18. Intellectum habent erroris et ignorantie tenebris obscuratum; alienati sunt et valde remoti à viâ sanctâ que est secundum Deum; idque per ignorantiam que est in ipsis, propter executionem et obdurationem cordis eorum.

19. Qui desperantes salutem et vitam eternam quam nos Christiani credimus et speramus, semetipsos tradiderunt impudicitie, ad perpetranda omnia obscena, etiam turpissima et nefanda, cum ardore insatiabili et quadam plus semper luxuriandi cupiditate et inexplebili aviditate.

20. Vos autem non ita edocti estis in scholâ Christi.

21. Siquidem Christum et Christi doctrinam audistis omnino et didicistis ex ipso, seu secundum

COMMENTARIA.

VERS. 1. — OBSECRO ITAQUE... Conclusio moralis ex principis supra stabilitis directè deducta; quia vos è gentilitio vocati estis, ut coadificemini in templum Dei, cap. 2, v. 22, et ut cum Iudæis sitis coheredes concorporales, etc., esp. 5, v. 6. Hinc ego Paulus, victus in Domino, id est, propter Dominum, sed et propter vos his sum constitutus: si nollem enim præ-

VERS. 1. — OBSECRO ITAQUE. vos ego victus in Domino, propter Dominum et Domini Evangelium, ut dignè
S. S. XXIV.

ipsius doctrinæ veritatem.

22. Didicistis, inquam, exere veterem hominem, secundum quem ante conversionem vestram vixistis, quique corruptior et computrescit in dies, prout magis ac magis obsequitur cupiditatis deducitibus et deceptibus.

25. Didicistis renovari secundum interiorem hominem, Spiritus sancti gratiâ mentibus vestris indita.

24. In novumque hominem transformari, ac tales fieri qualis à Deo creatus est homo in verâ iustitiâ et in verâ sanctitate.

25. Quoniam ergo hæc in Christo edocti estis; omne mendacium omnemque fraudem abijcientes, veritatem loquimini et facite cum proximo, quoniam sumus minus ejusdemque corporis membra.

26. Si vos contingat irasci, iram vestram sic frenate, ut non peccetis, nec intus in Deum ira scilicet consentiendo, nec exterius in proximum ipsi malum faciendo, quod ira suggerit; sed quam cuiusque per rationis imperium iram deponite; ita ut sol non occidat super illum.

27. Ne hæc animi vestri commotione detis diabolo locum in cordibus vestris.

28. Qui furator, alienumque bonum, quocumque modo, subtrahat et detineat, non furetur amplius; quin potius labore arte honestè et utili, ut habeat ipse, non solum unde vivat, sed et unde tribuat elemosynam ergo (sicut restituat).

29. Omnis sermo obscenus et fetidus, corruptus et quocumque modo vitiosus, non exeat ex ore vestro, sed si quis sermo ex ore vestro procedat, bonus s. s. et utilis ad ædificationem fidei, seu per quam fides crescat, et pietas inspirat audientibus.

30. Et nolite verbis obscenis, patribus et scandalosis Spiritum sanctum contristare, quem in baptismo et in confirmatione, velut sigillum vobis impressum, recepistis; servandum usque in diem resurrectionis, ubi ab omnibus malis liberalimini, et beatam immortalitatem consequemini.

31. Absint à vobis omnis animi amaritudo, exaudescencia, et indignatio, et clamor inordinatus, et querulosus, invidentia, omnisque omnino malignitas et nequitia.

32. E contra estote omnes et benigni, misericordes et compatientes; condonate offensas, sicut et Deus per Christi Filii sui meritum vobis peccata vestra donavit.

dicare, ab his esse omnino liberatus, Theodoretus. Itaque ego vobis... scilicet ad Ecclesiam, dignè ad corpus mysticum Christi, dignè ad hereditatem Dei.

Ex hæc Apostoli nostri (etiam propter nos vincit) tenerè observatione discimus vocationis nostre benevolentiam sæpè cogitare. Ad quid vocatus es? quis? à ambuletis vocatione quæ vocati estis; q. d.: Cum tanta sit excellentia vocationis vestre, iteò cum obscra-

(Trente-cinq.)

tura gaudia, malorumque supplicia. Nostri ergo prophetae nunc sunt sacrae Scripturae interpretes et divini verbi concionatores.

ALIOS VERO EVANGELISTAS. Evangelista sunt qui Evangelium scripserunt; item septuaginta discipuli, item apostolorum adiutores in predicatione Evangelii, v. g., Titus, Timotheus, Apollo, Syllas. Apostolis subserviebant; Philippus dicitur evangelista, Act. 21, v. 8. Evangelistae ergo qui verbum Dei annuntiant extraneis.

ALIOS AUTEM PASTORES. Pastores sunt quorum officium est pascere et regere populum Dei, quales sunt episcopi et qui dicuntur pastores.

EX DOCTORES. D. Paulus non addit, sicut supra, et alios doctores, quia cum proprium pastoris officium sit docere, idem debet esse pastor et doctor: non pascere verbum, idem est ac docere, et vice versa docere est pascere. Episcopus dicitur quasi inspector gregis, pastor et doctor, quia verbo pascit gregem suum. Parochi etiam et presbyteri curam animarum habentes sunt pastores, et pro modo et ratione officii sui debent esse doctores: pastoralis enim officii et muneris est docere, seu verbo pascere. Papa, summus Ecclesiae pastor et doctor et apostolicum munus hucusque exercens, mittit enim praedones ad infideles et novas apud eos fundat Ecclesias. Itaque dici potest quod continetur sub nomine apostolorum, pastorum et doctorum, contra sectarios, qui dicunt nullam de eo mentionem fieri. Ex diebus patet haec omnia munia, licet in se distincta formaliter, uni et eidem personae posse convenire.

VERS. 12. — AD CONSUMMATIONEM. Graec. *ad perfectionem.* Syr. *ad complementum.* Explicat cuius rei gratia Christus hinc supra dicta dona fidelibus distribuit. In haec autem explicatione videtur esse quaedam transpositio, ordo enim naturalis videtur postulare ut sic construat: *In opus ministerii in edificationem... ad consummationem.* Quia prius est ministrare, etc., et ministrando edificare corpus Christi, seu Ecclesiam; ex quo sequitur sanctorum perfectio. Hoc etiam indicat particula Graeca *etiam*, ad, significat enim finem. Finis ergo donorum Dei et ministerium ab eo in Ecclesia institutum est sanctorum consummatio, tam in scientia fidei quam in moribus.

IN OPUS MINISTERII. Ut autem haec sanctorum consummatio fiat in Ecclesia, Christus ministros instituit,

los, etc. Enumerat dona non omnia, sed pauca, sub quibus caetera intelligit.

VERS. 12. — AD CONSUMMATIONEM SANCTORUM. Id est, complementum et perfectionem sanctorum; q. d.: Deus in Ecclesia dedit apostolos, prophetas, pastores, etc., ut sancti et electi in Christo, tam numero, tam merito compleantur et perficiantur. *In opus ministerii*, ut scilicet quisque apostolus, propheta, pastor, doctor, plene et strenue opus ministrandi sibi credite exerceat: Si enim unus faceret omnia, non perfectè faceret singula, ait Anselmus.

In edificationem corporis Christi. Ecclesia scilicet, et illa est aedificium Christi spirituale sensum assurgat, numeroque ac virtutibus proficiat, donec tandem ab-

in opus ministerii, id est, ut operentur, ut laborent, ut ministrent, et consequenter ut eò plus laborent et ministrent, quò majus habent in Ecclesia ministerium.

IN EDIFICATIONEM CORPORIS CHRISTI. Ut haec illorum opera, Ecclesia quae est mysticum Christi corpus adificetur, compleatur, perficiatur, non parvum numero tantum, sed et singulorum sanctificationem, ad consummationem, etc.

Observatio moralis.

Hinc ergo discit, Christi minister, quicumque fulgeat dignitate, ad quid illa tibi data sit. Non ad otium et vitam mollem, sed ad opus et ut strenue labores; non ad imperium et dominationem, sed ad ministerium, ut humiliter ministres; non ad destructionem, sed ad edificationem; non ad tuum proprium bonum, tumque commodum, sed ad Ecclesiae utilitatem; non ad tuam gloriam, sed ad Christi gloriam; ut sanctos et electos illius consummes. Hinc et discit quòd quò majus habes in Ecclesia ministerium; eò magis teneris operari et ministrare. Et idè propter summum gradum non extolli, aut superbiere, sed humiliari et tremere debes. Quia *durissimum iudicium* illi qui praerant.

VERS. 13. — DONEC OCCURRAMUS OMNES. Syrus: *Donec simus omnes unum quidpiam in fide et in cognitione Filii Dei; et avos vir perfectus, in mensuram staturae plenitudinis ejus.* Explicat quae sit illa sanctorum perfectio ad quam ordinantur ministeria, simulque docet quomodo duratura sint illa ministeria. Et haec ministeria durabunt, usque indigebitis, quod usque nos omnes, alii post alios, perveniamus in unam et eandem fidem, et veram cognitionem: Filii Dei. *Donec occurramus.* Est metaphora sumpta ab illis qui è diversis locis egressi ad unum locum aspirant et conveniunt. Ita fideles, licet è diversis terrae partibus, ad eandem fidem, in eadem Ecclesia, sibi invicem occurrunt et conveniunt.

IN VIRUM PERFECTUM. Altera metaphora, sumpta à corpore, et ad animum translata; sicut enim naturalis homo paulatim crescit, adolescit, tandemque in virum perfectum et adultum evadit, ita spiritualis homo, Christianus, crescit in fide, cognitione et amore Dei, evaditque paulatim viri adultus et perfectus in Christo. Haec ergo ministeria durabunt, et usque indigebitis, quoad usque nos omnes, alii post alios, ita proficiamus in cognitione et amore Dei ut evasimus in viros spirituales, adultos et perfectos.

solvatur, et omnibus suis partibus, omni ornatu et perfectione compleatur et consummatur. In Anselmus.

VERS. 15. — DONEC OCCURRAMUS OMNES IN VITAM FIDEI, etc.; q. d.: Illi gradus et hic hierarchicus Ecclesiae ordo, ut alii sint apostoli, alii prophetae, alii evangelistae, alii pastores et doctores, manifestè durabunt, donec infideles omnes ad unam Christum Fidem et Ecclesiam vocentur, ut in Christum filium Dei creantur, eumque agnoscat omnes, quotquot Deum crediderint praescivit et praedestinavit, et donec in ejus cognitione et dilectione omnes qui crediderint, crescant ad perfectam etatem et solidam in Christo Christianae spiritus. *In virum perfectum*, id est, ut in Christi fide,

IN MENSURAM ETATIS. Graec. *statura.* Syr. *statura.* Persistit in metaphora: sicut enim naturalis homo suam habet mensuram, seu etatem maturam et staturam plenam, ita et spiritualis homo suam habet etatis et plenitudinis mensuram, id est, suam staturam plenam, etatem maturam, suamque plenitudinem, scilicet perfectionem fidei et dilectionis, quae Christus formatur in nobis. *Mensura igitur etatis plenitudinis Christi*, est perfectio fidei et amoris quae Christus formatur in homine christiano; estque sensus: Et ad eam perveniamus mensuram, seu staturam et etatem, seu perfectionem, quae Christus plene formetur in nobis. Durabit igitur hierarchicus ordo Ecclesiae usque in finem mundi; tunc enim perfectis omnibus sanctis, cessabit in terra praehio. Confer praecedentia et subsequenta Apostoli verba, et attende de quo agit, et videbis hunc esse sensum litteralem.

Nota litteralis.

Itaque juxta mentem et scopum Apostoli, occurramus de quo hic intelligendus est de spirituali perfectione quam quilibet homo Christianus acquirat in hoc seculo. Non est ergo intelligendus de perfectione spirituali quam habituri sumus in futuro seculo; tunc enim non erit fides, sed clara visio, quod et evidentiùs indicat versus subsequens, ut *jam non simus parvuli fluctantes.* Non est etiam intelligendus hic locus de corporum resurrectione, cum multis Latinis, praesertim verò scholasticis, qui per *mensuram etatis plenitudinis Christi* intelligunt perfectam corporis humani staturam quam habuit Christus cum mortuus est et resurrexit, dicuntque omnes, etiam qui infantes mortui sint, resurrecturos eà magnitudine et statura quam habituri fuissent anno etatis suae 34 aut 35. Hunc sensum explicat quidem D. Augustinus libro 22 de Civit., cap. 15, sed priorem, quem litteralem diximus, praefert; et sane versus sequens praefereendum indicat. Vide Estium. Porrò nullo ex hoc loco aliqui voluerunt inferre feminas, exceptà beatà Virgine Deiparà, in sexu virili resurrecturas, inter quos Tiberius recenset D. Basilium, Hilarium, Athanasium; inter scholasticos citatur Scotus à Cornelio à Lapide. Sed hoc inferri quasi erroneum, sicut ratio Scoti attritus, dicens sextum femininum esse naturae vitium, seu

agnitione, amore, simul viri, id est, proveci, viriles, constantes, sicut in Christo plenam et perfectam etatem spiritalem, id est, perfectum intellectum, cognitionem et amorem Dei nascuntur.

VERS. 14. — UT JAM NON SIMUS PARVULI FLUCTANTES, et circumferamur omni vento doctrinae; id est, ut non amplius perveriamus in viros, quibus imperfectum et instabile iudicium est. *Fluctuamus*, id est, inconstantes simus, ut non simus quasi pueri qui omni vento, impulsi, perussione agitantur, et in omnem partem abripi se sinunt. *In nequitià hominum*, id est, per nequitiam et fallaciam hominum, sive philosophorum, sive judaizantium, sive haereticorum.

In astutià ad circumventionem erroris, ut scilicet simplices et incautos astute circumveniendi ac decipiendi in errorem inducant.

VERS. 15. — VERITATEM AUTEM FACIENTES IN CHARITATE, etc. Sensus Apostoli est: Qui potius ut veram Christi doctrinam, quam apostoli, pastores et doctores

imperfectiorem: est enim naturalis perfectio, quamquam minor quam virilis. Vide Cornelium à Lapide.

VERS. 14. — UT JAM NON SIMUS... Graec.: *Ut non amplius simus*; D. Chrysostomus et Theodoritus: *Ut jam non simus amplius.* Altera causa cur sint inconstantes, seu elarior et fusior explicatio causae praecedentis: *Ut jam*, cum scilicet ad illam perfectionem virilem, de qua in versu praecedente, pervenerimus, non simus parvuli, Graec. *pueri*; Syr. *pueruli.* *Fluctuantes*, id est, leves et inconstantes in fide. Puerorum propria est levitas et mobilitas animi, ob imperfectum iudicium, ipsisque quidvis suadetur.

ET CIRCUMFERAMUR... Graec. *circumlati*, circumacti, quovis doctrinae vento, sicut navis inter ductus et ventos circumgati solet.

IN NEQUITIA; GRAEC. *in rebus vitiosis*, in alea, aleatione, id est, in fallacia aleatorum usitata. *Nequitià* dicitur qui talis utuntur. Tales sunt qui sunt vatri et astuti; postquam acceperunt simpliciores: illi enim omnia transponunt et transferunt. D. Chrysostomus, Cylam vocat versutum seu calliditatem, ait Theodoritus. Nomen est deductum à verbo quod significat ludere tesseres, seu talis, ait idem Theodoritus, quia proprium est taliter ludentium calculos hinc et illic transferre, idque callide. Theophylactus D. Chrysostomum suo more secutus: *Cybetos* dicitur qui talis utuntur; hujusmodi sunt falsi doctores, transponentes simpliciores, seu tales, prout voluerint. Hoc ergo nomine haereticorum fallaciam designat et inconstantiam. Fallaces sunt et fraudulentum, utpote aleatores, quorum proprium est fallere. Inconstantes sunt et varii, quippe aleam faciunt de fide, et quasi ad alacritatem mutari fidem.

IN ASTUTIA, seu fraude eorum hominum qui omnia tentant, ut per imposturas nos circumveniant, et in errorem abducant. Ex his omnibus, et maxime ob Graecam expressionem, ut *non amplius*, probabile videtur quòd Ephesi plures tum philosophorum doctrinis, tum judaizantium errore, circumventi fuerint, haecque et illuc, doctrinae vento, quasi procelis agitati.

VERS. 15. — VERITATEM AUTEM FACIENTES... sed veritatem sectantes et charitatem, seu charitatis opera facientes. Dux sunt partes fidei, seu vite civi-

Ecclesiae praedictae, amplexi, per omnia membra, in charitate crescemus et angeamur in ipsum, scilicet Christum, qui est caput totius corporis. Christus enim quasi caput influit gratiam et vim crescenti et augescendi in singula membra totius corporis, id est, Ecclesiae.

VERS. 16. — ET QUI (scilicet capite Christo) *totum corpus* (Ecclesiam) *compactum, et compactum* et coniugatum. Ex capite enim omnia membra compinguntur, et per sinus compages descendunt. *Et compactum*, ut scilicet membrum membrum, fidelis fidelis, per eandem fidem et spiritum cohaerent, sicutque ex omnibus unum corpus, scilicet Ecclesia, *per unum iuncturam subministratam*, per mutuum unionem, quae nobis subministratur spiritus et gratia Christi capitis nostri. *Secundum operationem*, ex vi et efficacia nostri agente et operante. Vini Christi intelligit, qui iustar capitis influit et singula membra vegetat.

In mensuram uniuscuiusque membri, puta singuli

simam, credere verum, et facere bonum; seu veritatem ex charitatis motivo facere, id est, exequi quae faciendi docet fides, illisque propter amorem Dei facere; tunc quaquaversum fit accretio spiritalis in Christo, seu perfectio christiana. Textus Graecus unico verbo exprimit, quod nos pluribus, *διεξελθόντες*, quasi diceret: Quae vera credimus, facientes per charitatem; seu veritatem secantes et exsequentes. Hoc verbum opponit precedenti, *εγίβη* et *impoitūre*.

CRESCENS IN ILLUM.; Graec.: *Crescimus in ipsam omnino*, id est, augetur in illam, secundum omnia; seu omni augmento, quaquaversum; in longum, latum et profundum; in omnibus donis et virtutibus. Crescente charitate, virtutum forma et anima, crescent omnes virtutes interius.

IN ILLUM ET PER ILLUM, seu ex influxu capitis nostri.

VELS. 16. — *Ex quo totum corpus...* Obscurus est hic locus, propter hyperbaton et propter brevitatem; omnia simul dicere voluit, ait D. Chrysostomus. Ut autem clarior intelligat, nota quod explicat augmentum in Christo, de quo in versu precedente. Explicat autem per comparationem augmenti corporalis peccatorum: Sicut humanum corpus, cujus universae partes simul junctae sunt et ligatae, augmentum sumit univoco membro proprio et proportionatum, illudque recipit ab influxu capitis et cordis, idque per subministratorem vasculorum, qui spiritum et succum corpori subministrant, sic Ecclesia, quae corpus est, ex fidelibus singulis, quasi membris suis, compactum recipit ab influxu Christi, capitis et cordis sui, per ministeria apostolorum, pastorum, doctorum, etc. (qui sunt quasi juncturae), augmentum in fide et pietate, pro modo quo quodque membrum indiget; hocque augmentum fit per charitatem, quae est locus mystici corporis quasi calor naturalis. Hoc notato, accedamus ad litteram: *Ex quo*, capite scilicet Christo, totum corpus, Ecclesia.

COMPACTUM, id est, quod compactum et coagmentatum est, seu cujus singula membra sunt suo loco collocata et simul connexa.

PER OMNEM JUNCTURAM, seu commissuram, id est, per omniam unionem, qua et sibi invicem adherent et Christo capiti suo. D. Augustinus habet: *Per omnem tactum*, intellige, per contactum mutuum membrorum sibi per juncturas coherentium.

SUBMINISTRATIS, seu subministrantem, id est, quibus juncturis, univoco membro subministratur spiritus, seu gratia spiritalis. Ministrorum gradus in Ecclesia, seu varia ministeria, respondent juncturis corporis naturalis, sicutque quasi vasa suppeditantia spiritum et gratias, seu per quae Christus suppeditat spiritum et gratiam.

AUGMENTUM CORPORIS FACIT, scilicet corpus facit augmentum corporis, id est, sui. Hebraismus est, pro crescit, augetur.

SECUNDUM OPERATIONEM. Graec., *καρπίζω*, id est, per fideles à Christi gratia et spiritu, justam mensuram et incrementum accipiunt.

Augmentum corporis facit in edificationem sui, ut

intimam vim et efficaciam Christi capitis in eis agentis, et etiam uniuscujusque membri alimentum subministratum in se convertentis.

IN MENSURAM UNUSCUIUSQUE MEMBRI; id est, crescit pro modo et exigentia uniuscujusque membri. Sicut enim in corpore naturali, majora membra magis augetur, ita in mystico corpore apostoli et quicumque sanctitate majores magis crescent in charitate et in omnibus virtutibus.

IN ADIFICATIONEM Ecclesiae...; et hoc ideo fit ut per charitatem mutuum, et per dilectionis officia, mysticum Christi corpus, quod est Ecclesia, edificetur, compleatur, perficiatur.

Observationes dogmaticae.

Hinc collige mirabilem corporis Ecclesiae economiam; ipsius caput, Christus; tota Ecclesia, corpus; singuli fideles, membra; membrorum juncturae, praepositorum et ministrorum gradus; anima, charitas. Non tamen hinc infiras peccatores qui gratiam amiserunt extra Ecclesiam esse, utpote qui charitatem non habent. Notanda enim est duplex Ecclesiae forma, seu anima, exterior scilicet et interior. Exterior est professio fidei christianae sub capite visibili, Christi vicario, summo Pontifice. Hocque sensu, fides est anima Ecclesiae ut corporis civitatis et politici. Interior et perfectior est charitas, qua fideles vivit via Christi. Hinc fideles peccator non male comparatur embryoni, qui via sensitiva vivit, anima minus perfecta; fideles autem justus homini perfecto, qui via vivit rationali. Fidelis justus est membrum Christi vivum, Spiritu Christi animatum; fideles vero peccator est membrum quidem Christi, sed mortuum, Spiritu Christi destitutum; non tamen separatam à corpore Christi, cui per fidem haeret.

Observationes morales.

Apostolicam hanc de charismatibus doctrinam qui bene perspectam habuerit, sane non superbiat ob talenta sibi tradita, quaecumque illa sint; nec proximo suo invidet ob majora ei credita; nec vinculum pacis fratrum animos unies, sub quocumque praetextu, dirumpet inquam.

1° Non superbiat inflatus ob sua talenta, quia dona sunt mere gratuita, pro Dei voluntate data, non pro merito tuo; tibi non debita, v. 7; quia dona sunt non propria utilitati tuae, sed aliorum saluti ordinata: tibi, non pro te data; quia tibi data sunt ad *opus*, ad ministerium, ad edificationem Ecclesiae, ad consummationem sanctorum; et quod majus habes donum, eo majus debes oculos, ministerium, majorem in Ecclesia edificationem, plures sanctos pericere. Quia his quatuor, scilicet laborare, ministrare, edificare, consummare, debes indefesse et continue incumbere, quoad usque per firmam et solidam fidem, per charitatem Dei et proximi sinceram, Christum perfecte formaveris in cordibus fidelium tibi commissorum. Haec est Dei voluntas in te, o Dei minister, gradibus et charismatibus

seipsum adiecit, compleat et perficiat hoc corpus quod est Ecclesia, in charitate, id est, per charitatem. Charitas hic non accipitur ut junctura, sed ut anima

ornate; opus continuum, non otium molle; ministratio humilis, non dominatio superba; edificatio Ecclesiae, non destructio; sanctorum consummatio, non infirmorum exersio scandalosa. Hinc autem quis Dei minister non paveat humilis, potius quam superbiat inflatus? De gradu in Ecclesia mihi tradito, de talentis acceptis, de eorum usu; de fide, de charitate, de sanctificatione fidelium mihi commissorum rationem Deo sum redditurus! Pavebat ipse Paulus, post tot exaltatos labores, post tot sanctificationes hominum miliones: *Ne, inquit, ipse reprobus efficiat*. Et non pavebit minister tota vita sua otiosus, inutilis, et forte scandalosus?

2° Proximo suo non invidet ob majora ei credita talenta, quia si majus habet donum, et majus ei incumbit opus, majus ministerium, major sanctificatio fidelium, major ratio reddenda Deo. Imò gaudebo de donis proximo meo datis, et de eis gratias agam Deo, quia meae sunt sicut aliorum saluti ordinata.

3° Vinculum pacis, unitatem spiritus, sub quocumque praetextu, nunquam dirumpet, qui alias nec poterit Spiritum gratiae subministrare praebit, nec poterit recipere subditus. Apostolus, evangelista, pastor et doctor, sunt vase subministrantia membrum Spiritum gratiae salutaris; debent ergo et Christo capiti gratiae fonti, unita esse, ut ab eo Spiritum hunc recipiant; debent et Christi corporis membrum unita esse, ut hunc eundem Spiritum illis subministrarent. Castri fideles sunt membra mystica corporis Christi; debent ergo Christi ministris velut vasis Spiritum suppeditantibus uniri, ut per ea Christus, cor et caput Ecclesiae, iniant in ipsa Spiritum et gratiam quo vivificantur et crescant. Sicut enim manus à corpore avulsa non recipit sensibilem spiritum, eò quod à continuitate diducta est, sic et nos, nisi uniti fuerimus, non recipimus à Christo capite nostro descendente Spiritus gratiam, Theophylactus. Propterea dixit Paulus corpus compactum et connexum, id est, non simpliciter positus membris, verum etiam conjunctis, et unoquoque proprio loco habente, ut nullum laxatum sit, neque praeter formam collocatum, Theophylactus. Vel volumus ergo frui Spiritu qui procedit à capite, alter alteri adhaereamus, D. Chrysostomus.

Praxis vera christiana.

Christus est caput Ecclesiae, ipse influit in omnem Ecclesiam quae est corpus ejus, et in singulos fideles qui sunt membra illius. Christus ergo caput membra est: ipsi, itaque ut capiti meo, debeo uniri continue per charitatis habitum, et frequentissime per actus fidei,

Ecclesiae: charitas ergo quasi anima facit nos crescere in Christo, ut crescente charitate, crescat totus homo in Christo.

VELS. 17. — *Hoc igitur dico et testificor in Domino*. Hoc igitur est, quod dicere ceperam, quod et obtator vos per Christum Domini, quem volo hujus exhortationis meae esse testes.

Ut jam non ambulat, non converserimini, sicut et gentes ambulat, conversantur, in vanitate sensus sui, id est, mentis suae.

VELS. 18. — *Tenebris obscuratum habeatis intellectum*. Tenebris erroris et ignorantiae obscuratum est

spei et charitatis, ut ipsi omnes, recipiam ab eo lumen, Spiritum et gratiam. Sicut in naturalibus nihil fit sine capite naturali, ita nec tu in supernaturalibus quidquam agas sine capite mystico. Quidquid ergo sis facturus, consule caput tuum; unire Christo capiti tuo ut in illius lumine et Spiritu agas et agaris. Deum, v. g., oraturus, unire Christo, ut in illo, per illum, et cum illo Deum ores, adores, diligas. Christus non tantum Ecclesiae caput; sed et cor; spiritum et vitam singulis Ecclesiae membris influit et communicat. Christus ergo cor membra est, vita membra principium; ipsius ergo spiritu debeo animari, moveri, agi. Hoc ut ita sit, Christo, curam meam, uniri quam frequentissimam, et, si fieri poterit, continue; vivam in Christo, in corde Christi, et omnia mea opera faciam in corde et per cor Christi: utar corde Christi, quasi meo; in hoc corde, et per hoc cor. Deum amabo, orabo, adorabo.

Hae praxis mirum in modum utilis est et consolatoria, maxime in arduitatibus et derelictionibus. Tunc reflecte corde tuo siccò et arido, junge te divino Christi cordi, quod et tuum est, ipsoque utere tanquam tuo. Per hoc divinum cor ora, ama, adora... Offer Deo infinitum hujus cordis amorem, continuum illius cordis adorationem, gratiarum actionem, laudem, beneficentiam, etc. Complace tibi in patre Christi cordis aethis. Gaude quod per illud Deus dignè ametur, dignè adoraretur, dignè colatur, dignè laudetur, etc., et in divinis hujus cordis aethis quiesce. Hanc praxim vide in fine Epistolae ad Rom. scilicet in coroll., cap. 16; in Epist. ad Hebr., cap. 8, in coroll. et cap. 9, in coroll.; et cap. 15, etiam in corollario.

VELS. 17. — *Hoc igitur dico...* Redi ad id quod initio dicere ceperat: *Obsecro vos ut dignè ambulatis*, v. 1, idque fusiis explicat. Vide paraphrasin.

IN VANITATE SENSUS SUI. Graec., *mentis suae*. Syr., *mentis suae*.

VELS. 18. — *Tenebris obscuratum habeatis*. Graec.: *Obtenebrati intellectu*. Pingit gentes primò quoad interna. Vide paraphrasin.

PER IGNORANTIAM... PROPTER CECITATEM... Fons vanitatis gentium fuit intellectus obscuratio, majoris autem obscuratio causa fuit cordis ipsorum obturatio. Corrupto intellectu, hominis dice, corruptus est appetitus; appetitus autem corruptio majorem induxit obtenebrationem intellectus; et ex illa majori obtenebratione nata est cordis durities, excecatio: cor callum obtulit; unde secuta est desperatio, indolentia, omnium scelerum origo.

Inspiciens cor eorum; stulti facti sunt, ut in reprobum sensum traditi, nec Deum nec Christum agnoscat, sed idola lignea et lapidea putent esse deos, demones colant, etc.

Alienati à vita Dei, id est, à vita quae secundum Deum est, à vivendi modo quem Deus instituit, praecipit, et sibi gratum ac placitum declaravit, idque per ignorantiam: qui scilicet Deum, Deum legem et voluntatem ignorant. Quae est in illis, propter cecitatem cordis ipsorum; Graecè, propter excecationem. Veri etenim posset, propter obturationem, vel, ut Ambrosius, duritiam cordis eorum.

VERS. 19. — QUI DESPERANTES; noster interpres legit, *ἀπολογίζονται, desperantes; ἀναγνώ, spero; ἀνεπίστω, despero*, et ita legit etiam Syrus, Arab., et omnes veteres Latini. In Graeco tamen nunc est *ἀπεριποίητος, dedolentes*, id est, dedolere sinentes et conscientiae remorsum non sentientes, aut saltem non curantes. Ita etiam habet D. Chrysostomus, Theodoretus, Theophylactus, lege eorum textus Graecos: Apostolus gentiles hic pigri quod externa: SESE TRADIDERUNT IN PUDICITIA... Vide paraphrasim.

IN AVARITIAM. Per avaritiam hic intellige, non pecuniarum insatiabilem cupiditatem, sed excessivam et faevibilem voluptatum aviditatem, seu, ut ait D. Anselmus, insatiabilitatem, quia sicut avarus non quam reputat se satis habere, ita nunquam nisi perveniendo ad fomicationis saturitatem.

Ex hac scelerata via pictura, discite quod ex intellectus ignorantia oritur cordis corruptio; ex cordis corruptio fit major obtenebratio; ex utraque, id est, ex cordis corruptione et intellectus obtenebratione fit consuetudo; ex consuetudine nascitur impudentia et indolentia; nec pudet, nec dolet de peccato. Hinc homo, quasi brutum, in omnia turpissima et abominanda vult praecipere. Hoc de gentilibus narrat hic Apostolus: sed huius in quot et quot Christianis hoc idem vidimus? Quia sensus sui vanitatem secuti sunt, obtenebrati fuerunt intellectu, alienati à vita Dei: demum desperantes et dedolentes, in quorumlibet vitiorum barathrum praecipites ruerunt. Cave ergo à vanitate sensus, à sensuum impressione, à passionibus. Fidem audi, obedi Deo, Evangelium sequere.

VERS. 20. — Vos autem non ita didicistis... Hoc, luxuriari scilicet, et ut bruta corrumpi, non didicistis in schola Christi. Seu, ut ait Theodoretus: Talis est quidem doctrina impietatis, Christi vero disciplina est omnino contraria, docet enim *deponere vos veterem hominem*...

VERS. 21. — Si tamen illum audistis... In paraphrasim concinniore secutus sui opinionem quae

VERS. 19. — Qui desperantes, scilicet salutem et vitam virtutis ac beatitudinis. Graeca habent, *indolentes*, et, ut Hieronymus verit, indolentes, qui scilicet d'iere desiderant, quod omnem doloris sensum perdidissent. *Scripturae tradiderunt impudicium in operationem inmunditiam omnis in avaritiam*; ut aliena appetant et invadant insatiabiliter. Avaritia ergo significat hic avaram cupiditatem filidinis et voluptatum, quae temperantiae et continentiae repugnat semper.

VERS. 20. — Vos autem non ita didicistis Christianum. Ac si dicat: Talia non docet Evangelium Christi, hoc non didicistis in doctrina Christi, non ita educti estis in Christiana ismo, scilicet ita luxuriari, ut faciunt gentes. Ita Hieron. et Anselm. Discere Christianum, inquit Hieronymus, est discere temperantiam, sapientiam, virtutem Christi. Et Theophyl.: Christianum, inquit, discere, est recte vivere.

VERS. 21. — Si tamen illum audistis; q. d.: Sicut omnino Christiano Christiano doctrinam audistis et didicistis, et in ipso edocti estis, sicut est veritas in Jesu. Edocti estis quoniam sit veritas doctrinae ipsius Jesu, quae docet deponendam esse pristinum conversationem.

VERS. 22. — Deponere vos secundum pristinam conversationem veterem hominem. Ut sensus sit: Si tamen

vultis affirmantis esse, non dubitantis; *et, et, siquidem*. Multi tamen volunt esse dubitantis, hoc sensu: Si tamen Evangelium intellexistis et Christi doctrinam verè, qualis est in sa, et à Jesu Christo praedicata, edocti estis. Hocque, sive et terreat Ephesios, sicut post (Ecumenium putat Estius, sive quia post egressum D. Pauli quidam sub nomine Evangelii profanum Ephesi docuerint libertatem, ut putat Grotius.

VERS. 22. — DEPONERE VOS SECUNDUM PRISTINAM... Explicat quae sit doctrina Christi, seu quid ab homine christiano exigat; scilicet, ut deponat pristinam vivendi consuetudinem, quam secundum concupiscentiarum illusionem ducebat; quippe quae concupiscentiae seductrices hominem magis ac magis corrumpunt et quasi in brutum commutant. *Deponere vos*... Alludit hic D. Paulus ad ritum baptismi, in quo vestes deponerentur. Inquit, inquit Apostolus, nos docet *deponere sordidum peccati indumentum, antiquum scilicet concupiscentiarum consuetudinem*. Baptizatus remanere debet concupiscentiis et desideris suis: *Qui Christi sunt, cornu suum crucifixerunt cum vitis et concupiscentiis suis*. Vetus itaque homo est homo qualis erat ante baptismum, gentilis, peccator, suas sequens concupiscentias, et in illis computrescens. Talis homo per singulas horas et momenta magis ac magis corrumpitur et ab homine in brutum degenerat: quippe qui vivit non secundum rationem, quae hominis est, sed secundum passiones, quae brutis et homini sunt quidem communes, sed in brutis fortiores.

SECRETUM DESIDERIA ERRORES, id est, cupiditates seducunt et deceptivas: sunt enim erroris principia, illusionis cause; dulcedinem promittunt, amaritudinem producent. Radix earum dulcis, fructus amarissimi.

VERS. 23. — RENOVAMINI AUTEM... *GREC., renovari autem. SPIRITU MENTIS VESTRE*; spiritus mentis est ipso spiritus, seu mens ipsa. Hebraismus, significans renovari spiritualiter.

VERS. 24. — ET INDICITE NOVUM HOMINEM... *GREC.,*

per Christum docti fuistis deponere atque exuere veterem hominem, qui intelligitur in pristina seu priori conversatione, nempe ea qua vivebatis proutquam creditis in Christum. Est enim vetus homo, aut veritas et corruptio peccati in homine ex veteri Adam contracta, aut ponis ipse homo, quatenus Iudaeismum vetustate affectus est.

Qui corrumpitur secundum desideria erroris, id est, qui in vetustate et corruptela prolicet, obsequendo pravis ac turpibus desideris, quod fit ex neglectis erroribus ac excitate.

VERS. 25. — *Renovamini autem spiritu mentis vestrae*, id est, secundum mentem, secundum interiorem hominem, id est, viridita illa vi gratiae et spiritus mentibus nostris indita, quae Spiritus sanctus non regenerat, et in novos homines, Christianos scilicet et sanctos, transformat.

VERS. 24. — *Et induite novum hominem*, etc. Apparet novum hominem ab Apostolo dici unumquemque hominem quatenus renovatus est per gratiam Dei. Quae renovatio hic et alibi, nomine creationis intelligitur. Exponit igitur Apostolus novum hominem, qui per regenerationem creatus est secundum Deum, id est, divinae legi conformatus; creatus, inquam, in vera iustitia, quod proximos; et in vera sanctitate

inducere. Baptizatus novas resumebat vestes, alias scilicet. Ad quod alludens Apostolus, hoc, inquit, docet nos in novum transformari hominem. Sicut vetus homo veteres sunt affectus peccandi, ita novus homo est nova mens, nova vita filo et gratia Christi renovata.

Observatio moralis.

Quilibet baptizatus est hic novus homo, per regenerationem creatus Deo conformis, utpote in vera iustitia et sanctitate. Potest et cum D. Hieronymo intelligi quod hoc nos docet induere Christum, ipsique imitatione fieri similes. Christianus enim debet esse quasi alter Christus, Christo similis, Christi imago, Christi virtutum imitator; Christum quotidie magis ac magis induere, seu imitari, ita ut in ipso videatur Christus, Christi humilitas, modestia, mansuetudo, charitas, etc. Hoc in baptismo spondimus, hoc repraesentat vestium baptizandi exuitio, et novam baptismi vestium induitio; exuimus praves et veteres peccandi ritus et affectus, ut novum animam Christi induamus in iustitia et sanctitate. Christus itaque à Christiano continè et attentè studendus; Christus, liber intus et foris scriptus, semper à Christiano legendus. Intus, ipsius animus, claritas, humilitas, mansuetudo, etc.; foris, externi actus, patientia, penitentia, paupertas, etc. In hoc studio animus noster, Christi animam induat; mores nostri vitam Christi expriment. Sicut homo veste indutus nihil nisi vestem intuentium oculis exhibet, ita homo Christum indutus, nihil nisi Christum moribus suis exprimit.

VERS. 25. — *PROPTER QUOD DEPONESTIS*... Duo supra dicta generalia doctrinae Christi capita, scilicet de veteris hominis depositione, et novi hominis inductione, nunc explicat in particulari: ac primo docet quomodo membratim et per partes deponendus sit vetus homo.

Incipit à lingua: Deponite omne mendacium, sub quo et fraudem comprehendit; *LOQUIMINI VERITATEM*, et verbis et factis; nulla sit fraus.

QUONIAM SUMUS INVICEM MEMBRA, commembra. Unum membrum alteri membro non mentitur: oculus, v. g., pedem non decipit; manus pedi scopulum non obijcit; sed oculus pedem ducit, curaque ne impingat; manus palpat in tenebris, scopulos averit, corpus, si cadit, sustinet et erigit. Vide hæc de re pulchriora apud D. Chrysostomum, hic. Hanc D. Pauli rationem

seu munditia, quo ad seipsum, etc.

VERS. 25. — *Propter quod deponentes mendacium, loquimini veritatem, unumquemque cum proximo suo. Membra veteris hominis, quae deponi et exui vult Apostolus, sunt mendacium, fraus, ira, iniustitia, furtum, litium, etc. His opponit membra novi hominis, eaque assumi et indui vult, scilicet veritatem, mansuetudinem, iustitiam, liberalitatem, castitatem, etc.*

Quoniam sumus invicem membra; q. d.: Unum membrum non mentitur alteri, non decipit alterum, sed quodque alteri fidele est, illudque sincere adjurat quantum potest. Veritatem praecipit, et mendacium interdicit. Quod ita primis seculis inliberum christiani, ut scribat Iustus Martyr, Apologia secundâ, christianos male morti quam vel semel mentiri.

VERS. 26. — *Irascimini, et nolite peccare*. Si contin-

si penetraveris, agnosces quod in fratrem tuum non possis peccare, quin et in Christum pecces; peccas enim in Christum, quoties in Christi membrum peccas.

VERS. 26. — *INASCIMUS*. Sermo est hypotheticus; nec enim ira praecipitur; sensus ergo est: Si contingat vos pro natura fragilitate commoveri, vel irati et necessitates vos irasci cogat: ira enim est passio homini data, ut ardua aggrediator et superet. Hinc si ratione regitur, eos est virtutis, ait D. Chrysostomus.

NON OCCIDAT... Proverbium Hebraicum, quo significatur, rem non esse in longum protrahendam. Solis occasus apud Hebraeos erat initium dici: significatur ergo iram non esse in alteram diem protrahendam.

LINGUA APOSTOLUS TRANSIT AD COR:

VERS. 27. — *NOLITE LOCUM*... Ira enim conservata parit odium, vindictae voluntatem, per quae diabolus intrat in cor, jus habet in illud, ibique regnat. Nunquam locum sic habet diabolus, ut in inimicitis; hinc mala nascuntur innumerabilia, D. Chrysostomus. Duo itaque sunt observanda in ira, seu in ira commotione: primo, ut non consentiatur intus per voluntatem, et desiderium ulciscendi, nec erumpat exteriorius per verba vel facta injuriosa; secundo, ut non duret, sed quam citò reprimatur; alias dabitur locus diabolo, et ingressus in cor. Idem autem dicendum de quacunque passione.

VERS. 28. — *QUI FURABATUR*... A lingua D. Paulus ad cor transit, hinc à corde ad manum. Furtum autem positum pro omni fraude, et injusta acquisitione.

JAM NON FURETUR, et consequenter restituat, ubi poterit; qui enim retinet quod restituere potest, fur est.

LABOR ET MANUS. Ex specie intelligitur omne genus laboris utilis.

QUOD BONUM EST. Excludit turpe et obscenum opificium.

UT HABEAT UNDE TRIBUAT, siquæ peccatum suum solvat, seu restituat; ita D. Chrysostomus. *Ubi habeat ergo sibi necessaria; ut habeat unde restituat; ut habeat unde pauperi tribuat; addo etiam, ut omnino fugiat.*

Ex D. Paulo, non sufficit Christiano quod aliena non rapiat; sed debet egenis, etiam proprio manuum

gat irasci, evetne ne in opus ira erumpat, id est ne faciat quod ira suggerit, ne sine eam progredu usque ad injuriam.

Sed non occidat super iracundiam vestram. Est proverbium, significans iram statim esse compescendam, ne locum demus diabolo.

VERS. 27. — *Nolite locum dare diabolo*; quod fit, dum fovetur ira, et similes diaboli foetus. Significat Apostolus eum qui sinit iram diutius apud se morari, dare locum diabolo. Potest sic intelligi: Nolite locum dare diabolo, tanquam accusatori. Semper enim quaerit de quo nos apud Deum possit accusare, etc.

VERS. 28. — *Qui furabatur, jam non furetur*, etc.; id est, quod honestum est; q. d.: Laboret et operetur, sed ita ut non ex turpi officio, sed honesto victum quaerat.

suorum labore, victum et necessariis comparare. Quid ergo de divitibus in misericordibus diceret, qui egenis sua superflua denegant? quid de prelatibus, beneficiariis, qui bona pauperum in vanos et turpes usus dissipant? Debet pauper honesto labore comparare unde tribuat alii pauperi; divites autem obscuro et turpi operantur; unde sit ut non habeant ad dandum pauperibus. In obscuro et damnatis rebus pauperum bona consumuntur! Christi patrimonium dispenditur!

VERS. 29. — **OMNIS SERMO MALUS...**, Græc., *putris, putridus*. Redit ad linguam, nosque docet loquendi normam; sermo noster non sit malus, sit bonus, sit gratiosus. Primum, *omnis sermo malus*, obscenus, scurrilis, amarulentus, invidiosus, diabolus, quocumque vitio infectus, putris, et corruptus, omnino vitandus; secundo, *bonus tantum proferendus*, idque non temere, ne nostro vitio vertatur in malum; sed oportet ad *edificationem fidei*, id est, proximi, in fide, et pietate, juxta illud Prov. 15: *Sermo opportunus, optimus*.

AD EDIFICATIONEM FIDEI; Græc., *utis*, id est, ad usum, seu utilis ad edificationem. Tertio, *ut det gratiam...*, seu *progressum in gratia, fide et pietate*, etc., quod est explicatio præcedentis, ut in paraphrasi. Vel etiam ut sit gratiosus, id est, cum gratia, venuste et jucunde proferatur; ita ut voluptatem spirituales audientibus afferat.

Omne tollit punctum, qui miscuit utle dulci.

VERS. 30. — **ET NOLITE CONTRISTARE...**, subaudi, nolite, verbis malis, id est, obscenis, putribus, et scandalosis, *contristare*, id est, offendere *SERVUS SANCTUM*. Cum offenditur, contristatur; sed Spiritus sanctus offensus contristaretur, nisi esset Deus, et impassibilis. Quantum autem ex parte nostra est, contristamus eum, cum verbis aut factis illum offendimus. Nolite ergo talia facere, quæ Spiritui sancto ita displicent, ut quasi offensus et contristatus discedat à vobis; quemadmodum homo offensus et contristatus egreditur à domo offendentis et contristantis.

Is quo *signatus estis*, id est, per quem signati estis in baptismo, interior et copiosus gratia, quasi sigillo, quo, ut filii Dei, à cæteris hominibus distinguimini.

Is, scilicet Spiritus sanctus, nos fecit gregem regalem; is nos abduxit à primis omnibus; is non sivit

VERS. 29. — *Omnis sermo malus ex ore vestro non procedat. Pro malis, Græcæ est, putris et corruptus, qui scilicet sibi pendente non est conditus: sed vel lascivus, et obscenitate, vel scurrilitate, vel alio vitio est infectus et corruptus.*

Sed si quis bonus ad edificationem fidei, ut det gratiam audientibus. Supple, hic procedat ex ore vestro, ut scilicet fideles edificentur, et in fide ac virtutibus proficiant per vestra colloquia. Gratiam, id est, progressum in gratia, pietate et virtutibus. Vult sermonem nostrum non tantum esse talem qui edificet, sed simul esse gratiosum, ut cum gratia venuste et jucunde proferatur. Lingua sapientium ornata scientiam, Prov. 15.

VERS. 30. — *Et nolite contristare Spiritum sanctum Dei: in quo, id est, per quem, signati estis in diem re-*

nos esse signatos cum illis qui sunt obnoxii iræ Dei; et tu eam tristitia afflicis, D. Chrysostomus. Per sanctissimum Spiritum grex divinus effectus sumus, Theodoritus.

IN DIEM REDEMPTIONIS; Syr., *liberationis*, id est, in diem gloriose resurrectionis, ubi ab omnibus malis, in anima et corpore liberati, integram, æternam felicitatem consequimur.

Observatio moralis.

In baptismo et confirmatione obsignati sumus Spiritu sancto; id est, Conditoris nostri signum, figuram et imaginem recepimus; gratiam sanctificandam, quæ filii Dei et Deo consecrati agnoscimur, sicut ex sigillo agnoscuntur, v. g., regis litteræ. Hoc autem sigillo, non anima tantum, sed et corpus nostrum, et omnia membra nostra obsignata sunt, sanctificata, Deo consecrata, ait D. Chrysostomus. Quocumque verò sigillatum est, aperiri non potest, sine auctoritate ejus qui sigillum apposuit. Non possumus ergo esse aperire sine Spiritu sancti motione; quanto minus illud ad turpia et obscena verba!

Spiritus sancti sigillum violat, qui os aperit ad inutilia loquendum. Spiritum sanctum contristat, qui ad mala verba, ore sancto et sanctificato utitur. Vide plura apud D. Chrysostomum.

VERS. 31. — **OMNIS AMARITUDO ET IRA...** Enumerata et prohibet omnes iræ gradus; cuius quasi prima radix est *amargitudo*, quæ cor offensum proximi facti aut verbo amarescit ergo ipsam. Hinc oritur quedam cordis effervescencia, seu animi inflammatio. Græc., *amara, exarscencia*, quæ est iræ incipiens. Deinde ascendit *indignatio*, Græc., *orgos*, iræ perfecta, iræ accessio. Postea erumpit in clamores, convicia, querelas, omnem denique militiam proximam habentem; seu malignitatem justitiæ et charitatis oppositam. Et hæc omnia D. Paulus vult à nobis prorsus et radicitus avelli. Clamor est equus iræ, ait D. Chrysostomus; equum si prostraveris, ascensorem evertisti, ex eodem. Iræ pennas amputas, si clamorem auferas, idem.

VERS. 32. — **ESTOTE AUTEM INVICEM BENIGNI...** Vult autem ut in locum vitiorum supra enumeratorum, inseramus in cordibus nostris virtutes contrarias, seu ut simus invicem comes, suaves et benigni, misericordes; Græc., *bonorum viscerum*, seu habentes viscera misericordie, compatientes.

Redemptio, quasi filii promissionis, et quasi regalis grex Christi et Spiritus sancti.

In diem redemptionis, id est, in die quo baptizati estis. Baptismo enim facti estis participes redemptionis Christi, illoque die redempti estis à servitute peccati et diaboli.

VERS. 31 et 32. — *Omnia amaritudo et ira... Etiam autem invicem benigni, id est, omnes, suaves et blandi: misericordes, id est, boni affectus, donatis invicem injurias et offensas, sicut et Deus in Christo, per Christum Filium sui meritum, donavit vobis, condonavit omnia vestra delicta. Hæc est radix omnis pietatis et charitatis, quam opponit amaritudini. Ira enim non extinguatur ira, sicut nec ignis igne: sed sicut ignis aqua, ita ira extinguatur potentia et benignitate, ait Chrysostomus.*

DOXASTES INVICEM..., mutuas vobis invicem condonantes injurias, sicut Deus per Christum Filium suum, quem pro peccatis vestris immolavit, vobis offensas

Corollarium pietatis, seu in hoc capite ad pietatem maxime notanda, et ad praxim redigenda.

1° Omnis Christianus observet vite christianæ, Christoque dignæ compendium. Christianus sit perfectè humilis, humiliter de se sentiens et loquens, humiliterque cum aliis omnibus se gerens; sit mansuetus, mansuetè cum omnibus agens, et loquens; sit patiens, aliorum mores vitiosos, et sibi incommodos sustineat, idque omne ex charitate Dei et proximi. Vide v. 1, 2, 3.

2° Idem Christianus observet, distinguat in mente, et corde imprimat conglobatas rationes quibus ad unitatem et mutuum concordiam nos invitat Apostolus, v. 4, 5, 6. Sit ergo pacificus, unitatis et concordie amator. *Beati pacifici, quoniam filii Dei vocantur.*

3° Omnis Dei et Ecclesie minister apostolicam de charismatibus doctrinam observet, ut ob ea nec superbiat, nec aliis invidet, nec unitatem disrumpat. Primum, dona Dei sunt, non pro merito data, sed pro Dei beneplacito; ut quid gloriaris ob illa? v. 7; secundò, dona Dei sunt pro aliorum salute data; cur invidere habent? v. 12; tertio, dona Dei sunt data ad opus, ad ministerium, ad edificationem, v. 12. Quantum inde tremor inertis, domisantis, destruentis? v. 7, 8, 11, 12, 13, 14, 15, 16, et observationes morales in luce v. 16.

4° Ex apostolica D. Pauli doctrinâ v. 15 et 16, in quibus Christus exhibetur ut caput et cor Ecclesie, spiritum et vitam sufficiens sigillis Ecclesie membris, praxim dedimus verè christianam, per unionem continuoam cum Christo, capite et corde nostro; ut in illo, per illum et cum illo, omnia nostra pietatis opera exerceamus. Hanc praxim vide in fine v. 16. Fusiis

CAPUT V.

1. Estote ergo imitatores Dei, sicut filii charissimi;

2. Et ambulatè in dilectione, sicut et Christus dilexit nos, et tradidit semetipsum pro nobis oblationem et hostiam Deo in odorem suavitatis.

3. Fornicatio autem, et omnis immunditia, aut avaritia, nec nominetur in vobis, sicut decet sanctos;

4. Aut turpitudò, aut stultiloquium, aut scurrilitas, quæ ad rem non pertinent: sed magis gratiarum actio.

5. Hoc enim scitote intelligentes, quod omnis fornicator, aut immundus, aut avarus, quod est idolorum servitus, non habet hereditatem in regno Christi et Dei.

6. Nemo vos seducat inanibus verbis: propter hæc enim venit ira Dei in filios diffidentie:

7. Nolite ergo effecti participes eorum.

8. Eratis enim aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino; ut filii lucis ambuletis.

vestras condonavit. Hanc Dei misericordiam ineffabilem præ oculis semper habetote, ut eam imitemini.

illam vide in fine Epistolæ ad Rom., c. 16, in corollario; et in Epist. ad Hebr., cap. 8, in coroll. c. 9, in coroll. et c. 15, etiam in corollario.

5° Ab eodem apostolo, v. 22, 23, 24, duo discamus omnes, ad quæ reducitur vita christiana, et quo in Baptismo factis et verbis promissimus. Primum, *deponere veterem hominem*, v. 22, id est, sordidum peccati indumentum, seu antiquum concupiscentiæ consuetudinem. Hoc in nostro Baptismo representavit vestium depositio. Hoc promissimus, renuntians Satanz et ejus operibus perniciosis. Secundum, *induere novum hominem*, Christum scilicet per imitationem, v. 24. Intus induere Christi charitatem, humilitatem, mansuetudinem, etc. Exterius induere Christi penitentiam, pauperitatem, patientiam, etc., ita ut Christus videatur in nobis. Hoc representat albarum vestium indutio. Hoc promissimus, cum Christo nomen dedimus, eique nos semper adhaerere juravimus. Vide dicta v. 24. Hanc autem veteris hominis extinctionem, hæcque novi hominis inductionem, membratim et per partes faciendam, docet Apostolus in reliquo capite. Utramque incipit à lingua; versus itaque 25, 29, 30, 31, docet quæ vitia lingua à nobis fugienda; illidem et nos docet normam sanctæ et christianæ loquendi. À lingua transit ad cor, doctique quomodò passionibus resistendum: ne diabolus detur ingressus in illum, v. 26, 27. Docet è contra quomodò Christi virtutes induenda; ut Christus habet in cordibus nostris, v. 32. Denique à corde transit ad manum, doctique quæ vitia fugere debeat, quas virtutes operari, v. 28.

CHAPITRE V.

1. Soyez donc les imitateurs de Dieu, comme étant ses enfants bien-aimés;

2. Et marchez dans l'amour et dans la charité, comme Jésus-Christ nous a aimés, et s'est livré lui-même pour nous, en s'offrant à Dieu comme une oblation et une victime d'agréable odeur.

3. Qu'on n'entende pas seulement parler parmi vous, ni de fornication, ni de quelque impureté que ce soit, ni d'avarice, comme on ne doit point entendre parler parmi les saints.

4. Qu'on n'y entende point de paroles déshonnêtes, ni de folles, ni de bouffonnes: ce qui ne convient pas à votre vocation; mais plutôt des paroles d'action de grâces.

5. Car sachez que nul fornicateur, nul impudique, nul avaré, dont le vice est une idolâtrie, ne sera héritier du royaume de Jésus-Christ et de Dieu.

6. Que personne ne vous séduise par de vains discours; car c'est pour ces choses que la colère de Dieu tombe sur les hommes rebelles à la vérité.

7. N'ayez donc rien de commun avec eux.

8. Car vous n'étiez autrefois que ténébreux, mais maintenant vous êtes lumière, en notre Seigneur; marchez comme des enfants de lumière.

suorum labore, victum et necessariis comparare. Quid ergo de divitibus in misericordibus diceret, qui egenis sua superflua denegant? quid de prelatibus, beneficiariis, qui bona pauperum in vanos et turpes usus dissipant? Debet pauper honesto labore comparare unde tribuat alii pauperi; divites autem obscuro et turpia operantur; unde sit ut non habeant ad dandum pauperibus. In obscenis et damnatis rebus pauperum bona consumuntur! Christi patrimonium dispenditur!

VERS. 29. — **OMNIS SERMO MALUS...**, Græc., *patris*, putridus. Redit ad linguam, nosque docet loquendi normam; sermo noster non sit malus, sit bonus, sit gratiosus. Primum, *omnis sermo malus*, obscenus, scurrilis, amarulentus, invidiosus, diabolus, quocumque vitio infectus, putris, et corruptus, omnino vitandus; secundo, *bonus tantum proferendus*, idque non temere, ne nostro vitio vertatur in malum; sed oportet ad *edificationem fidei*, id est, proximi, in fide, et pietate, juxta illud Prov. 15: *Sermo opportunus, optimus*.

AD EDIFICATIONEM FIDEI; Græc., *usq.*, id est, ad usum, seu utilis ad edificationem. Tertio, *ut det gratiam...*, seu *progressum in gratia, fide et pietate*, etc., quod est explicatio præcedentis, ut in paraphrasi. Vel etiam ut sit gratiosus, id est, cum gratia, venuste et jucunde proferatur; ita ut voluptatem spirituum audientibus afferat.

Omne tollit punctum, qui vincit vitio dulci.

VERS. 30. — **ET NOLITE CONTRISTARE...**, subaudi, nolite, verbis malis, id est, obscenis, putribus, et scandalosis, *contristare*, id est, offendere *SERVUS SANCTUM*. Cùm offendimur, contristamur; sed Spiritus sanctus offensus contristaretur, nisi esset Deus, et impassibilis. Quantum autem ex parte nostra est, contristamus eum, cùm verbis aut factis illum offendimus. Nolite ergo talia facere, quæ Spiritui sancto ita displicent, ut quasi offensus et contristatus discedat à vobis; quemadmodum homo offensus et contristatus egreditur à domo offendentis et contristantis.

Is quo signatus estis, id est, per quem signati estis in baptismo, interior et copiosus gratia, quasi sigillo, quo, ut filii Dei, à cæteris hominibus distinguimini.

Is, scilicet Spiritus sanctus, nos fecit gregem regalem; is nos abduxit à primis omnibus; is non sivit

VERS. 29. — *Omnis sermo malus ex ore vestro non procedat. Pro malis, Græcæ est, putris et corruptus, qui scilicet sibi pendente non est conditus: sed vel lascivus, et obscenitate, vel scurrilitate, vel alio vitio est infectus et corruptus.*

Sed si quis bonus ad edificationem fidei, ut det gratiam audientibus. Supple, hic procedat ex ore vestro, ut scilicet fideles edificentur, et in fide ac virtutibus proficiant per vestra colloquia. Gratiam, id est, progressum in gratia, pietate et virtutibus. Vult sermonem nostrum non tantum esse talem qui edidit, sed simul esse gratiosum, ut cum gratia venuste et jucunde proferatur. Lingua sapientum ornata scientiam, Prov. 15.

VERS. 30. — *Et nolite contristare Spiritum sanctum Dei: in quo, id est, per quem, signati estis in diem re-*

nos esse signatos cum illis qui sunt obnoxii iræ Dei; et tu eam tristitia afflicis, D. Chrysostomus. Per sanctissimum Spiritum grex divinus effectus sumus, Theodoritus.

IN DIEM REDEMPTIONIS; Syr., *liberationis*, id est, in diem gloriose resurrectionis, ubi ab omnibus malis, in anima et corpore liberati, integram, æternam felicitatem consequimur.

Observatio moralis.

In baptismo et confirmatione obsignati sumus Spiritu sancto; id est, Conditoris nostri sigillo, figuram et imaginem recepimus; gratiam sanctificationem, quæ filii Dei et Deo consecrati agnoscimur, sicut ex sigillo agnoscuntur, v. g., regis litteræ. Hoc autem sigillo, non anima tantum, sed et corpus nostrum, et omnia membra nostra obsignata sunt, sanctificata, Deo consecrata, ait D. Chrysostomus. Quocumque verò sigillatum est, aperiri non potest, sine auctoritate ejus qui sigillum apposuit. Non possumus ergo esse aperire sine Spiritu sancti motione; quanto minus illud ad turpia et obscena verba!

Spiritus sancti sigillum violat, qui os aperit ad inutilia loquendum. Spiritum sanctum contristat, qui ad mala verba, ore sancto et sanctificato utitur. Vide plura apud D. Chrysostomum.

VERS. 31. — **OMNIS AMARITUDO ET IRA...** Enumerat et prohibet omnes iræ gradus; cujus quasi prima radix est *avaritia*, quæ cor offensum proximi facti aut verbo amarescit ergo ipsam. Hinc oritur quedam cordis effervescencia, seu animi inflammatio. Græc., *exarscencia*, quæ est iræ incipiens. Deinde asurgit *indignatio*, Græc., *seps*, ira perfecta, iræ accessio. Postea erumpit in clamores, convicia, querelas, omnem denique militiam proximam habentem; sen malignitatem justitiæ et charitatis oppositam. Et hæc omnia D. Paulus vult à nobis prorsus et radicitus avelli. Clamor est equus iræ, ait D. Chrysostomus; equum si prostraveris, ascensorem evertisti, ex eodem. Iræ pennas amputas, si clamorem auferas, idem.

VERS. 32. — **ESTOTE AUTEM INVICEM BENIGNI...** Vult autem ut in locum vitiorum supra enumeratorum, inseramus in cordibus nostris virtutes contrarias, seu ut simus invicem comes, suaves et benigni, misericordes; Græc., *bonorum viscerum*, seu habentes viscera misericordie, compatientes.

Redemptionis, quasi filii promissionis, et quasi regalis grex Christi et Spiritus sancti.

In diem redemptionis, id est, in die quo baptizati estis. Baptismo enim facti estis participes redemptionis Christi, illoque die redempti estis à servitute peccati et diaboli.

VERS. 31 et 32. — *Omnia amaritudo et ira... Etiam autem invicem benigni, id est, omnes, suaves et blandi: misericordes, id est, boni affectus, donatis invicem injurias et offensas, sicut et Deus in Christo, per Christi Filii sui meritum, donavit vobis, condonavit omnia vestra delicta. Hæc est radix omnis pietatis et charitatis, quam opponit amaritudini. Ira enim non extinguatur iræ, sicut nec ignis igne: sed sicut ignis aqua, ita ira extinguatur pietatis et benignitatis, ait Chrysostomus.*

DOXASTES INVICEM..., mutuas vobis invicem condonantes injurias, sicut Deus per Christum Filium suum, quem pro peccatis vestris immolavit, vobis offensas

Corollarium pietatis, seu in hoc capite ad pietatem maxime notanda, et ad praxim redigenda.

1° Omnis Christianus observet vite christianæ, Christoque dignæ compendium. Christianus sit perfectè humilis, humiliter de se sentiens et loquens, humiliterque cum aliis omnibus se gerens; sit mansuetus, mansuetè cum omnibus agens, et loquens; sit patiens, aliorum mores vitiosos, et sibi incommodos sustineat, idque omne ex charitate Dei et proximi. Vide v. 1, 2, 3.

2° Idem Christianus observet, distinguat in mente, et corde imprimat conglobatas rationes quibus ad unitatem et mutuum concordiam nos invitat Apostolus, v. 4, 5, 6. Sit ergo pacificus, unitatis et concordie amator. *Beati pacifici, quoniam filii Dei vocantur.*

3° Omnis Dei et Ecclesie minister apostolicam de charismatibus doctrinam observet, ut ob ea nec superbiat, nec aliis invidet, nec unitatem disrumpat. Primum, dona Dei sunt, non pro merito data, sed pro Dei beneplacito; ut quid gloriaris ob illa? v. 7; secundò, dona Dei sunt pro aliorum salute data; cur invidere habent? v. 12; tertio, dona Dei sunt data ad opus, ad ministerium, ad edificationem, v. 12. Quantum inde tremor inertis, domitanti, destruenti? v. 7, 8, 11, 12, 13, 14, 15, 16, et observationes morales in luce v. 16.

4° Ex apostolica D. Pauli doctrinâ v. 15 et 16, in quibus Christus exhibetur ut caput et cor Ecclesie, spiritum et vitam sufficiens sigillis Ecclesie membris, praxim dedimus verè christianam, per unionem continuoam cum Christo, capite et corde nostro; ut in illo, per illum et cum illo, omnia nostra pietatis opera exerceamus. Hanc praxim vide in fine v. 16. Fusiis

CAPUT V.

1. Estote ergo imitatores Dei, sicut filii charissimi;

2. Et ambulatè in dilectione, sicut et Christus dilexit nos, et tradidit semetipsum pro nobis oblationem et hostiam Deo in odorem suavitatis.

3. Fornicatio autem, et omnis immunditia, aut avaritia, nec nominetur in vobis, sicut decet sanctos;

4. Aut turpitudò, aut stultiloquium, aut scurrilitas, quæ ad rem non pertinent: sed magis gratiarum actio.

5. Hoc enim scitote intelligentes, quod omnis fornicator, aut immundus, aut avarus, quod est idolorum servitus, non habet hereditatem in regno Christi et Dei.

6. Nemo vos seducat inanibus verbis: propter hæc enim venit ira Dei in filios diffidentie:

7. Nolite ergo effecti participes eorum.

8. Eratis enim aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino; ut filii lucis ambuletis.

vestras condonavit. Hanc Dei misericordiam ineffabilem præ oculis semper habetote, ut eam imitemini.

illam vide in fine Epistolæ ad Rom., c. 16, in corollario; et in Epist. ad Hebr., cap. 8, in coroll. c. 9, in coroll. et c. 15, etiam in corollario.

5° Ab eodem apostolo, v. 22, 23, 24, duo discamus omnes, ad quæ reducitur vita christiana, et quæ in Baptismo veterem hominem, v. 22, id est, sordidum peccati indumentum, seu antiquum concupiscendi consuetudinem. Hoc in nostro Baptismo representavit vestium depositio. Hoc promissimus, renuntians Satanz et ejus operibus perniciosis. Secundum, *induere novum hominem*, Christum scilicet per imitationem, v. 24. Intus induere Christi charitatem, humilitatem, mansuetudinem, etc. Exterius induere Christi penitentiam, pauperitatem, patientiam, etc., ita ut Christus videatur in nobis. Hoc representat albarum vestium indutio. Hoc promissimus, cùm Christo nomen dedimus, eique nos semper adhaerere juravimus. Vide dicta v. 24. Hanc autem veteris hominis extinctionem, hæcque novi hominis inductionem, membratim et per partes faciendam, docet Apostolus in reliquo capite. Utramque incipit à lingua; versus itaque 25, 29, 30, 31, docet quæ vitia lingua à nobis fugienda; illidem et nos docet normam sanctæ et christianæ loquendi. À lingua transit ad cor, doctique quomodò passionibus resistendum: ne diabolus detur ingressus in illum, v. 26, 27. Docet è contra quomodò Christi virtutes induenda; ut Christus habet in cordibus nostris, v. 32. Denique à corde transit ad manum, doctique quæ vitia fugere debeat, quas virtutes operari, v. 28.

CHAPITRE V.

1. Soyez donc les imitateurs de Dieu, comme étant ses enfants bien-aimés;

2. Et marchez dans l'amour et dans la charité, comme Jésus-Christ nous a aimés, et s'est livré lui-même pour nous, en s'offrant à Dieu comme une oblation et une victime d'agréable odeur.

3. Qu'on n'entende pas seulement parler parmi vous, ni de fornication, ni de quelque impureté que ce soit, ni d'avarice, comme on ne doit point entendre parler parmi les saints.

4. Qu'on n'y entende point de paroles déshonnêtes, ni de folles, ni de bouffonnes: ce qui ne convient pas à votre vocation; mais plutôt des paroles d'action de grâces.

5. Car sachez que nul fornicateur, nul impudique, nul avaré, dont le vice est une idolâtrie, ne sera héritier du royaume de Jésus-Christ et de Dieu.

6. Que personne ne vous séduise par de vains discours; car c'est pour ces choses que la colère de Dieu tombe sur les hommes rebelles à la vérité.

7. N'ayez donc rien de commun avec eux.

8. Car vous n'étiez autrefois que ténébreux, mais maintenant vous êtes lumière, en notre Seigneur; marchez comme des enfants de lumière.

9. Fructus enim lucis est in omni bonitate, et justitia, et veritate :
10. Probatens quid sit beneplacitum Deo :
11. Et nolite commicere operibus infructuosius tenebrarum, magis autem redarguite.
12. Quæ enim in occulto fiunt ab ipsis, turpe est et dicere :
13. Omnia autem quæ arguuntur, à lumine manifestantur; omne enim quod manifestatur, lumen est.
14. Propter quod dicit: Surge, qui dormis, et exurge à mortuis, et illuminabit te Christus.
15. Videle, itaque, fratres, quomodo cautè ambuletis: non quasi insipientes.
16. Sed ut sapientes; redimentes tempus, quoniam dies mali sunt.
17. Propterea nolite fieri imprudentes; sed intelligentes quæ sit voluntas Dei.
18. Et nolite inebriari vino in quo est luxuria: sed implemini Spiritu sancto.
19. Loquentes vobismet ipsis in psalmis, et hymnis, et canticis spiritualibus, cantantes et psallentes in cordibus vestris Domino :
20. Gratias agentes semper pro omnibus, in nomine Domini nostri Jesu Christi, Deo et Patri.
21. Subiecti invicem in timore Christi.
22. Mulieres viris suis subdite sint, sicut Domino ;
23. Quoniam vir caput est mulieris, sicut Christus caput est Ecclesie; ipse Salvator corporis ejus.
24. Sed sicut Ecclesia subiecta est Christo, ita et mulieres viris suis in omnibus.
25. Viri, diligite uxores vestras, sicut et Christus dilexit Ecclesiam, et seipsum tradidit pro eâ,
26. Ut illam sanctificaret, mundans lavacro aquæ in verbo vite;
27. Ut exhiberet ipse sibi gloriosam Ecclesiam, non habentem maculam, aut rugam, aut aliquid hujusmodi, sed ut sit sancta et immaculata.
28. Ita et viri debent diligere uxores suas, ut corpora sua. Qui suam uxorem diligit, seipsum diligit.
29. Nemo enim unquam carni suam odio habuit; sed nutrit et fovet eam, sicut et Christus Ecclesiam :
30. Quia membra sumus corporis ejus, de carne ejus, et de ossibus ejus.
31. Propter hoc relinquet homo patrem et matrem suam, et adhaerebit uxori suæ, et erunt duo in carne una.
32. Sacramentum hoc magnum est, ego autem dico in Christo et in Ecclesia.
33. Verumtamen et vos singuli, unusquisque uxorem suam sicut seipsum diligat: uxor autem timeat virum suum.

Hortatur Ephesios ut Dei exemplum de quo v. 32, cap. 4, tanquam filii Dei imitentur, et esse mutuo diligant sicut Christus dilexit nos, v. 1, 2. Ut horreat omnem prorsus immunditatem et avaritiam, quæ certissime à Dei regno suos sectatores excludunt, v. 3, 4, 5. Ut

9. Or le fruit de la lumière consiste en toute sorte de bonté, de justice et de vérité :
10. Recherchez avec soû ce qui est agréable à Dieu :
11. Et ne prenez point part aux œuvres infructueuses des ténèbres; au contraire, redarguez-les.
12. Car la pudeur ne permet pas seulement de dire ce que ces personnes font en secret.
13. Or tout ce qui mérite d'être repris se découvre par la lumière, n'y ayant que la lumière qui découvre tout.
14. C'est pourquoi il est dit: Levez-vous, vous qui dormez, sortez d'entre les morts; et Jésus-Christ vous éclairera.
15. Ayez donc soin, mes frères, de vous conduire avec une grande circonspection, non comme des personnes imprudentes.
16. Mais comme des hommes sages, rachetant le temps parce que les jours sont mauvais.
17. Ne soyez donc pas indiscrètes; mais sachez discerner quelle est la volonté du Seigneur :
18. Et ne vous laissez pas aller aux excès du vin, d'où naissent les dissolutions; mais remplissez-vous du Saint-Esprit.
19. Vous entretenez de psaumes, d'hymnes et de cantiques spirituels, chantant et psalmodiant du fond de vos cœurs à la gloire du Seigneur ;
20. Rendant grâces en tout temps, et pour toutes choses, à Dieu le Père, au nom de notre Seigneur Jésus-Christ ;
21. Et vous soumettant les uns aux autres, dans la crainte de Jésus-Christ.
22. Que les femmes soient soumises à leurs maris, comme au Seigneur ;
23. Parce que le mari est le chef de la femme, comme Jésus-Christ est le chef de l'Eglise, qui est son corps, et dont il est aussi le Sauveur.
24. Comme donc l'Eglise est soumise à Jésus-Christ, les femmes aussi doivent être soumises en tout à leurs maris.
25. Et vous, maris, aimez vos femmes, comme Jésus-Christ a aimé l'Eglise, et s'est livré lui-même pour elle,
26. Afin de la sanctifier, après l'avoir purifiée dans le baptême de l'eau, par la parole de vie ;
27. Pour la faire paraître devant lui pleine de gloire, n'ayant ni tache, ni ride, ni rien de semblable, mais étant sainte et irrépréhensible.
28. Ainsi les maris doivent aimer leurs femmes comme leur propre corps: en effet, celui qui aime sa femme s'aime lui-même ;
29. Car nul ne hait sa propre chair; mais il la nourrit et l'entretient comme Jésus-Christ fait à l'égard de l'Eglise.
30. Parce que nous sommes les membres de son corps, formés de sa chair et de ses os.
31. C'est pourquoi l'homme abandonnera son père et sa mère pour s'attacher à sa femme; ils deviendront tous deux une seule chair.
32. Ce sacrement est grand, je dis en Jésus-Christ et dans l'Eglise ;
33. Que chacun de vous donc aime aussi sa femme comme lui-même, et que la femme révère son mari.

ANALYSIS.

circæ hæc vitæ caveant à vanis quorundam doctrinis, v. 6; nec eorum sint socii criminum, ne sint et portioes suppliciorum, v. 7; sed ut filii lucis, faciant opera lucis, in omni bonitate, et justitiâ, et veritate, v. 8, 9, et Dei voluntatem sollicitè faciant, v. 10. Operibus

- verò tenebrarum non tantum non communicent, v. 11, sed et ea condemnent operum suorum luminæ, v. 12, quia luminis est manifestare, v. 13.*
- § 15. *Monet ut cautè et sapienter ambulent, seu circumspicè conserentur, maxime cum infidelibus; tempora considerent, et attentè explorent quid Deus velit ab eis, v. 16, 17.*
- § 18. *Ne vino, luxuriæ causâ, replentur; sed Spiritu sancto, sanctificationis principio, in hocque Spiritu*

PARAPHRASIS.

1. Estote ergo Dei Patris vestri imitatores, tanquam filii charissimi.
2. Et sicut vos ille dilexit, ita et mutue charitatis opera sedulo et continue exerceat. Sicut etiam Christus dilexit nos, et semetipsum Deo pro nobis obtulit in sacrificium, tanquam hostiam Deo suavissimam, ita et nos invicem debemus diligere, non tantum condonando, sed et vitam pro fratribus impendendo, si res illi postulerit.
3. Fornicationem autem, et quamlibet immunditiam, sicut et nimiam habendi cupiditatem, sic horrete, ut ne quidem illa vitia nominetis. Sicut decet Christianos, nomine et professionis sanctos; quorum non modo opera, sed et verba et cogitata debent esse sancta.
4. Longè quoque absint à vobis obscenitas verborum, fatue, et ineptæ fabulæ, ridiculæ faciliæ; hæc quippe christianum hominem dedecet, upote sanctum et gravem; sed potius audiat apud vos laus Dei, et gratiarum actio.
5. Vos enim scire volo, et ut rem maximo momenti intelligere, quod quidquid in contrarium vobis dicitur omnis scortator, aut immundus, aut avarus, seu servus avaritiæ, quæ est idololatria, jus non habent hereditatis æternæ aliquando percipiendæ.
6. Circa hæc nemo, sive philosophorum, sive Simoniorum, verbis aut rationibus fallacibus vos seducat: propter hæc enim, quæ dixi crimina, ultio divina venire parata est in incredulos, et in inobedientes.
7. Cavete igitur ne sitis eorum socii in peccatis, ne sitis et suppliciorum comperticipes.
8. Aliquando equidem in Gentilismo fuisse tenebrosos totos, et ipse tenebra; nunc autem fide et gratia Christi illuminati et lux estis: itaque ut filii et sectatores lucis vivite; moribus et vitæ vos lucis filios ostendite.
9. (Fructus autem lucis, seu fidei et gratiæ christiænæ, est omnis bonitas, seu beneficentia, omnis justitia et veritas.)
10. Sollicitè et studiosè explorentes quid sit acceptum Deo, ut illud faciatis.
11. Et ne, quocumque modo, nec faciendo, nec approbando, nec tolerando, communicetis infructuosius tenebrarum operibus; è contra verò vos, quoniam lux estis, hæc tenebrarum opera lumine vestro redarguite, oburgate, manifestate, ut eorum omnibus appareat turpitudò.
12. Ne communicetis, inquam, quia adèo turpia

psallant, tententur, content, Deo gratias agunt, sibi que invicem servant, ob reverentiam Christi, 19, 20, 21. Denique descendens ad singulares status, ac primò conjugatas instruire volens, in reliquis capite docet nutritionum non quum esse Sacramentum, quia signum est representans universon Christi cum Ecclesia. Hincque vult ut uxores sint viris suis subditæ, sicut Ecclesia Christo; et ut viri suas uxores diligant, sicut Christus Ecclesiam.

PARAPHRASIS.

- sunt, quæ in occulto faciunt, ut ne pudor quidem illa verbis exprimere patiantur.
15. E contra, inquam, redarguite operum vestrorum luminæ, quia hoc exit natura rei: quæcumque enim arguuntur et per arguendum, seu reprehensionem, manifestantur; lux à lumine manifestantur, quia lucis proprium est manifestare; nec quid potest aliud manifestare nisi sit lux, aut luce perfusum; sicut ergo claritas diei ea quæ nocturnis tenebris erant obscura et abscondita manifestat, ita lux operum vestrorum, seu sanctitatis vestre, arguat opera mala, illorumque turpitudinem manifestet.
14. Quia lucis proprium est illuminare, idèo Isaias dicit peccatori in tenebris sapia: Expergesce, ô peccator, qui dormis in peccatorum torum tenebris; et surge à mortuis operibus tuis, et Christus, lux mundi, et sol justitiæ, te illuminabit.
15. Cum hæc ita sit, ut operum vestrorum lumine debeatis opera tenebrarum redarguere, videle ergo quomodo cautè et circumspicè conserentur, maxime cum infidelibus, non quasi insipientes et imprudentes, sed ut homines vero sapientiæ lumine, Christi scilicet, perfusi; et sibi semper attentè.
16. Ementes, mercantes occasione et opportunitatem, id est, temporis opportunitate bene utentes, quoniam dies sunt malis et periculis pleni.
17. Idèo ne sitis imprudentes et incauti in conversatione vestra, sed attentè considerate quid Deus velit à vobis.
18. Et nolite inebriari vino; in ebrietate enim vini est luxuria, sed implemini musto Spiritus sancti, gratiæ et utilitæ spiritualis principio.
19. Recitantes et cantantes inter vos mutuo psalmos, et hymnos, et canticis spiritualia; cantantes, inquam, et psallentes, non lingua tantum, sed ex intimo cordis affectu, in honorem Christi Domini.
20. De omnibus bonis et gratiis acceptis semper agentes gratias Deo Patri pro Dominum nostrum Jesum Christum qui hæc nobis promeruit.
21. Alter alteri, inferior scilicet subditus sit superiori; et superior inferioris modolo sese accomodet ob reverentiam Christi, qui cum esset summus omnium, omnibus sese submisit.
22. Mulieres viris suis subdite sint, sicut ipsi Christus Domino, cujus vir est imago locumque tenet.
23. Quia sicut Christus est caput Ecclesie et ejusdem tanquam corporis sui salvator, sic vir caput est mulieris ejusque tutor et protector.

24. Sicut ergo Ecclesia Christo libenter est subiecta, ita et mulieres viris suis subiciantur in omnibus, intellige, sicut oportet, in Domino, Coloss. 3, v. 18.

25. Et vos viri, qui Christi imagines estis, Christum Dominum, exemplar vestrum, imitemini. Diligite uxores vestras, sicut Christus Dominus Ecclesiam sponsam suam dilexit, et ita dilexit, ut semetipsum pro ea morti tradiderit.

26. Nimirum ut illam ab omni labe peccati sanctificaret, mundans eam per baptismi lavacrum, in verbo spiritum et vitam conferente.

27. Ut ipse sibi eam exhiberet quasi sponsam multo decore et gloria illustrem, sine macula peccati, sine ruga vetustatis, sine quovis defectu, sed sanctam et irreprehensibilem, sic et mariti debent suas uxores ita diligere, ut illarum navos et maculas et infirmitates tolerent, et, quantum est in illis, sanent, periclitent, et sanctificent tum mortuis, tum exemplis.

28. Hoc eos docet exemplum Christi allegatum; sed propterea ipsos ad hoc impellere debet etiam proprius amor. Est enim uxor quam quid cum marito; uterque est una caro; debent ergo mariti uxores suas diligere ut corpora sua; qui enim uxorem suam diligit, seipsum diligit, qui est unum quid cum illa.

29. Nemo seipsum odio habet, et consequenter

VERS. 1. — ESTOTE ERGO IMITATORES DEI... Syr.: *Estote ergo conformes Deo.* Hæc conclusio pendet ab eo quod ultimo præcedentis capituli versiculo dictum est: *Sicut et Deus in Christo donavit vobis;* hincque infert: Dei ergo, Patris vestri, imitatores estote; condonato iuricem, sicut condonavit vobis. Liberorum est moribus patrem referre; et eo filii sunt patribus chariores, quo similiores; ergo vos, UT FILII CHARISSIMI, Patrem vestrum equestem imitemini; clementissimus est, peccata condonat, omnibus bona facit; ergo ut filii sitis ei charissimi, injurias condonate, omnibus benefacite, in dilectione sedulo ambulate.

VERS. 2. — ET AMBULATE IN DILECTIONE... Non unum aut alterum actum charitatis hoc significat, sed continuum exercitium et progressum in charitate. Deus, Pater noster, charitas est; et nos pro modulo nostro charitas simus, saltem in charitate ambulemus, ab ea nunquam deliciamus. Notat D. Chrysostomus quod non dicatur nobis absolute: *Estote imitatores Dei,* sed quod statim addatur in dilectione. Deus quippe in omnibus quidem admirandus, at non in omnibus imitabilis; v. g., admirandus est in sua scientiâ, potentia, immensitate, æternitate, et in infinitis aliis perfectio-

VERS. 1. — Estote ergo imitatores Dei, etc.; q. d.: Filiorum est imitari suos parentes; q. d.: Cum accepta remissione peccatorum facti sitis Dei filii, Desuper dilecti, debetis Deum Patrem vestrum imitari, ut sicut ille vobis in Christo peccata condonavit, ita et vos invicem offensas condonatis.

VERS. 2. — Et ambulate in dilectione; id est, sicut estis a Deo dilecti, sic et vos exercete opera mutue dilectionis.

nemo corpus suum, sui ipsius partem, odio habet; sed è contra quilibet corpus suum nutrit et fovet; debet ergo maritus uxorem, utpote corpus suum, diligere, nutrire, fovere, sicut Christus Ecclesiam, corpus suum, nutrit, fovet, vestit et ornat.

30. Verè Ecclesia corpus ejus mysticum est, quia nos singuli fideles sumus membra lajux sacri corporis, nimirum de carne, et de ossibus ejus in cruce dormientis, spiritaliter formati; sicut Eva corporaliter formata est ex Adamo dormiente.

31. Auctoritas denique Scripturæ hunc amorem viri in conjugem, quasi in seipsum, confirmat, cum de Evâ et, in ipsius personâ, de omnibus mulieribus dicit: Propter hoc homo relinquit patrem et matrem suam, et agglutinat hinc uxori suæ, et erunt una caro.

32. Mysterium citatæ Scripturæ verbis expressum, nempe primum Adæ et Evæ matrimonium, magnum Sacramentum est et mysterium: quippe quod expressivum et representativum erit unanimitatis et indissolubilis conjunctionis Christi cum Ecclesiâ.

33. Licet autem mysterium sit, et de Christo principaliter intelligatur mysticè, veritatem et vos ad litteram adimplete: unusquisque naribus suam uxorem diligit sicut seipsum; uxor verò suum virum reveretur, sicut Ecclesia Christum: sicutque reipsa exprimitis quod in Christo et Ecclesiâ significat.

COMMENTARIA.

nibus, sed in illis est inimitabilis, hæc enim omnia nostras superant vires. Vult autem ut bonitatem suam imitemur omnes, ut condonemus sicut condonat; benefaciamus omnibus, sicut ipse omnibus benefacit; quia hæc pro modulo nostro possumus omnes, ipsius adjuvante gratiâ: possumus ergo Deo similes esse.

Si condonaveris, Deum imitaris, Deo assimilaris, ait D. Chrysostomus. Si benefeceris proximo, Deum imitaris, proximo quasi Deus eris: homo quippe benefacendo, homini quasi Deus est.

SICUT ET CHRISTUS DILEXIT NOS... Christi voluntarium pro nobis sacrificium aliud est nobis claritatis exemplar. Supplendum reliquit Apostolus: Ita nos invicem debemus diligere, non condonando tantum, sed et vitam, si opus fuerit, pro laetibus impendendo.

IN ODOREM SUAVITATIS. Græc., *bonæ fragrantie;* seu ad instar rei suaviter olentis, seu hostiæ Deo gratissimæ et jucundissimæ. Videtur Apostolus alibi referre ad id quod de Noe sacrificio scriptum est Genes. 8, 21: *Odoresque est Dominus odorem suavitatis, et ait ad eum: Nequaquam ultra maledicam terræ, propter homines. Christus verus Noe è diluvio peccatorum nos salvos fecit, et Deus ipsius sacrificii odore suavissimo re-*

Sicut et Christus dilexit nos, non tantum ut Deum, dilectione communi cum Patre, sed etiam ut homo, charitate creata et infusa; e. j. ipsa magnitudine declarata quod sequitur:

Ei tradidit semetipsum pro nobis oblationem et hostiam Deo in odorem suavitatis. Sensus est: Dilexit nos, adeo ut sponte semetipsum traderet pro redemptione nostri, sequè obtulerit hostiam Deo acceptissimam quando in cruce mortuum pro nobis subijt.

creatus, decrevit hominibus se paritutum. *In odorem.* Tribuitur odoratus Deo, et supponitur quod sacrificiorum fumus et odor ipsi placebant, ipsiusque sedabant iram. Christi autem sacrificium Deo gratissimum fuit, ita ut nunquam illum gratis esse poterit, sed propter ipsum grata fuerint quæcumque aliquando grata fuerunt. Quia Christus ipse, homo Deus, sacrificii sui sacerdos fuit et victima. Sacerdos offerens, non homo tantum, sed homo Deus; offerens autem, non coetus, sed libens et volens, ex charitate: **DILEXIT NOS ET TRAXIT...** Victima, non opes, non frogos, non animal, etc., sed ipsemet, homo Deus: **TRADIDIT SEMETIPSUM,** totum, quantum est homo Deus.

Pro nobis, non sanctis, non amicis, sed pro nobis peccatoribus et inimicis, ut peccatorum nostrorum veniam mereretur, ut peccatorum nostrorum fetore, quasi à Dei naribus ablati, et placatus parceret. Ex hoc ergo Christi sacrificio pro suis inimicis oblati, discamus inimicos diligere et, si opus sit, pro ipsis mori. At ex hoc Filii Dei sacrificio, Deo gratissimo et pro nobis peccatoribus oblati, discamus illud continè Deo pro nostris peccatis offerre; in hoc sacrificio sibi tota nostra spes et fiducia; cum sancta Ecclesiâ, matre nostrâ, frequenter oremus: Per mortem et sepulturam tuam, etc.: **PARCE NOBIS, DOMINE:** Libera nos, Domine, etc.

VERS. 5. — FORNICATIO AUTEM... Redit ad vitiorum prohibitionem, et ubi dixit de passione iræ, nunc de concupiscentiâ, seu de appetitu inordinato voluptatum et pecuniarum agit. Hæc autem duo vitia Ephesi maxime regnabant, idè de ipsis agit vivacissime. *Fornicatio,* sub quo nomine comprehenditur omnis illicita sexuum cum mixto, seu omnis concubitus cum non suo.

ET OMNIS IMMUNDITIA, id est, omnes tactus veneri, pollutio, et alia contra naturam, seu qua non ordinantur ad generationem, ait D. Thomas.

AUT AVARITIA. Idè jungit avaritiam luxurie, quia, ut ait Theophylactus, pari ratione pecunias amamus et corpora. Vel, ut ait Anselmus, quia avaritia est quedam fornicatio animæ: sicut enim qui fornicatur, non suâ, sed alienâ muliere abutitur, sic qui peste avaritiæ contaminatur, usque ad aliena habenda extenditur: et quod sub rapinâ habet, omnibus modis retinere molitur. Denique de hoc avaritiæ vitio hic agit, quia Ephesi maxime regnabat in civitate mercatoria, ubi per fas et nefas acquirebantur divitiæ, nec prohibebatur à legibus.

NEC NOMINETUR... ut loti sitis puri corde, corpore,

VERS. 5. — Fornicatio autem et omnis immunditia, Quævis obscenitas et libido tactuum et immundorum operum, aut avaritia (nimia habendi cupido) nec nominetur in vobis, acut decet sanctos, id est, Christianos. Tam alienus esse vos volo ab his vitis, ut, si fieri potest, ne quidem audiantur aliquando nominari ex ore vestro, ne fortè ex ipso auditu concepta cogitatio carni commoveat ad concupiscendum.

VERS. 4. — Aut turpitudine, puta verborum, aut stultiloquium, aut scurrilitas, quæ ad rem non pertinet, id est, quæ non sunt decentia. *Sed magis gratiarum actio,*

ore, mente. Ab omni peccato et peccati labe mundus esse debet quisquis Christi membrum est; corpus mundum sit ab omni impudicitâ, cor ab omni avaritiâ, os ab omni verbo obsceno, mens ab impurâ cogitatione: hinc Christianus debet omnem immunditiam et avaritiam sic horreare, ut, quantum fieri potest, de his nec cogitet, nec loquatur. Recordare ejuş capitis sis membrum, et omnem horreus immunditiam et avaritiam.

VERS. 4. — AUT TURPITUDO, scilicet verborum. Græc., *obscenitas,* id est, obscœna et inverecunda verba.

STULTILOQUIUM, id est, inepte fabulationes. **SCURRILITAS.** Græc., *εὐρηστικία,* que ab Aristotele virtus dicitur et urbanitas vocatur. Sed hic accipitur pro excessu in jocis et facetiis ridiculis, qualis sunt dicta mimorum et eorum qui ridiculari dicuntur. Per scurrilitatem ergo damnatur hic iudeocra et indecens eutrapelia, seu jocularitas illa que ad risum tantum spectat, ut verba sequentia indicant, non verò urbanitas illa que ad finem honestum refertur, v. g., ad sanitatem. Et in hoc sensu intelligendus est D. Chrysostomus, qui hic, in morali, negat eutrapeliam apud Christianos esse virtutem. Res est parasiotum, mimorum, saltatorum, prostitutorum mulierum; procul absit ab animâ liberâ; si quis est infans, turpis, obscœnus, is est *εὐρηστικος,* id est, urbanus et facetus. D. Chrysostomus.

QUE AD REM NOS PERTINENT. Græc., *non convenientia,* id est, incedentia. Theophylactus, *quæ non erant decentia,* seu, ut explicat, quæ ad nostram sanctificationem non conveniunt. Sanctitatem, modestiam, gravitatem professi sumus; nobis talia professis hæc omnia supra dicta non conveniunt. Deo per baptismum consecrati, Spiritu sancto sigillati, quoddam veluti sacrilegium committimus dum verba scurrilia, turpia proficimus; sicut qui vas Deo sacrum usibus profanis impenderet. Recordare judicii Bathosaris: Quod s autem hoc de quibuslibet Christianis verum est, quanto magis de sacerdotibus et de religiosis, Deo specialissimè et totaliter per vota, per ordinem suum consecratis.

SED MAGIS GRATIARUM ACTIO, scilicet audiat. Hinc antiquus salutandi mos, apud omnes Christianos usitatus: Deo gratias. Vide D. Augustinum, epist. 77. Dei beneficiorum memores, debemus semper Deo gratias agere, et omnes ad gratias Deo agendas provocare.

VERS. 5. — HOC ENIM SCRIBITUR... Ut de prædictis scilicet nominetur, audiantur, sonet ex ore vestro, qui estis christiani et sancti.

VERS. 5. — Hæc enim astute intelliguntur, etc. Chrysost., Theoph., Cyrill., proprie accipiunt avaritiam pro immoedica cupiditate opum, quæ per fas et nefas eas avarus accumulat. Sumitur enim hæc avaritia in actu completo, tanquæ est peccatum morale, et excludit à regno Dei, ut hic ait Apostolus. At verò S. Hieron., sicut passim apud prophetas idololatrica fornicatio vocatur; ita vicissim, inquit, fornicatio per idololatriam potest intelligi, etc.

sceleribus, qui nec philosophi, nec Simoniani ut vita reputant, majorem Ephesius incutiat horrorem, eis cum maxima certitudine asseverat, quod et scortatio et inmunditia et avaritia à Dei regno excludant. Igitur bene *scitote, et intelligite*, contra quasdam qui vobis contrarium dicunt.

Quod omnis fornicator, etiam simplicis fornicationis.

AUT IMMUNDUS, pollutionibus, aut aliis contra naturam immundities.

AUT AVARUS, sive qui ex avaritia rapit alienum, sive qui in suis pecuniis suum quasi finem ultimum collocat.

Quod est idololatriæ servitus; in Græco nunc est qui est idololatra, sic etiam D. Chrysostomus; sed eodem sensu, avaritia est idololatria, et avarus est idololatra; avarus enim habet divitias pro Deo, in illis suam spem collocat; illi se totum devovet, cor, mentem, animam totam, omnia sua immolat.

NON HABET HEREDITATEM... id est, jus non habet ad hereditatem filiorum Dei; excluditur à regno Dei, efficiatur in tenebris, non erit fletus... Utinam ad hanc veritatem serio attendere tot et tot Christiani, suis cupiditatibus seducti, et vanis nebulonum verbis decepti; qui hæc eadem peccata, in æternam damnationem, quasi nihilum etiam hodie reputant.

Domine, videant lumen! tot eorum in ipso lumine palpantium miserere.

VERS. 6. — Nemo vos seducat... Philosophi dicebant nihil esse malum in fornicationibus; Simoniani similiter imparitatem sectabantur, imò suas infandas libidines ad Dei referentiam honorem, easque ipsi quasi sacrificium offerrebant, hinc: Nemo, vel philosophus, vel hæreticus, vos seducat verbis inanis, id est, quæ florem quandam videri habere sermonis, et blandiantur peccatoribus, sed vacua sunt veritates, ait D. Hieronymus.

PROPTER HÆC ENIM VENIT. Venit hæc significat presens et aliquo modo futurum, sicut 4 Joan. 2: Amicus Christi venit. Indicat itaque futurum Dei iudicium et iram venturam in incredulos et inobedientes, qui nec

VERS. 6. — Nemo vos seducat inanis verbis. Non philosophi, non poete lascivi vos seducant, id est, ne sine vos decipi quorundam inanis et fallacibus sermonibus, quasi hoc quod dixi, non ita se habent.

Propter hæc enim (fornicationem scilicet, inmunditiam et avaritiam) venit ira Dei in filios diffidentiarum. Venit, id est, venire solet; ira, id est, vindicta, quæ est effectus iræ Dei: in filios diffidentiarum, id est, inobedientiarum, vel incredulitatis.

VERS. 7. — Nolite ergo effici participes eorum. Scilicet filiorum diffidentiarum; q. d.: Nolite cum sceleribus eorum jam diets communicare et participare.

VERS. 8. — Eratis enim aliquando tenebræ, id est, eratis tenebrosi, infidelitate et ignorantia, tum Dei, tum rerum agendarum. Nunc autem (estis) lux in Domino; q. d.: Nunc Christiani facti estis lucidi; quia illuminati estis fide, gratia et doctrina Christi, ut cognoscatis tum Deum verum trinum et unum, tum eoque agenda sunt, ut Deo illi vero placeatis. Ergo ut filii lucis ambulatis. Ostendit moribus conversatione vos esse filios lucis; id est, vos ad lucem pertinere. Quæ lux est gratia, in fide et sanctitate consistens, et

credunt, nec obediunt Deo supradicta peccata veniant.

VERS. 7. — NOLITE ERGO EFFICERE... Vide paraphrasim.

VERS. 8. — ERATIS ENIM ALIQUANDO... Vide paraphrasim.

VERS. 9. — FRUCTUS ENIM LUCIS... Per parenthesis ostendit quæ sint opera lucis, ut ex operibus se lucis filios exhibeant. Fructus lucis opponit operibus tenebrarum, de quibus supra; bonitatem iracundie, iustitiam fraudibus avaritiæ; veritatem mendacio.

VERS. 10. — PROBANTES QUID SIT BENEPLACITUM DEO. Hic versiculus decimus necendus est octavo, et filii lucis ambulate, probantes... Primum hominis Christiani studium sit Dei voluntatem circa se cognoscere, ut illam adimpleat. Voluntas enim Dei debet esse vite nostræ regula: ad illam omnia nostra referre debemus; ad illam semper intendere; ad illam, quasi ad centrum nostrum, omnia nostra debent confluere. Ideo Christus docuit nos orantes dicere: Fiat voluntas tua... Fiat per me, de me, in me, circa me; in vita et in morte; in tempore et in æternitate.

VERS. 11. — ET NOLITE COMMUNICARE... Plura cogitat et vult intelligi quam quæ verbis exprimit. Primum: Nolite communicare... multa comprehendit: Nolite ea committere, nolite laudare, aut approbare; nolite facientibus consentire; nolite ea nec per jocum referre, nec de eis loqui, imò nec de eis cogitare. Hæc patent ex dictis, v. 5 et 4. Secundò: INFRACTUOSI... quia multum vite fructum pariant: hoc quoddem exprimit nomine *infractuosis*, ut præterea vult intelligi mortem æternam, quam pariant; fructus enim illorum mors æterna, ut patet ex v. 5. Tertio: MAGIS AUTEM REDARGUITE, id est, de contra condemnate, oburgate, redarguite, illorum turpitudinem manifestate. Hinc dicit quod tibi non sufficiat bona opera facere, si aliorum operibus malis consentias, adulatione, complacentia, tolerantia, laude. Debes, quisquis doctorem habes, monere, instruere, arguere, corrigere. Debes, quisquis sis, saltem facies tristitia arguere; luce operum tuorum facta contraria manifestare.

bonis operibus declaratur.

VERS. 9. — FRUCTUS ENIM LUCIS EST, etc. Hoc est, fructus quem profert lux gratiæ, situs est in omni genere virtutum ac bonorum operum. Bonitate, id est, benignitate, hæc oppo sit iracundie; et iustitia, hæc opponit fraudibus; et veritate, hæc opponit mendacio et hypocrisi; q. d.: Ex fructibus lucis ostenditis vos esse filios lucis.

VERS. 10. — PROBANTES, explorantes, exquirentes, quid sit beneplacitum Deo; quomodo sanctam eius voluntatem et beneplacitum agnoscere et adimplere possitis.

VERS. 11. — ET nolite communicare operibus *infractuosis tenebrarum*. Nolite commercium habere, aut miscere vos operibus peccatorum et peccantium, qui quasi tenebrosos locum fugiant.

Magis autem redarguite. Quin potius vos, quia lux estis, illa tenebrarum opera, lumine operum vestrorum prodite, detegite, manifestate; ut omnibus appareat illorum turpitudinem. Nam contraria juxta se posita magis elucescent.

VERS. 12. — QUÆ ENIM IN OCCULTO FIUNT... Græcè: Nam occultè facta ab ipsis, turpe est et dicere. Syr.: Quod enim in occulto perpetratur, vel execrandum est dictum. Rationem affert cur non sit communicandum cum illis tenebrosibus, sive sint idololatra, sive Simoniani, ut post D. Epiphanium putant plerique. Sic autem rationem affert, ut ipse Apostolus servet quod præcepit, v. 5: Omnis immunditia nec nominetur... Hoc inuitare in occasionibus.

VERS. 13. — OMNIA AUTEM QUÆ ARGUUNTUR... Græcè: At omnia arguta, à lumine manifestantur. Syr.: Omnia enim arguntur à luce et revelantur. Dat rationem cur filii lucis operum suorum lumine debeant opera tenebrarum redarguere, et mala ostendere: hoc quippe exigit natura rei, lux debet illuminare. Quæcumque arguntur, et per argutionem ut mala manifestantur; hæc à lumine, talia manifestantur.

OMNIA ENIM QUÆ MANIFESTANTUR... Græcè, quæ patenter, verbum medium, activam et passivam significationem habens, manifestans et manifestatum. Hinc nostra Vulgata, manifestatur. Syrus autem: Quidquid patens est, lux est. Juxta nostram Vulgatam, omne quod manifestatur LUX EST, id est, lumine perlustrum et illustratum. Vel omne quod manifestat, lumen est; cuius proprium est manifestare. Vos, ergo cum LUX SITIS IN DOMINO, v. 8, debetis et vestræ doctrinæ luce, et bonorum operum exemplo, opera tenebrarum arguere, manifestare. Vide paraphrasim. Sicut Christus, qui lux est mundi, illuminat omnem hominem..., ita à proportionem Christianus, qui lucis, Christi scilicet, est filius, qui quæ lux in Domino, debet saltem vite suæ exemplo et bonorum operum lumine, proximum suum illuminare, instruere, arguere. Quam demandum est ergo Christianus ille qui è contra suis malis operibus, et verbis impis aut obscenis, est quasi titio fumans, omnia suo fumo obscurans, et omnia suorum exemplorum factore pessimo scandalizans. Ab oculis meis munda me, et ab alienis peccatis, parce sermo tuo, Domine.

VERS. 14. — PROPTER QUOD... Quod Isaias 60, 1, Judæis inelamatur: Surgite, illuminare, Jerusalem, quia venit lumen tuum, Christus scilicet, hoc D. Paulus peccatoribus adaptat, ita D. Thomas. Alii putant hoc exemplum ex aliquo libro canonico qui temporum incuria perit. Quidquid sit, hæc verba in nullo Scripturæ loco reperitur.

VERS. 12. — QUÆ ENIM IN OCCULTO, etc.; ab ipsis scilicet illis diffidentiarum et tenebrarum.

VERS. 13. — OMNIA AUTEM, QUÆ ARGUUNTUR à lumine manifestantur. Dixi vos, qui estis filii lucis, arguere debere opera tenebrarum; sic enim habet rei natura, ut passivum tenebrarum arguntur, id est, produuntur, et manifestantur à lumine. Nam argui, seu prodii, non aliud est quam in lucem profertur.

Omne enim, quod manifestatur, lumen est. Quia omne manifestans lumen est, id est, nulla res potest manifestare, et in apertum proferre aliquid obscurum, nisi sit lux, aut lucis particeps. Omne id quod per se ac primo manifestatur, lux est; ut proinde nihil aliud quæ manifestatur nisi beneficium lucis.

VERS. 14. — PROPTER QUOD DICIT, etc. Græcè est, illucescet, oriatur tibi Christus. Ut sensus sit: Huc facit illud, quod Scripturæ dicit, Isaiæ, 60. Tu qui

S. S. XXIV.

VERS. 15. — VIDETE ITAQUE, FRATRES... Hanc conclusionem elicit puto ex præmissis; scilicet, quia lux estis, et vestro lumine debetis arguere opera tenebrarum; hinc videte quomodo... Vide paraphrasim. Cogitet homo christianus, presertim vero sacerdos et religiosus, se, ut filium lucis, in mediâ luce, semper ambulare; se spectaculum hominibus et angelis esse; se in tantâ luce constitutum ab omnibus videri et notari. Et consequenter caute, circumspecte, convertetur, loquatur et agat; sibi semper attentus.

VERS. 16. — REDIMETIS TEMPUS, QUONIAM DIES MALI SUNT. Quasi dicitur: Tempora hæc periculis plena sunt (omnia tunc erant infidelitate et sceleribus plena), ideo cauti, circumspecti, sapientes estote, tempus attentè considerate, ut eo bene utamini; illud emite; quamvis rerum dispendio, captate occasionem beneficiendi et in virtute proficiendi. Redimetis tempus, ut patet ex præmissis, ementes occasionem et opportunitatem. Videtur alludere ad mercatorum morem, qui undequaque merces omnes considerant attentè, ut meliores emant ad lucrum suum, cui soli intendunt et quod omnibus anteponunt. Sic et vos tempus attentè considerate, occasionem et opportunitatem temporis emite, et bene utentes ad profectum vestrum; omnes proficiendi occasiones captate, quamvis rerum dispendio. Alii explicant: Tempus bene insumite; emite illud, facite vobis proprium, totum illud in bonis operibus insumite, in his presertim diebus, ubi corruptio generalis est; ubi multitudo mundat terram, ubi pericula nobis sunt undique.

Nota moralis.

Tempus redimit qui anteacta vite peccata flendo et poenitentia reparat. Tempus redimit qui postquam illud in luxa, in peccatis, in desideriâ et tepiditate præterit, ut illius iacturam novo fervore reparat, actus virtutum multiplicat, jejunia condensat, mortificationes reduplicat, opera bona accumulat in modico quod ei superest vite tempore. Tempus etiam redimit qui relinquat omnia secularia, ut quiete fruat, deoque vacet, juxta D. Augustinum, hom. 1 inter 50, tom. 10. Quid est redimere tempus, nisi, cum opus est, etiam detrimento temporalium commodorum ad æternam quaerenda et capienda, spatia temporis componere? Tempus redimit qui aliquid perdit ne temporis et quietis iacturam faciat in illibus; sicut das nummos

detineris somno peccatorum, expergescere. et qui mortuus es in peccatis, resurrege à morte; et Christus, qui est verum lumen, per gratiam suam super te oriatur, teque illuminabit.

VERS. 15. — Videte itaque, fratres, quomodo caute ambuletis. Vos, inquit, qui estis filii lucis, ideoque errare, quasi in tenebris, non debetis; videte, id est, utimini luce vestrà ad videndum quomodo bene et circumspectè converserimini, maxime cum iis qui foris sunt, id est, infidelibus.

Non quasi insipientes; valde enim insipientes sunt qui ad solem hunc Evangelii oculos claudunt, sed sub eo pudentia faciunt, quasi adiuvi in nocte et tenebris ignorantie Dei versarentur.

VERS. 16. — Sed ut sapientes, redimetis tempus. Redimere hic idem quod emere: sic redemptores vegetalium vocamus eorumdem emptores; q. d.: Sit

(Trente-six.)

ut panem emas, sic perde nummos ut emas tibi quietem, ait D. August., serm. 24 de Verbis Apostoli. Tempus denique redimit qui quod alii perdunt in potationibus, in luxuriis, in ludis, etc., ipse dat vigiliis, psalmis et canticis spiritualibus, sicut hic hortatur D. Paulus: *Et nolite inebriari... sed implemini Spiritu sancto...* De prout temporis, de tempore et de temporis furibus vide apud Cornelium à Lapide.

VERS. 17. — PROPTEREA SOLITE FILII IMPROBENTIS... Vide paraphrasim. De voluntate Dei, vide dicta, v. 10.

VERS. 18. — ET SOLITE INEBRIARI VINO, IN QVO: Hoc in quo referri potest ad vinum, vel ad inebriari si ad vinum referatur, debet intelligi immoderate sumptum, sique erit idem ac inebriari.

LEXICALI. Græcè, *εμερις*, quo nomine potest intelligi universum genus intemperantiae, lasciviae, prodigalitatis, etc., quasi ebrietas sit omnium vitiorum mater et nutritrix, et impellit ad quodlibet intemperantiae genus. Bene tamen *εμερις* pro luxuria specialiter sumitur, quia, ut ait D. Hieronymus, venter mero aeternis facilius desumitur in ebullitione. *Assersit, perititur*, nequam, homo prodigus, lascivus, intemperans, immersus vitibus, cuius deplorata sanus.

SED IMPLEMINI SPIRITU SANCTO... Vide paraphrasim. Quanta ebrietatum differentia! et quam differunt carnalium et spiritualium virorum deliciae! Isti vino repleantur, hi Spiritu sancto; istis vinum parit gaudium carnale, his Spiritus sanctus dat gaudium spirituale et divinum; istos vinum impellit ad omne genus intemperantiae, hos Spiritus sanctus ad omne bonum opus, ad laudes, ad gratiarum actionem. Ut hoc in te fiat, ora sapè: *Veni, sancte Spiritus, reple tuorum corda fidelium...*

VERS. 19. — LOQUENTES VOBI INVICEM IN PSALMIS... Exprimunt modum quo repleantur Spiritu sancto; nimirum si quando convenitis, sive in templum ad orandum et ad Agapen, sive in domum, ad mensam et cibum, vel ad opus; si, inquam, recitatis et cantatis psalmos, etc. *Psalmus* in genere, seu apud profanos, idem est ac cantio, praesertim quae fit citharae pulsus; in sacris autem Scripturis, est sacra cantio, quales sunt Psalmi Davidis.

HYMNI, LAUDES DEI CONTINENS.

diase emite opportunitatem proficiendi in via Dei et virtute, et bona opera ac merita accumulandi; emite, inquam, eam quarumvis rerum despendio. Ita Theoph.

Quoniam dies nulli sunt, id est, quia tempus huius vite plenum est tentationibus et laqueis peccatorum. Vers. 17. — Propterea nolite fieri improbandos, etc.; eum dies nulli sunt, et omnia peccandi periculis plena. Ne sitis improbandos et iracundi in conversatione vestra, ne tempus bene agendi vobis effluat; sed date operam ut intelligatis quid Deus à vobis velit fieri.

VERS. 18. — Et nolite inebriari vino, in quo, (scilicet vino, vel in quo, scilicet inebriari; q. d.: In ebrietate est luxuria.

Sed implemini Spiritu sancto, id est, gratia et letitia spirituali, atque in universum bonis spiritualibus.

CANTICUM SPIRITUALE, ut determinetur ad sacram. PSALLENTE IN CORDE VESTRO: Græcè, in corde vestro, id est, non voce tantum, sed et corde.

VERS. 20. — GRATIAS AGENTES SEMPER IN OMNIBUS.....

Note litterales et morales in hoc v. 18, 19, 20.

Mens Apostoli est Ephesios hic hortari ad sanctam et spiritalem letitiam, ad faciendum verò omnem intemperantiam; quasi diceret: Nolite sicut Simoni et sicut infideles inebriari vino, carnalibusque deliciis et voluptatibus indulgere; lascivis et amatoriis, sicut illi, cantionibus uti; sed replemini Spiritu sancto, spirituali et sancta letitia; idemque recitate et cantate inter vos invicem psalmos, etc. Hinc observa antiquum morem psalmi et hymni cantandi apud Christianos, non tantum in ecclesiis, sed et in domibus privatis. Hinc etiam discere qualis debet esse Christianorum agape, mensa et convivium: caribus et vino corpus et animam non obstant; sed in Spiritu sancto, sese invicem oblectent sacris colloquiis et hymnis; cantionibus lascivis non se recreent; sed spiritualibus canticis Deum laudent, Deo gratias agant.

Contra luxum convivorum vide moralitatem apud Cornelium à Lapide.

EX ULTIMIS V. 19 VERBIS DUO DISCAT OMNIS CUI PSALLENTE MUNDI INCUMBIT: primum, Deo, non voce tantum, sed et corde psallere; secundum, sic cum aliis psallentibus consentire, ut psallentium omnium sit cor unum, anima una, et, quantum fieri poterit, vox una.

Non vox, sed votum, non chordula musica, sed cor, Non cantans, sed amans, cantat in aure Dei.

Hos versus ex D. Augustino refert Cornelius à Lapide.

VERS. 21. — SUBJECTI INVICEM IN TIMORE CHRISTI; Græcè, Dei. Hic ponit generale principium christianae politiae, scilicet obedientiam inferiorem; non timore prae, aut timore hominum, sed ob reverentiam Christi. Hoc autem principium generale prosequitur, et per partes explicat in sequentibus.

Observatio moralis.

Inferiores Christum in suis superioribus respiciant; à Deo quippe omnis potestas et subordinatio. Omnis superior est Dei et Christi vicarius erga suum inferio-

VERS. 19. — Loquentes vobis invicem in psalmis et hymnis, etc. Non vox, sed votum; non chordula musica, sed cor; non cantans, sed amans, cantat in aure Dei, ait Augustinus.

VERS. 20. — Gratias agentes semper pro omnibus, gratis, donis et beneficiis à Deo acceptis, in nomine Domini nostri Iesu Christi, per nomen Iesu Christi; id est, per Christum, qui laudat, gratias, et beneficia nobis promeruit et obtulit. Deo et Patri, refert ad orantiam agentes. Habet enim ut gratias agamus Deo et Patri, id est, Deo Patri. Deus noster, à quo corpus, animam, gratiam et bona omnia accipimus. Pater, qui paterni affectu nos quasi filios suos omnibus suis bonis pascit et inebriat.

VERS. 21. — Subjecti invicem in timore Christi, q. d.: Ex timore filiali, id est, ex amore Christi obedite superioribus vestris qui vicarii sunt Christi.

rem. Cum patet igitur inferior, Christum respiciat et pro Christi timore et reverentia, Domino et superioribus obediat; sic Christo et Deo omnium Domino obediat.

Christus propter nos factus est obediens usque ad mortem.... Huius insignis obedientiae Christi Domini recordetur Christianus omnis obediens, seu inferior, et suam obedientiam referat ad obedientiam Christi; seu obediat Christianus, quia obediit Christus, et eo animo et fine quo Christus obediit. Sicut exinanitio et humilitas Christi usque ad servitum et obedientiam facta est laus et gloria infinita Dei, sic, si nostram servitum et obedientiam uniamus Christi obedientiae et exinanitioni, Deum in Christo, cum Christo et per Christum honorabimus infinitè. Hoc obediendi et servitum preceptum directè quidem spectat ad inferiores, potest tamen et quodammodo spectare ad superiores, quatenus ex charitate tenentur sese inferiorum modo accommodare, ut illis prosint; etenim qui presunt, idèe presunt, ut prosint. Hinc ad Galat. 5, 15, per charitatem spiritus servitum invicem. Sic autem servitum, qui postpositis propriis negotiis et utilitatibus accommodat se utilitatibus proximis suis.

VERS. 22. — MULIERES VIRIS SUIS SUBDITE SINT.... A genere descendit ad species, applicatque mulieribus quod generatim dixit de omnibus subditis. Christum Dominum in suo superiori respiciat et reveratur inferior. Mulier Christum Dominum reveratur in viro suo.

Sicut Dominus, refertur ad Christum Dominum, non ad viros; alias dicendum fuisset: Sicut dominis.

VERS. 25. — QUONIAM VIR CAPUT EST MULIERIS, SICUT... IESE SALVATOR CORPORIS EUS; Græcè, corporis, sine addito; Syr.: Servator corporis. Corporis ejus, Iehesraeus est, pro sui, id est, Salvator Ecclesiae, que est suum corpus mysticum.

VERS. 24. — SED Sicut ECCLESIA SUBJECTA EST CHRISTO... ITA ET MULIERES... IN OMNIBUS. Intellige quod dixit Coloss. 5, 18: Sicut oportet in Domino, seu, intra limites discipline, ut ait Tertullianus. Mulier itaque subdita sit viro suo, quasi Christo Domino; quem in marito debet honorare; ab ipso dependere, ut à capite. Ipsi confidat, ipsamque amet quasi servatorem, à quo nutritur, protegitur, omniaque necessaria ei

VERS. 22. — Mulieres viris suis subdite sint, sicut Dominus, Christo, id est, in viris suis considerantes Christum Dominum, qui est caput et sponsus Ecclesiae.

VERS. 25. — Quoniam vir caput est mulieris sicut Christus caput est Ecclesiae: ipse Christus salvator corporis ejus. Nota ejus, id est, sui; q. d.: Christus dicit salutem corpori suo, id est, Ecclesiae, sicut caput quod omnes sensus continet, salutem dat corpori, in illud influendo et dirigendo per visum, phantasiam et rationem. Ita Theophylactus.

VERS. 24. — Sed sicut Ecclesia subiecta est Christo, etc., saluandae subiecte sint.

VERS. 25. — Viri, diligite uxores vestras, etc., id est, adeo diligite eam, ut sanctissimum pro ea daret in mortem.

VERS. 26. — Ut illam sanctificet, id est, mundam Deo redderet ab omni impuritate peccati.

suppeditantur. Exemplum habet in Ecclesia Christum reverente, Christo confidente, Christo ex amore serviente.

VERS. 25. — VIRI, DILIGITE UXORES.... Dedit obedientiam exemplum et preceptum maritis; dat amorem dilectionis exemplum et preceptum maritis. Vir diligat uxorem suam, sicut Christus diligit Ecclesiam. Amor Christi in Ecclesiam sit exemplar et regula amoris illius in uxorem; istius amoris mensura sit, vitam ipsam, si necesse sit, pro ipsa dare.

VERS. 26. — UT ILLAM SANCTIFICARET... IN VERBO VITAE. Græca et Syrus non habent, *vita*, sed tantum in verbo. Per hoc verbum, D. Chrysostomus, Theodoritus, Theophylactus, D. Thomas et plerique post illos, intelligunt formam baptismi: *Ego te baptizo in nomine...* Quidam tamen, inter quos Estius, putant id intelligi debere de verbo fidei, seu de verbo doctrinae evangelicæ, ut fide suscepto; ita ut D. Paulus mundationem tribuat et sacramento et verbo; sique sensus:

TRADIDIT SEMETIPSEM PRO ECCLESIA, ut ex immunda, mundam sanctamque redderet, dum videlicet aquæ baptismi, per verbum Evangelii creditum, ac fide susceptum, mundat eam à peccatis.

VERS. 27. — UT EXHIBERET IPSE SIBI... Græcè: *Ut exhiberet ipsam sibi ipsi*; Syr.: *Et statueret sibi ipsi Ecclesiam gloriosam, in qua non sit macula, nec ruga*, etc. Hæc de Ecclesia triumphante absolute vera sunt: de militante verò, si doctrina, sacramenta, leges et nobilitas ejus membra, nempe, iusti, specietur. Hinc Apostolus vult colligi: Sicut ergo Christus Ecclesiam, sponsum suam, ita dilexit, ut eam ablueret in proprio suo sanguine, nimirum ut eam sibi abstergeret sine peccati sordibus, sine ruga vetustatis, sine ullo alio defectu, sed multo decore gloriosam, sic mariti debent uxores suas ita diligere, ut illarum nævos et maculas et infirmitates tolerant, et, quantum est in illis, sanent et perliciant atque sanctificant moribus charitativis et vite suis exemplis. Hoc maritus docet exemplum Christi supra allegatum: uxorum suarum sanctificationi intendere, nihil non facere, ut eas Christo dignas, seu verè christianas reddant. Hinc liquet quantum à paganorum spurcissis differre debeat christianum conjugium.

Mundam lavacro aquæ in verbo vite. Sensus Apostoli est: Tradidit semetipsum Christus pro Ecclesia, ut eam ex immunda mundam sanctamque redderet; dum videlicet aquæ baptismi per verbum Evangelii creditum ac fide susceptum, mundat eam à peccatis. Si quis quomodo Christus Ecclesiam mundet lavacro aquæ, respondit, velut instrumentum virtutis divinae, id est, signo efficaci ex ipso Christi institutione et promissione.

VERS. 27. — Ut exhiberet ipsi sibi, non tantum mundam et puram, sed et gloriosam, multo decore et gloria illustrem Ecclesiam, non habentem maculam peccati, aut rugam vetustatis, aut aliquid injuriam, etc. Ecclesia dicitur sancta, quia caput Ecclesiae, scilicet Christus, et precipua ejus membra sancta sunt, sancta habet sacramenta, sanctas leges, sanctum sanguinem Christi. Per maculam et rugam hic intelligit peccata non levia et venialia, sed mortifera.

VERS. 28. — *ITA ET VIRI...*: Græc: *Ita debent viri, non est et*; Syr: *Sic oportet viros, etc., sine et*; iuxta Vulgatam, *ita et*, id est, *ita etiam*. Novam hic subministrat rationem, cur mariti suas uxores diligant, quia sicut uxor est quod unum cum marito, ambo sunt una caro, unum corpus; hinc *qui uxorem suam diligit, seipsum, sui partem diligit*.

VERS. 29. — *NEMO ENIM CARNEM SUAM...* Confirmat quod asseruit axiomate, lumine naturali noto: *Nemo seipsum...* Et hoc axioma probat ab effectu: quilibet enim homo corpus suum nutrit et fovet, ipsique necessaria suppeditat. Cum ergo uxor sit una caro cum marito, debet maritus eam diligere ut corpus suum, illam nutrire, forere et ornare.

SICUT ET CHRISTUS... Hoc confirmat rursus exemplo Christi. Sicut Christus Ecclesiam, corpus suum, nutrit verbo, carne sua et sanguine proprio, illamque vestit gratia sua et Spiritus sancti donis.

VERS. 30. — *QUA MEMBRA SOMUS...* De Ecclesia, Christi sponsa, et de singulis fidelibus, mystici corporis Christi, seu Ecclesiae membris, dicit hic Apostolus: *quod Adam dixit de Eva ex suo latere sumptam: Hoc nunc os ex ossibus meis, et caro de carne mea*, Genes. 2, 25.

MEMBRA SUMUS CORPORA EJUS, id est, Ecclesia. DE CARNE EJUS ET DE OSSIBUS EJUS; Syr: *Ex carne ejus et ex ossibus ejus*; id est, spiritualiter formati ex carne ejus, pro nobis cruci affixi; et de ossibus ejus, pro nobis in cruce etiam suspensis: quia ex toto corpore Christi pro nobis in cruce dormientis, movit gratia, qua formatum est corpus Ecclesiae; sicut ex carne et ossibus Adæ dormientis formata est Eva.

Notæ litterales.

Ad pleniorum ergo horum verborum intelligentiam, nota, quod Eva, Adæ sponsa, figura fuit Ecclesiae, Christi sponsae. Evæ formatio ex latere dormientis Adæ, figura fuit et symbolum formationis Ecclesiae, ex latere Christi in cruce dormientis et immolati. Christo quippe mortuo, apertum est latus ejus, et continuo exiit sanguis et aqua. Aqua significat Baptismum; sanguis significat Eucharistiam; Baptismus est sacramentum initium; Eucharistia vero est illorum complementum et consummatio; et consequenter hoc duo omnia alia sacramenta comprehendunt et representant. Hinc ex latere Christi emanasse sacramenta D. Augustinus affirmat, et consequenter ipsa Ecclesia emanavit, et ad huc omnia aspexisse D. Paulum, valde probabile est.

Aliqui tamen hunc, v. 30, explicant per respectum ad sanctam Eucharistiam, in qua corpus et sanguinem Domini sumimus; ipsique firmis concorporati et consanguinei, ut aiunt sancti Patres. Et hoc etiam pro-

VERS. 28. — *Ita et viri debent diligere uxores suas ut corpora sua, etc.* Hoc est, exemplo Christi, eo que salutaria sunt illis providere, sicut caput providet corpori.

VERS. 29. — *Nemo enim unquam carnem suam odio habuit*; etc.: Scilicet ut carnem suam nutriat ac fovet, omnia suppeditando que ad ejus salutem pertinent.

habile, ita ut Apostolus post allusionem ad Baptismum, v. 26, factam, hic ad sanctam Eucharistiam alludat.

Prima tamen interpretatio videtur naturalior, quia Eucharistia Ecclesiam supponit jam formatam, pascit enim et nutrit eam; ipsius ergo cibus est, non mater. At vero Ecclesia, per meritum et pretium carnis et ossium Christi immolatorum, ejusque sanguinis effusi, et formata est, seu instituta, et sanctificata.

VERS. 31. — *PROPTER HOC RELINQUET HOMO...* Prosequitur et instat asserti sui probationem, nimirum uxorem à viro diligendam, idque tandem conflat S. Scripturae auctoritate. Formata Eva, de eâ dictum est, *propter hoc, id est, propter feminam ex viro sumptam, relinquet homo...*, adheret, etc.; Græc: *agglutinabitur ad uxorem, etc.* Ambigitur quis hanc verba protulerit: an Deus? an Adam? an Moyses? Math. 19 ad Deum referuntur; sed constat quod hæc verba docent arctissimum et involabile esse matrimonii vinculum: maritum et uxorem non tam duos esse, quam autem quid, et consequenter eos etiam unum esse dehere in amore, sique virum debere uxorem suam, ut seipsum, diligere.

VERS. 32. — *SACRAMENTUM HOC MAGNUM EST...* Explicat mystici mysterium præcedentibus sacra Scripturæ verbis expressum, nempe primum Adami et Evæ matrimonium. *Magnum sacramentum, Græc: mysterium est. EGO AUTEM DICO...*: Græc: *in Christo et in Ecclesia*, id est, si referatur ad Christum et ad Ecclesiam, quia expressivum et representativum erat unanimes et indissolubilis unionis Christi cum Ecclesia. Sicut enim homo relinquit patrem et matrem, ut adhereret uxori suæ, sic quodammodo Christus in incarnatione Patrem suum dereliquit, et postea matrem suam Synagogam, ut Ecclesie christiane sponse suæ adhereret.

Ex hoc v. 32, patet quod Adæ matrimonium cum Evâ fuit sacramentum, seu, ut ait Græcus textus, *mysterium*: signum rei sacre, scilicet unionis Christi cum Ecclesia. Idem dici potest, et pleniori jure, de matrimoniis omnium ejus posterorum, etiam indeliblem: hi enim reliquerunt patrem et matrem, ut adhererent uxoribus suis, quod non potuit Adamus.

Constat aliunde, et est de fide definitum ex traditione, quod in Ecclesia christiana matrimonium fidei est non tantum mysterium, sensu supra dicto, sed et sacramentum gratiam conjugibus ex opere operato conferens: ita concilium Tridentinum. An veri id efficaciter ex hoc loco probetur, affirmat Bellarminus, et alii post eum: negat Cajetanus, Vasquez, qui Bellarmini argumenta dissolvit, negant et plerique, quia à Christo hoc signum elevatum est ad gratiam

VERS. 30. — *Quia membra sumus corporis ejus, etc.* quia in hac natura ipse caput est, nos membra.

VERS. 31. — *Propter hoc relinquet homo patrem et matrem suam, etc.* Hoc est, dum erunt velut una caro, unum corpus, unus homo, etc.

VERS. 32. — *Sacramentum hoc magnum est, etc.* Sacramentum seu mysterium præcedentibus verbis significatum magnum est, etc. *Ego autem dico, id est,*

sacramenti; et ante Christum verum erat id quod hic dicit Apostolus: *Propter hoc relinquet, etc.*; ergo hinc non colligitur efficaciter quod matrimonium gratiam conferat. Vide Estium, Fromondum, etc.

VERS. 33. — *VERUMTAMEN ET VOS SINGULI...* Licet autem hoc ita sit, quod sit mysterium, et de Christo principaliter intelligitur, *verumtamen* et vos ad litteram adimplete, etc. Vide paraphrasim.

Observatio moralis.

Conjugatorum munera reducuntur ad amorem; in viro, sit tener, purus, vigilans et laboriosus; in uxore, humilis, obediens, reverentialis. Triplex est hujus amoris conjugalitatis motivum et ratio in verbis D. Pauli supra relatis expressa: Unum sunt corpus; unus homo; unum sacramentum, Christi unionem cum Ecclesia representant; diligant ergo se naturaliter, rationaliter, supernaturaliter. Plura vide in sequenti notâ litterali et morali in hos omnes versus ad conjugatos spectantes.

Notanda et colligenda.

A v. 22 usque ad finem capituli Apostolus conjugatos docuit matrimonium christiani sanctitatem; docuit et eos que sua sint munera, si christianè et sanctè velint in suo statu vivere; utrumque autem juxta D. Pauli mentem breviter hic exponere operæ pretium puto, in à christi non ita profanetur, quod magnum est sacramentum. Exponam igitur primò que sit christiani matrimonii sanctitas; deinde que conjugatorum munera.

De sanctitate matrimonii christiani.

Sacramentum hoc magnum est; ego autem dico in Christo et in Ecclesia, v. 32. Hinc colligitur quod sanctitas et excellentia matrimonii christiani consistit in eo quod matrimonium emanat ab unionem Christi cum Ecclesia; cuius unionis est imago, signumque representativum. Hanc autem Christi unionem cum Ecclesia matrimonium Christianorum quasi adimplet et perficit, cum dat Ecclesie filios, Christoque membra mystica; est ergo unionis Christi ita representatio, ut sit et adimpletio, atque consummatio.

Sacramentum hoc magnum est; ego autem dico in Christo et in Ecclesia, v. 32, quasi diceret: Hoc sacramentum magnum est, non in se, nec præcisè ut est signum et sacramentum, sed in suo significato, Christo scilicet et Ecclesia; seu quatenus significat magnum illam et admirabilem unionem Christi et Ecclesie. Magnum est ergo suâ significatione, seu quia rem magnum representat. Quotior sacramenta dicuntur magna, ait D. Thomas hic: Baptismus, ratione effectus, delet culpam, aperit paradisi januam; Confirmatio, ratione ministri, à pontificibus solum confertur; Eucharistia, ratione continentie, totum Christum continet; Matrimonium, ratione significationis, quia significat conjunctionem Christi cum Ecclesia.

mysterium hoc explico, et intelligendum deoco de Christo et Ecclesia, in Christo et in Ecclesia, scilicet significanda.

VERS. 33. — *Verumtamen et vos singuli, etc., facite ut Sacramentum quod representatis et geritis, reipsâ*

Major hujus excellentie dilucidatio.

Ut hæc sublimitas et magnitudo christiani matrimonii clarius intelligatur, ejusque sanctitas à conjugatis non ita profanetur, duplex notari debet Christi unio cum Ecclesia: unio realis et physica, unio moralis et mystica. Realis et physica, facta est per incarnationem, qua Christus, seu potius Verbum divinum, naturam humanam, et consequenter homines, hominumque Ecclesiam, sibi univit et sponavit; et hæc unio est arctissima, indissolubilis, et cæterarum origo. Moralis et mystica sit per gratiam et charitatem, qua copulatur Ecclesie, sponse sue. Utrunque hanc unionem et physicam et moralem Christi cum Ecclesia, representat christianum matrimonium; et in hoc magnum est sacramentum. Realis et physica conjugatorum unio, seu actus matrimonii, est representatio physica et realis Christi, per incarnationem, cum natura nostrâ unionis. Hinc tanta præcipitur in actu conjugalis sanctitas, *Honorabile coniugium*, ait D. Paulus, *thorus immaculatus*. Requiritur puritas in intentione, honestas in modo, moderatio et sobrietas in usu. Qui secus facit, violat sacramentum, profanat rem sacram, sanctissimum Christi unionem turpiter et impudicè representat; est quasi sacrilegus et profanus. Videant ergo conjugati sanctissimum omnium unionem sanctè et dignè representare, ne fiant profani sacramentorum violatores. Pudeat conjugatos immoderatos, impudicos, qui tantum abest ut Christi et Ecclesie unionem sanctissimam dignè representent, quin et ipsas bestias suâ brutalitate superent. Moralis conjugatorum unio, seu conjugalitatis affectus, moralem Christi cum Ecclesia, per charitatem, unionem representat. Hinc tanto studio hæc cordium unionem et concordiam conjugatis hic commendat Apostolus. Hinc ergo discant conjugati discordes, se falsarios esse et mendaces; se malè et falso Christi et Ecclesie personam gerere; imò se, suis discordibus Christo et Ecclesie maximum injuriam ingerere, quasi Christus ipse et Ecclesia forent discordes. Christi ergo et Ecclesie estis opprobrium, si conjugati discordes et impuri!

De conjugatorum munibus.

Uxoris munera expressè docuit Apostolus, v. 22, 25, 24, 33. Mulier subdit sit viro, quasi Christo, quem in marito debet honorare; à viro, velut à capite suo dependeat; ipsi confidat quasi tutori et servatori; ipsam diligat, quasi nobiliorem sui partem, reveretur tanquam dominum. Uxor itaque Christum Dominum aspiciat in suo marito, sique suam sancti fidei dependentiam, perficiat reverentiam, consummabit fidelitatem. Recordetur se suo stato Ecclesiam Christi representare; sit ergo in hac representatione fidelis et sincera. Sicut Ecclesia Christum reveretur, Christo in omnibus obedit, Christum amat et colit,

præstet et exprimat: ut nimirum quisque maritus diligat uxorem quasi suam carnem, imò quasi seipsum, sicut Christus diligit Ecclesiam; et uxor quæque timet, id est, reveretur virum suum, sicut Ecclesia reveretur et colit Christum.

ita conjux maritum, qui Christi personam gerit in illam, revereat, ipsi obediat, ipsum diligat, et ex amore ipsi serviat, et quæcumque poterit humanitatis et charitatis officia persolvat.

2^o Viri conjugati munera expressit D. Paulus, v. 25, 26, 27, 28, 29, 35. Illis verbis maritus docet primo amorem Christi erga Ecclesiam, sponsam suam, exemplar et regulam esse amoris, quem maritus uxori suæ debet. Diligat ergo uxorem suam vir christianus, sicut Christus Ecclesiam, v. 25. Secundo docet maritalis in uxorem amoris mensuram esse, semetipsam, si necessitas foret, morti pro eâ tradere, sicut Christus seipsum tradidit pro Ecclesia, v. 25. Tertio docet maritalis amoris in uxorem, libem proximum, esse sicut conjugis sanctificationem, aliquam perfectionem. Sicut Christus Ecclesiam dilexit ut eam sanctificaret, ita vir uxorem diligat ut illam sanctificet, v. 26. Quarto docet ejusdem amoris finem ultimum esse, sicut conjugis futuram cum Deo unionem æternam. Sicut Christus Ecclesiam sanctificavit, ut eam exhiberet sibi sponsam immaculatam, v. 27, ita vir conjugem suam, quantum est in illo, sanctificet, ut eam Deo dignam reddat. Hinc ergo discat maritus quam tener, et quam purus, quam vigilans et laboriosus

Corollarium pietatis, seu in hoc capite ad pietatem maximè notanda, et ad praxim religenda.

1^o Ab Apostolo discamus omnes charitatem verè Christianam, Christianam, quia Dei filius, Dei patri sui charitatem debet imitari; sicut ergo Deus totus et semper charitas est, ita Christianus, divina charitatis participes, in charitate semper ambulat, et ab eâ nunquam delinquit; fratres suos semper diligat, v. 1. Christianus, quia Christi membrum, et quasi Christus alter, Christi charitatem debet imitari, fratres suos debet diligere; sicut Christus dilexit nos; sicut ergo Christus ita nos dilexit, ut semetipsum Deo pro nobis obtulerit ad mortem, sic Christianus fratres suos ita diligat, ut et pro eis, si opus sit, vitam impendat. Hæc duo, Dei charitas, Christi charitas, sunt mens charitatis exemplaria; nec minora mihi præbet Apostolus imitanda. O Deus charitas! in te cordi meo imprime; da mihi charitatem; illam nati, illam desidero, illum et tandem habeam! O Christi charitas! tuis ardoribus ure me mentem, da mihi sic diligere, et ad tui exemplum paratos sim sanguinem pro fratribus fundere.

2^o Ab eodem Apostolo discamus quanta debeat esse nostra puritas, Christianus, quia Christi membrum, Christusque corpus, sit mundus totus, corde, corpore, ore, mente. Corp sit ab omni avaritia mundum, corpus ab omni impudicitia, lingua ab omni verbo obsceno, mens ab imperâ cogitatione. Fornicatio, omnis immunditia, qui avaritia, nec nominetur in vobis. De talibus impuritatibus nec cogitate, nec loquimini, ut sitis tibi puri, sicut docet sanctus. Ille! quantum ab hæc omnimodâ puritate disto! Ita, ô Deus, recordari semper ejus capitis sum membrum, ut omnem vel minimum oris et mentis impuritatem horream, omnimode semper studeam puritati; sinque tandem omnino

sus debeat esse sans erga conjugem amor. Amet tenerè, sed pure, sicut Christus; amet vigilanter et laboriosè; ipsi necessaria provideat et suppeditet, et ipsius infirmitates toleret, ipsi compatiatur, sicut Christus providet Ecclesie, etc. Sic autem provideat et suppeditet necessaria, ut luxu non indulgeat; sic invigilet ipsi, ut eam non contristet; sic regat et imperet, ut non cogat; sic amet, ut non amuletur; sic complacet et compatiatur, ut non aduletur; sic honoret, ut non extollat et inflat; sic illi sit totus, ut non sit servus, sed sponsus; auctoritatem ab amore non separet, nec amorem ab auctoritate; sicut in Christo auctoritas et amor in Ecclesiam sunt inseparabiles. Quò autem major est viri in conjugem auctoritas, utpote auctoritatis Christi in Ecclesiam emanatio et participatio, eò sanctius illa utatur, ipsa nunquam abutatur.

Felix coniubium, in quo maritus Christum Dominum semper cogitat, ut imitetur; faciens erga sponsam quod Christus erga Ecclesiam; uxor verò Ecclesiam semper habet in mente, ut viro suo sit subdita, sicut Ecclesia Christo.

Felix coniubium, in quo maritus Christum Dominum semper cogitat, ut imitetur; faciens erga sponsam quod Christus erga Ecclesiam; uxor verò Ecclesiam semper habet in mente, ut viro suo sit subdita, sicut Ecclesia Christo.

puris mente, corde, ore, opere, v. 3.

3^o Et ab eodem Apostolo discat omnis quidem Christianus, ad præsertim omnis religiosus, omnique sacerdos, Deo specialiter consecratus, quantum sit illi malum, si verba scurrilia, ad rem non pertinentia, spirant, v. 4. Per Baptismum Deo consecratus es, et Spiritu sancto sigillatus; per vota religiosus, et per ordines sacros, specialissimè et totus Deo devotus, verbo tamen scurrilia, turpia profers. Heu! sicut alter Balhasar, vasa Deo sacra, usibus profanis impendit, horrendumque quoddam sacrilegium committit! Heu! quo luxuriosum sacrilegia committuntur. Delicta juvenitibus meis et ignorantia mea ne memineris, Domine. Da in posterum sanctè vivere, piè loqui.

4^o Et ab Apostolo nostro tria sunt quæ ad omnes Christianos pertinentis discamus. Nomen nostrum, regnum nostrum, munus nostrum, prævationum nostrarum reparationem. Nomen Christiani, lux in Domino, filius lucis, v. 8, seu Christi, qui lux est mundi. Regula Christiani, quod beneplacitum Deo, voluntas Dei, v. 10. Munus Christiani, filii lucis, utere, suaque luce alios illuminare, instruere, arguere, v. 15. Ad hæc tria attendat unusquisque, et in se reflexus, videat quomodo nomen suo respondeat; an reverè sit lux, suâ doctrinâ, suis exemplis; an verò titulo fumans? Quomodo regulam suam adimpleat? An studeat Dei voluntati cognoscenda et facienda? An ad illam omnia sua referat? Quomodo suo munere fungitur; an sua luce illuminat, instruit, arguit? An verò sui fumo obscurat, suoque furore scandalizat? Ad præsertim reparationem, ab Apostolo discamus et quartum, quomodo redimendum tempus, v. 16. Vale observ. moral.

5^o Conjugati discant christiani matrimonii sanctitatem; discant et sua munera. Hæc autem videantur

CAPIT. VI.

1. Filii, obedite parentibus vestris in Domino: hoc enim justum est.

2. Honora patrem tuum, et matrem tuam; quod est mandatum primum, in promissione:

3. Ut bene sit tibi, et sis longævus super terram.

4. Et vos, patres, nolite ad iracundiam provocare filios vestros; sed educate illos in disciplina et correptione Domini.

5. Servi, obedite dominis carnalibus cum timore et tremore, in simplicitate cordis vestri, sicut Christo:

6. Non ad oculum servientes, quasi hominibus placentes, sed ut servi Christi facientes voluntatem Dei ex animo.

7. Cum bonâ voluntate servientes, sicut Domino, et non hominibus:

8. Sciens quoniam unusquisque, quodcumque fecerit homini, hoc recipiet à Domino, sive servus, sive liber.

9. Et vos, domini, eadem facite illis, remittentes minas; sciens quia et illorum et vester Dominus est in caelis; et personarum acceptio non est apud eum.

10. De cætero, fratres, confortamini in Domino, et in potentia virtutis ejus.

11. Induite vos armaturam Dei, ut possitis stare adversus insidias diaboli:

12. Quoniam non est nobis collectio adversus carnem et sanguinem, sed adversus principes et potestates, adversus nuntiis rectorum tenebrarum harum, contra spiritualia nequitiæ, in caelestibus.

13. Propiterea accipite armaturam Dei, ut possitis resistere in die malo, et in omnibus perfectè stare.

14. State ergo succincti lumbos vestros in veritate, et induti loriceam justitiæ.

15. Et calcate pedes in preparatione Evangelii pacis;

16. In omnibus sumentes sentum fidei, in quo possitis omnia tela nequissimi ignis extinguere;

17. Et galeam salutis assumite; et gladium spiritûs (quod est verbum Dei);

18. Per omnem orationem et obsecrationem orantes omni tempore in spiritu, et in ipso vigilantes in omni instantiâ et obsecratione pro omnibus sanctis,

19. Et pro me, ut detur mihi sermo in apertione oris mei cum fiducia, notum facere mysterium Evangelii;

20. Pro quo legatione fungor in cæstis, ita ut in ipso andæam, prout oportet me, loqui.

21. Ut autem et vos sciatis quæ circa me sunt, quid agam: omnia vobis nota faciet Tycheus, charissimus frater, et fidelis minister in Domino;

22. Quem misi ad vos in hoc ipsum, ut cognoscatis quæ circa nos sunt, et consoleatur corda vestra.

23. Pax fratribus, et charitas cum fide, à Deo Patre, et Domino Jesu Christo.

tur exposita in fine capituli, immediate autè hoc corollarium.

CHAPITRE VI.

1. Vous, enfans, obéissez à vos pères et à vos mères, en vue du Seigneur; car cela est juste.

2. Honorez votre père et votre mère: c'est le premier des commandemens auquel Dieu ait promis une récompense:

3. Afin que vous soyez heureux, et que vous viviez long temps sur la terre.

4. Et vous, pères, n'irritez point vos enfans; mais avez soin de les bien élever, en les corrigeant et les instruisant selon le Seigneur.

5. Vous, serviteurs, obéissez à ceux qui sont vos maîtres selon la chair, avec crainte et avec respect, dans la simplicité de votre cœur, comme à Jésus-Christ même.

6. Ne les servez pas seulement lorsqu'ils ont l'œil sur vous, comme si vous ne pensiez qu'à plaire aux hommes; mais comme étant serviteurs de Jésus-Christ, laissez de bon cœur la volonté de Dieu.

7. Servez-les avec affection, regardant en eux le Seigneur, et non les hommes.

8. Sachant que chacun recevra du Seigneur la récompense du bien qu'il aura fait, soit qu'il soit esclave, soit qu'il soit libre.

9. Et vous, maîtres, témoignez de même de l'affection à vos serviteurs, ne les traitant point selon vos menaces, sachant que vous avez les uns et les autres un maître commun dans le ciel, qui n'aura point égard à la condition des personnes.

10. Enfin, mes frères, fortifiez-vous dans le Seigneur, et dans sa vertu toute-puissante.

11. Revêtez-vous de toutes les armes de Dieu, afin de pouvoir vous défendre des embûches et des artifices du diable.

12. Car nous avons à combattre, non contre des hommes de chair et de sang, mais contre les principautés et les puissances infernales, contre les princes du monde, c'est-à-dire, de ce siècle ténébreux, contre les esprits de malice répandus dans l'air.

13. C'est pourquoi prenez toutes les armes de Dieu, afin que vous puissiez résister au jour mauvais, et demeurer fermes.

14. Soyez donc fermes: que la vérité soit la ceinture de vos reins; que la justice soit votre cuirasse;

15. Que vos pieds aient une chaussure qui vous dispose à suivre l'Évangile de paix.

16. Servez-vous surtout du bouclier de la foi, afin de pouvoir repousser tous les traits enflammés du malin esprit.

17. Prenez encore le casque du salut et l'épée spirituelle, qui est la parole de Dieu;

18. Invouant en esprit et en tout temps, par toutes sortes de supplications et de prières, et vous employant avec une vigilance et une persévérance continuelles, à prier pour tous les saints.

19. Et pour moi aussi; afin que Dieu, m'ouvrant la bouche, me donne des paroles pour annoncer librement le mystère de l'Évangile.

20. Dont j'exerce la légation dans les chaînes; et que j'en parle avec la liberté et la hardiesse que je dois.

21. Quant à ce qui regarde l'état où je suis, et ce que je fais, Tycheus, notre élève frère et fidèle ministre du Seigneur, vous apprendra toutes choses.

22. Et c'est pour cela même que je l'ai envoyé vers vous, afin que vous sachiez ce qui se passe à notre égard, et qu'il console vos cœurs.

23. Que Dieu le Père et le Seigneur Jésus-Christ donne à nos frères la paix et la charité avec la foi.

ita conjux maritum, qui Christi personam gerit in illam, revereat, ipsi obediat, ipsum diligat, et ex amore ipsi serviat, et quæcumque poterit humanitatis et charitatis officia persolvat.

2^o Viri conjugati munera expressit D. Paulus, v. 25, 26, 27, 28, 29, 35. Illis verbis maritus docet primo amorem Christi erga Ecclesiam, sponsum suam, exemplar et regulam esse amoris, quem maritus uxori suæ debet. Diligat ergo uxorem suam vir christianus, sicut Christus Ecclesiam, v. 25. Secundo docet maritalis in uxorem amoris mensuram esse, semetipsam, si necessitas foret, morti pro eâ tradere, sicut Christus seipsum tradidit pro Ecclesia, v. 25. Tertio docet maritalis amoris in uxorem, libem proximum, esse sicut conjugis sanctificationem, aliquam perfectionem. Sicut Christus Ecclesiam dilexit ut eam sanctificaret, ita vir uxorem diligat ut illam sanctificet, v. 26. Quarto docet ejusdem amoris finem ultimum esse, sicut conjugis futuram cum Deo unionem æternam. Sicut Christus Ecclesiam sanctificavit, ut eam exhiberet sibi sponsum immaculatum, v. 27, ita vir conjugem suam, quantum est in illo, sanctificet, ut eam Deo dignam reddat. Hinc ergo discat maritus quam tener, et quam purus, quam vigilans et laboriosus

Corollarium pietatis, seu in hoc capite ad pietatem maximè notanda, et ad praxim religenda.

1^o Ab Apostolo discamus omnes charitatem verè Christianam, Christianam, quia Dei filius, Dei patri sui charitatem debet imitari; sicut ergo Deus totus et semper charitas est, ita Christianus, divina charitatis participes, in charitate semper ambulat, et ab eâ nunquam delinquit; fratres suos semper diligat, v. 1. Christianus, quia Christi membrum, et quasi Christus alter, Christi charitatem debet imitari, fratres suos debet diligere; sicut Christus dilexit nos; sicut ergo Christus ita nos dilexit, ut semetipsum Deo pro nobis obtulerit ad mortem, sic Christianus fratres suos ita diligat, ut et pro eis, si opus sit, vitam impendat. Hæc duo, Dei charitas, Christi charitas, sunt mens charitatis exemplaria; nec minora mihi præbet Apostolus imitanda. O Deus charitas! in te cordi meo imprime; da mihi charitatem; illum nos, illum desidero, illum et tandem habeam! O Christi charitas! tuis ardoribus ure ore meum, da mihi sic diligere, et ad tui exemplum paratos sim sanguinem pro fratribus fundere.

2^o Ab eodem Apostolo discamus quanta debeat esse nostra puritas, Christianus, quia Christi membrum, Christusque corpus, sit mundus totus, corde, corpore, ore, mente. Corp sit ab omni avaritia mundum, corpus ab omni impudicitia, lingua ab omni verbo obsceno, mens ab imperâ cogitatione. Fornicatio, omnis immunditia, qui avaritia, nec nominetur in vobis. De talibus impuritatibus nec cogitate, nec loquimini, ut sitis tibi puri, sicut docet sanctus. Ille! quantum ab hæc omnimodâ puritate disto! Ita, ô Deus, recordari semper ejus capitis sum membrum, ut omnem vel minimum oris et mentis impuritatem horream, omnimode semper studeam puritati; sinque tandem omnino

sus debeat esse sans erga conjugem amor. Amet tenerè, sed pure, sicut Christus; amet vigilanter et laboriosè; ipsi necessaria provideat et suppeditet, et ipsius infirmitates toleret, ipsi compatiatur, sicut Christus providet Ecclesie, etc. Sic autem provideat et suppeditet necessaria, ut luxu non indulgeat; sic invigilet ipsi, ut eam non contristet; sic regat et imperet, ut non cogat; sic amet, ut non amuletur; sic complacet et compatiatur, ut non aduletur; sic honoret, ut non extollat et inflat; sic illi sit totus, ut non sit servus, sed sponsum; auctoritatem ab amore non separet, nec amorem ab auctoritate; sicut in Christo auctoritas et amor in Ecclesiam sunt inseparabiles. Quò autem major est viri in conjugem auctoritas, utpote auctoritatis Christi in Ecclesiam emanatio et participatio, eò sanctius illa utatur, ipsa nunquam abutatur.

Felix coniubium, in quo maritus Christum Dominum semper cogitat, ut imitetur; faciens erga sponsum quod Christus erga Ecclesiam; uxor verò Ecclesiam semper habet in mente, ut viro suo sit subdita, sicut Ecclesia Christo.

Felix coniubium, in quo maritus Christum Dominum semper cogitat, ut imitetur; faciens erga sponsum quod Christus erga Ecclesiam; uxor verò Ecclesiam semper habet in mente, ut viro suo sit subdita, sicut Ecclesia Christo.

puris mente, corde, ore, opere, v. 3.

3^o Et ab eodem Apostolo discat omnis quidem Christianus, ad præsertim omnis religiosus, omnique sacerdos, Deo specialiter consecratus, quantum sit illi malum, si verba scurrilia, ad rem non pertinentia, spirant, v. 4. Per Baptismum Deo consecratus es, et Spiritu sancto sigillatus; per vota religiosus, et per ordines sacros, specialissimè et totus Deo devotus, verbo tamen scurrilia, turpia profers. Heu! sicut alter Balhasar, vasa Deo sacra, usibus profanis impendit, horrendumque quoddam sacrilegium committit! Heu! quo luxuriosum sacrilegia committuntur. Delicta juvenitibus meis et ignorantia mea ne memineris, Domine. Da in posterum sanctè vivere, piò loqui.

4^o Et ab Apostolo nostro tria sunt quæntur ad omnes Christianos pertinentis discamus. Nomen nostrum, regnum nostrum, munus nostrum, prævationum nostrarum reparationem. Nomen Christiani, lux in Domino, filius lucis, v. 8, seu Christi, qui lux est mundi. Regula Christiani, quod beneplacitum Deo, voluntas Dei, v. 10. Munus Christiani, filii lucis, utere, suaque luce alios illuminare, instruere, arguere, v. 15. Ad hæc tria attendat unusquisque, et in se reflexus, videat quomodo nomini suo respondeat; an reverè sit lux, sua doctrina, suis exemplis; an verò titio fumans? Quomodo regulam suam adimplet? An studeat Dei voluntati cognoscenda et facienda? An ad illam omnia sua referat? Quomodo suo munere fungitur; an sua luce illuminat, instruit, arguit? An verò sui fumo obscurat, suaque foveore scandalizat? Ad præsertim reparationem, ab Apostolo discamus et quartum, quomodo redimendum tempus, v. 16. Vile observ. moral.

5^o Conjugati discant christiani matrimonii sanctitatem; discant et sua munera. Hæc autem videantur

CAPIT. VI.

1. Filii, obedite parentibus vestris in Domino: hoc enim justum est.

2. Honora patrem tuum, et matrem tuam: quod est mandatum primum, in promissione.

3. Ut bene sit tibi, et sis longævus super terram.

4. Et vos, patres, nolite ad iracundiam provocare filios vestros; sed educate illos in disciplina et correptione Domini.

5. Servi, obedite dominis carnalibus cum timore et tremore, in simplicitate cordis vestri, sicut Christo.

6. Non ad oculum servientes, quasi hominibus placentes, sed ut servi Christi facientes voluntatem Dei ex animo.

7. Cum bonâ voluntate servientes, sicut Domino, et non hominibus.

8. Sciens quoniam unusquisque, quodcumque fecerit homini, hoc recipiet à Domino, sive servus, sive liber.

9. Et vos, domini, eadem facite illis, remittentes minus; sciens quia et illorum et vester Dominus est in caelis; et personarum acceptio non est apud eum.

10. De cætero, fratres, confortamini in Domino, et in potentia virtutis ejus.

11. Induite vos armaturam Dei, ut possitis stare adversus insidias diaboli:

12. Quoniam non est nobis collectio adversus carnem et sanguinem, sed adversus principes et potestates, adversus nuntiis rectorum tenebrarum harum, contra spiritualia nequitiæ, in caelestibus.

13. Propiterea accipite armaturam Dei, ut possitis resistere in die malo, et in omnibus perfectè stare.

14. State ergo succincti lumbos vestros in veritate, et induti loriceam justitiæ.

15. Et calcate pedes in preparatione Evangelii pacis;

16. In omnibus sumentes sentum fidei, in quo possitis omnia tela nequissimi ignis extinguere;

17. Et galeam salutis assumite: et gladium spiritûs (quod est verbum Dei);

18. Per omnem orationem et obsecrationem orantes omni tempore in spiritu, et in ipso vigilantes in omni instantiâ et obsecratione pro omnibus sanctis,

19. Et pro me, ut detur mihi sermo in apertione oris mei cum fiducia, notum facere mysterium Evangelii;

20. Pro quo legatione fungor in cæstis, ita ut in ipso andæam, prout oportet me, loqui.

21. Ut autem et vos sciatis quæ circa me sunt, quid agam: omnia vobis nota faciet Tycheus, charissimus frater, et fidelis minister in Domino;

22. Quem misi ad vos in hoc ipsum, ut cognoscatis quæ circa nos sunt, et consoletur corda vestra.

23. Pax fratribus, et charitas cum fide, à Deo Patre, et Domino Jesu Christo.

tur exposita in fine capituli, immediate autè hoc corollarium.

CHAPITRE VI.

1. Vous, enfans, obéissez à vos pères et à vos mères, en vue du Seigneur; car cela est juste.

2. Honorez votre père et votre mère: c'est le premier des commandemens auquel Dieu ait promis une récompense.

3. Afin que vous soyez heureux, et que vous viviez long temps sur la terre.

4. Et vous, pères, n'irritez point vos enfans; mais avez soin de les bien élever, en les corrigeant et les instruisant selon le Seigneur.

20. Deo autem, qui et Pater noster est, sit gloria in secula seculorum. Amen.

21. Salutem quenlibet Christianum in Christo sanctificatum.

22. Omnes sancti qui Romæ sunt, seu omnis Ecclesia Romana, maxime qui de familia et aula Neronis imperatoris, vos salutant.

23. Gratia Domini nostri Jesu Christi cum spiritu vestro. Amen.

Grotius, qui vult duos fuisse viros; quis, inquit, evocavit et cetera, est virile nomen. Hincque vult de viduis in genere, non Evodia et Syntyche, intelligendum quod sequitur, AMOVA ILLAS, etc.

IUSCUM SALUTE IN DOMINO. Rogo ut una sit eis mens et voluntas propter Dominum.

VERS. 5. — ETIAM ROGO ET TE, GERMANE COMPARE... Græc., εὐχαριστήσαί, conjugalis sinceræ, sociæ germanæ, id est, collegæ genuinæ, in iugo scilicet evangelicæ predicationis ferendo per agrum dominicum. Εὐχαριστήσαί, conjugalis, idem iugum nobiscum traheas. Εὐχαριστήσαί, sinceræ, genuinæ. Est itaque metaphora ducta à bolus qui in aratro ferendo combinatur. Comparare, seu conjugale, vocat hominem quemdam qui cum eo laboravit in agro Domini. Ecclesia quippe ager est Domini: Dei agricultura vos erit, ait ad Corinthios, 1 Epist. cap. 5, v. 8. Hinc insignem aliquem doctorem, quum in ferendo per agrum dominicum evangelicæ predicationis iugo colloquam, Paulus vocat conjugalem, collegam, sodalem, verum, germanum et sincerum.

Nota litteralis.

Notandum autem est quod omnes versiones in masculino genere loquuntur. Syr., mi vere sodalis. Ethiop., fratres mi et socii mei. Arab., o candido episcopo. Item omnes Patres Græci et Latini. Quin etiam Calvinus et Beza. Hinc prostris rejiciendum quod ut omnino falsum rejicit D. Chrysostomus et quod stultum vocat Theodoretus, scilicet in feminio hæc verba velle sumere, et pro ea significari uxorem Pauli. Faber Stapulensis, iugena conjux. Erasmus, compar germanica; hocque placuit Caletano et Calbarino.

Christi fide, spe, gratiâ, justitiâ, eo modo quo in his standum esse docui.

VERS. 2. — EVOCAM ROGO, etc. Dux hæc femina primaræ erant inter Christianos Philippis, que rem christianam promovendo saugebant, inter quas aliqui dissidii cœnantur fuerit. Has rogo et hortari, ut sicut cupiant, sive sentiant, in Domino, id est, ut concordēs sint in charitate Christi.

VERS. 5. — ETIAM ROGO ET TE, GERMANE COMPARE. Hic vocat sociam et collegam suam, insignem scilicet aliquem doctorem. Quisquis autem fuerit, nullum ali Apostolo honoratur, dum etiam vocat germanum. Hoc est: sincerum adiutorem; ac laboris socium. Hinc testis vicium, testis ejus homine, compellens, rogat ut faciat quod sequitur.

Adjure illas que mecum laboraverunt in Evangelio. Dux feminis intelligi, quas modo nominavit, illæ, inquit, versantur in opere ad utilitatem Ecclesie per-

Equidem Atticè loquendo, *εὐχρη γυναικί*, significare potest germanam conjugalem: sed D. Paulus erat, ut ait, *imperitus sermone*, nec adeò eloquens ut loqueretur Atticè. Præterea ex ipso D. Paulo constat, 1 Cor. cap. 7, quòd vitam duxerit cælibem. Non audiendi itaque supradicti auctores, sed illis præferenda Scripturæ et sanctorum Patrum auctoritas. Fusius eos refellit Estius.

Quis autem sit insignis iste D. Pauli collega, ignoratur. Aliqui putant *εὐχρη*; nomen esse proprium. Alii volunt hoc nomine honorari unum ex episcopis et diaconis, quos salutavit in exordio Epistolæ. Vatablus, à P. Cornelio citatus, censet esse Epaphroditum. Post quem Græcis ait: Ad Epaphroditum se veritatis oratio, tanquam presentem futurum ubi Epistola hæc Philippis legeretur. Alii virum, vel fratrem alterius predictarum mulierum. Hoc parùm interest, ait D. Joannes Chrysostomus: sed hoc valde mirandum est, tantum illis ab Apostolo honorem deferri jussim.

ADJVA ILLAS... Quod intelligi potest per respectum ad reconciliationem, vel per respectum ad illarum honestam sustentationem. *Adjva illas* ut eas inter se reconciliet, vel optularet illis ut habeant unde se et suos honestè sustentent. In hoc sensu, satis probabiliter Epaphroditus loquitur, qui erat episcopus et cuius in eleemosynis distribuendis præcipua erat auctoritas. Hanc conjecturam roborat, v. 25, cap. 2, hujus Epistolæ, ubi Epaphroditum vocat *cooperatorem suam*.

QUE RECENT LABORARUNT... Rationem affert indicentem, ut eis optularet, nempe, quia *laboraverunt mecum*. Græcè, *συνίμι μὲν* (mecum) *deceperunt*: quasi diceret: Adjva eas, quia me adjuverunt in certamine propter Evangelium inito, nec modica propter Christum tolerarunt incommoda. Hinc sollicitudo et cura erga illas, non ob amicitiam, sed ob beneficia, D. Chrysostomus. Variis autem modis potuerunt adjuvare Paulum et alios Evangelii operarios; sive hospitio, sive subministratioe rerum necessariarum, sive etiam aliarum feminarum instructione; quia enim apud Græcos non erat viris liber ad mulieres aditus: hinc femina per feminas primâ Christianismi cognitione erant imbueda.

linente: hoc opus et tu cum his capesse, easque adjuva; ut sensus sit: Suscipe earum infirmitatem, easque inter se reconcilia, adjuva eas que me adjuverunt in certamine; vel, suscipe eas que me susceperunt officio suo usque ad periculum.

Quam Clementem et carissimum infirmis meis. Ex amulieres tua cum Clemente carissime. Pauli cooperarum, Paulo sociæ et adiutricis licet laboris se certaminis in Evangelio. Hic est Clemens Romanus, discipulus SS. Petri et Pauli, qui Petro, post Linum et Cletum, in pontificatu successit.

Quorum nomina sunt (scripta) in libro vite, id est, viventium, sive eorum qui conscripti sunt ad vitam æternam; q. d.: Quorum multò felicis alibi scripta nomina, quam si hic ascriberentur; scripta sunt enim in libro vite.

VERS. 4. — *Gaudete in Domino semper*, etc. Quam frequentissimè excitatæ ac renovatæ in vobis gaudium

QUORUM NOMINA SUNT IN LIBRO VITÆ: Quasi diceret: Quos non nomino, nec hic ascribo, sed quorum nomina felicis alibi scripta sunt, scilicet, in libro vite. Multò melius est à Deo prolari quàm ab hominibus laudari. Liber vite est catalogus predestinatorum ad vitam æternam. Hic catalogus existit in mente, presentia et prædestinatione Dei; que dicitur liber seu catalogus Dei, liber vite, liber viventium. Sicut autem duplex concipitur prædestinatio, ad gratiam scilicet et ad gloriam, sic et duplex liber vite; vel, ut ait Cornelius à Lapide, dupliciter quis potest scribi in libro vite, completè et incompletè. Vide fusius apud ipsum.

Hinc collige nullam actionem bonam apud Deum deperdi, quod enim fit boni super terram, scribitur in caelis. Quò minòs laudis id id recipitur in terra, eò major laus et remuneratio apud Deum habebitur.

VERS. 4. — *GAUDETE*... Quia rerum natura dolorem sæpè pariat; vexabantur enim rerum molestiarum perpessione: *Vobis donatum est*... hinc illos ad spirituale gaudium excitat frequenter. *Gaudete* in Domino; non sicut gentiles in rebus prosperis hujus seculi, sed sicut filii Dei et discipuli Christi in Domino. Ob vestram ad Deum vocationem, ob beneficia vobis à Christo collata et conferenda, ob gratiam et Dei filiationem vobis in Baptismo collatam, ob gloriam vobis promissam, et vobis ob passiones vestras pro Christo toleratas debitem.

ATENTUS DICO, GAUDETE. Ista geminatio ostendit ei qui in Deo est, semper gaudendum esse, etiamsi prematur ad quidvis patiatur. Passio semen est gloriæ: hinc mediis etiam in tribulationibus gaudete. *Momentaneum enim et leve tribulationis nostræ*... Passio communicatio est passionum Christi, itaque *communiantes Christi, passionibus gaudete*; quia si *computantur et glorificabimur*. Spoliatio honorum temporalium præjudicium est possessionis æternorum; spoliati ergo bona vestris ob Christum, gaudete; in æternitate Dei bona possidebitis.

VERS. 5. — *MOBESIA*, id est, moderatio, suavis morum vestrorum compositio, nota sit... ut exemplo vestro discant agere modestè.

DOMINUS PROPÈ EST, id est, jam imminet iudicium. Jam instat tempus factorum rationem reddendi, et

spirituale, recolentes animo ineffabile beneficium vocationis vestre, quà vocali estis per fidem in spem vite et gloriæ æternæ.

VERS. 5. — *Modestia vestra nota sit omnibus hominibus*. Significat autem eam vite ac morum compositionem, quã quia cum aliis hominibus, omni iustitia, equitate, modestia, facilitate conversatur, quam et Ambrosius rationaliorem conversationem exponit. Exigit Apostolus à fidelibus agentibus inter infideles, ut per hanc eorum conversationem, bene habeat audiat nonnem christianum, unde et Petrus, 1 Epistolæ, 2, ait: *Conversationem vestram inter gentes habentis bonam, etc.*

Dominus propè est, id est, Christus iudex appropinquat, ut veniat ad iudicium, ut cororet nostram patientiam et modestiam, ut gaudium nostrum compleat, utque hostium nos persequutioni injurias vindicet et puniat.

mercedem factis proportionatam recipiendi. Appropinquat Salvator, quem de caelis expectamus, qui *reformatus, etc.*

Observatio moralis.

Nihil sic juvat ad morum compositionem, et ad omnes prorsus virtutes, ac cogitatio imminenti iudicii Dei. Hinc Christus adventus sui tempus occultavit: hinc apostoli hunc diem semper ut proximum nobis annuntiant, ut illam præ oculis habeamus semper ut proximum, nobis annuntiant; ut illum præ oculis habeamus semper et ad eum nos continue præparemus. Propè est autem ille dies, quia totum temporis interstitium, respectu æternitatis, est quasi punctum.

Dominus propè est, omnia brevi deseram; ut quid ergo terrena diligo, eisque adhæreo? *Dominus propè est*, brevi de omnibus rationem sum redditurus; ut quid ergo superflua possideo, jamjam rationem redditurus ei qui necessaria tantum mihi concessit? *Dominus propè est*; ecce veni Salvator remuneraturus; ut quid patientiam in tribulationibus amitto? *Dominus propè est*, unicuique secundum opus suum redditurus; ut quid ergo mundanorum felicitatem et gaudium in video? *Dominus propè est*; itaque *modestia, moderatio, animi mansuetudo, morum compositio nota sit omnibus hominibus*. Videant mansuetudinem in actibus, in eloquiis, in gressibus nostris, utpote qui sumus discipuli Christi, quem in corde gerimus. Videant patientiam in passionibus, utpote qui æternam ob eas coronam expectamus. Videant frugalitatem in usu, utpote qui de superfluis iudicandi sumus.

VERS. 6. — *Nihil solliciti sitis*. Quia *Dominus propè est*, de rebus hujus seculi ne sitis anxii; brevi omnium finem habebunt; brevi omnia vobis deserenda sunt; ne ergo de rebus caducis solliciti sitis, sed æterna sedulo curate.

Potest et explicari: *Dominus propè est*, ad optulandum vobis; ne ergo solliciti sitis. Sed naturalior sensus hic est: Appropinquat Salvator, quem de caelis expectamus, qui que patientiam et labores nostros coronabit; ne ergo vos angat sollicitudo honorum, aut malorum temporalium.

SED IN OMNI, supple, negotio, vel tempore. Non enim iudicandum est hoc omni cum oratione, quippe que in Græco discordant genere; *ἢ ἀνδρῶν, νεαρῶν, ἢ γυναικῶν*.

ORATIONE ET OBSECRATIONE, id est, per attentam orationem et instantem obsecrationem, junctam cum

VERS. 6. — *Nihil solliciti sitis, etc.* In omni, subaudi, re et negotio, de quo solliciti estis. *Oratione*, id est, per orationem et instantem ac ferventem obsecrationem junctam cum gratiarum actione petitionibus vestras notas facite et exponite Deo, ut ejus opem flagitetis et impetretis.

VERS. 7. — *Et pax Dei quæ exsuperat omnem sensum, etc.* Pax Dei, est reconciliatio quam fecit Deus cum hominibus, quando omnem eis iratus, jam per Christum factus est placatus, inquit Chrysostomus. Hæc pax omnem intellectum superat, quia omnem opinionem et expectationem humanam excedit, quod Deus pro inimicis sibi reconciliandis, Filium suum dederit in mortem. In Christo, id est, in Christi fide et gratiâ manentis et crescentis.

GRATIARUM ACTIONE et laude Dei, Deum adite, vestraque illi desideria exponite, et opem ipsius implorate.

Observationes morales.

Nota tres bonæ orationis conditiones: orandum cum fiducia, cum instantiâ, cum gratitudine, cum fiducia accipiendi, cum gratitudine acceptorum, cum instantiâ et obsecratione per Jesum Christum Mediatorem nostrum. Deî bonitas, omnipotentia, misericordia; fiduciam dabit; accepta à Deo bona gratitudinem; infinita Christi merita obsecrandi et instantem petendi libertatem.

Notat hic et meritò D. Chrysostomus, quòd de omnibus, etiam de molestis, gratiæ sint habende; idque est hominis verè grati, in Deum benè affecti, et ab eo penitus pendens, æquitate persuasi quòd omnia ad utilitatem nostram administret, cisi non percipiamus. Has preces cum talibus gratiarum actionibus Deus agnoscit; alias ne nôsse quidem vult, ait D. Chrysostomus.

VERS. 7. — *Et pax Dei, quæ exsuperat omnem sensum*, id est, quæ major est, quàm ut possit intelligi quanta qualisque sit.

CONSTANT, id est, instar custodiae militaris teatrum voluntatem et intellectum, id est, totam animam vestram, contra metus et anxietates; ne per alterutrum aut per utrumque peccetis, sicut à gratiâ decidatis Græcè et Syr. habent, *custodiet*.

VERS. 8. — *De cetero, fratres, quæcumque sunt vera...* præparat ad finem, et paucis omnino comprehendit. *Quæcumque sunt vera*, id est, sincera, à mendaciâ remota;

QUÆCUMQUE PUDICA, gravis, honesta, verecunda. In primo, commendatur verborum sinceritas, rerumque ingenuitas; in secundo, morum gravitas et actionum honestas.

QUÆCUMQUE IUSTA, ut nulli fiat injuria.

QUÆCUMQUE SANCTA; Græcè, *ἄγια*, pura, remota ab omni specie impudicitiae. Noster interpres legit *ἁγία*, sed parùm refert; sanctum est enim quòd purum.

QUÆCUMQUE AMABILIA, id est, digna quæ amentur; vel, cum aliis, gratiosum hominem facientia.

QUÆCUMQUE BONÆ FAME, edificentia et bonam famam patientia.

SI QUÆ VIRTUS, quidquid ad virtutem pertinet.

SI QUÆ LAUS, quidquid ad laudabilem vitam conversationem confert. Hæc animis vestris versate, ut fietis suo tempore præstetis. Hæc quidem ad omnes dirigit

VERS. 8. — *De cetero, fratres, quæcumque sunt vera*, id est, sincera et aliena ab hypocrisis.

Quæcumque pudica, id est, honesta, verecunda. *Quæcumque iusta*; significat eam justitiam que est specialis virtus.

Quæcumque sancta, id est, pura sive casta. Sanctum enim dicitur quòd est incontaminatum.

Quæcumque amabilia, id est, talia per que sitis amabiles hominibus. Nihil sit in moribus asperum, nihil quòd offendat eos cum quibus conversamini.

Quæcumque bonæ fame, quæ vobis et Christo, ac Christianismo nomen et famam concient.

Si quæ virtus, si quæ laus, disciplina, id est, disciplina morum laudabilis.

Hæc cogitate, ut ea faciatis et evenquamini.

Apostolorum; at spectantibus sacerdotibus et religiosis conveniunt, quippe qui commodius ea possunt exequi. Nostrum itaque studium et exercitium sit hec supradicta animo versare, et de facto exsequi. Gratias immensus Deo, qui mihi hæc cogitandi et faciendi otium dedit. Fac, ô Deus misericors, ut tantam non solum gratiam, sed ut de facto hec cogitem et agam. Nota quod laudabilia et bonam famam parientia, facere quidem debeamus, non tamen laudem spectare. Fac itaque laudabilia, non spectans ad laudem.

VERS. 9. — *Quæ et didicistis, et acceptistis, et audistis à me docente; quæ accepistis à me scribente; quæ audistis de me absente; quæ vidistis in me presente.*

Hæc agite, quæ predicavi, quæ scripsi, quæ dixi, quorum vobis exemplum dedi, hæc facite. Optima docendi ratio, versum in omnibus formam præbere, D. Chrysostomus. Tres hæc adverte christiane fidei et vite regulas, scilicet doctrinam prædicantem, aut scriptam ab apostolis; traditiones apostolicas, fidem et facta apostolica, sive vitam et exempla illorum.

VERS. 10. — *Gaviscus sum actus in Domino.* Transit ad gratiarum actionem, in qua miro modo laudes cum correptione, correctionem cum excusatione, gratitudinem suam cum sancta sufficientia et evangelica qualitate independentia miscet. Grandia et humilia loquitur, ad omnia se contemperat, ut ne veritatem quidem proferat, quod redoleat animi aut objectionem, aut ingratitude; aut duritiam aut militiam.

GAVISCUS SUM, magnopere quidem et impense lætatus sum, sed lætitia piâ, spirituali et christiana.

QUONIAM TAMEN ALIQUANDO, GRÆC. : *Quoniam jam aliquando, id est, jam tandem.* Hoc longum tempus indicat, ait D. Chrysostomus; expressit illud Arabice versio; quod post intervallum elapsam, quo vixisset.

REFORMATUS, GRÆC. *restituta; Arab., repululatus cura vestro.* *PER ME SENTIRE, id est, mel curam et sollicitudinem gerere.*

SICUT ET SENTIEBATIS, id est, sicut solebatis de rebus mihi necessariis procurandis esse solliciti. GRÆC. : *In quo sentiebatis, id est, quâ in re solebatis sentire.* ILLI SYRUS : *Venerator autem gratias suam in Domino nostro, quod rursum carperitis esse solliciti de me, quando admodum et solliciti eratis; sed non eratis competes, id est, satis liberi.* Ita D. Chrysostomus, qui in verbo, *reformatus*, metaphoram agnoscit ductam ab arboribus vere germinantibus, deinde hyeme arefactis, ac

VERS. 9. — *Quæ et didicistis, et acceptistis, et audistis à me docente; q. d. : Hæc à vobis exigo, quæ et docui vos, et tam absens quam præsens opere alique exemplo monstravi.*

Hæc agite. Exponit enim quod dixerat, *hæc cogitate*, ut ostendat non indam cogitationem se exigere, sed eam quæ cum actione non praxi sit conjuncta.

Et Deus pacis erit vobiscum. Quæ si fuerit, Deus auctor pacis erit vobiscum, per insigne filii et incomprehensibile donum ejusdem pacis, de qua paulo ante;

rursus vere germinantibus. Hoc verò indicat, ait, illos cum antea florent, ac postea extabulissent, rursus, vigere ac germinare coepisse. Itaque vox ista, oblationem et laudem habet : non enim parum est, cum extaberis, refluere, Chrysostomus. Juxta hanc interpretationem, quo communitur est, *sicut et sentiebatis*, significat, sicut olim sentiebatis, et indicat quod Philippenses cessarint sentire. Alii tamen è contra volunt istud, *sicut et sentiebatis*, esse quasi correctionem et mitigationem verbi *reformatus*; quasi diceret : Non quid idem pro me sentire cessaveritis, sed quia opportunitatem non habebatis. Ita Esius, Grotius. Favet et Theodoretus, dicens : Novi scopum vestrum et lætor hunc in vobis certans; jam dudum vobis lætam subventioni prospicere, sed non habebatis opportunitatem. Hujus etiam sensui favere putant textum GRÆCUM hodiernum, qui habet : *In quo et sentiebatis, id est, juxta illorum interpretationem, quod et quidem sentiebatis; sed opportunitate carebatis.*

OCCUPATI AUTEM ERATIS; GRÆC. : *Opportunitate autem carebatis.* Hanc opportunitatem alii aliter intelligunt : primum, occupati eratis aliis negotiis; secundò, non habebatis in manibus, non abundabatis, sicque dare non poteratis. Hoc significat, *occupati*, ait D. Chrysostomus, ex communi loquendi consuetudine; ita enim perique dicunt, cum non satis ampla res est, sed in angustiis versantur. Tertio, non habebatis fidem tantum per quem mitteretis. Noster interpres hæc fere omnia includit, dicens : *Occupati eratis, sive negotiis, sive paupertate vestra, etc.*

EX DICIS DUPLEX collige sensum. Primum : Gaudete quod prior vester erga me reformi affectus, vestraque mei sollicitudo; non quod cessarit iste vester affectus, sed quia vobis deficit opportunitas; seu voluntas quidem adfuit, sed deficit opportunitas. Alterum, quem magis litteralem puto : Gaudete quod jam tandem reviguerit vester erga me affectus, quo mei curam gerere solebatis. In quo laus est expressa, *reformi*. Objurgatio tacita, *sicut et sentiebatis*, quasi refrigerit ardor charitatis. Ut hæc autem objurgationem temperet, excusationem adjicit tacitam et expressam. Tacitam et quæ debet subintelligi, credo quidem quod voluntatem et affectum habebatis. Expressam, sed deficit opportunitas, non poteratis tum ob inopiam, tum ob negotia, tum ob occasionis defectum.

VERS. 11. — *Non quasi propter penuriam dico, id est, excusat congratulationem, seu suam explicat gaudium, quasi diceret : Potatis forte quod ideo gaudiam quia per vestram beneficentiam à penuria mea sub-*

id est, eam pacem Deus vobis cumulavit.

VERS. 10. — *Gaviscus sum autem in Domino vehementer, quoniam tandem aliquando (post longævum moram et torporem) reformatus pro me sentire, pro me solliciti esse, neque curam labore, etc.*

Sicut et sentiebatis, id est, animam gerebatis pro me sollicitum; nec deerat largienti voluntas, sed opportunitas. Occupati autem eratis, id est, opportunitatem non habebatis.

VERS. 11. — *Non quasi propter penuriam dico, id est, respiciens ad penuriam quam patior, quasi meum*

levatus sum. Non est ita : EGO ENIM UTIQUI IN HIS QUÆ REPERTO COSTAVIT ESSE. Minis itaque propter penuriam meam sublevatam gaudeo, quam propter charitatem vestram.

Mirare hic et imitare D. Pauli prudentiam : nihil dicas aut facias unquam in ministerii exercitio, quo tuam exposas inopiam, aut quo patet quod ab eâ cupias sublevari. Discas ab Apostolo in paucis sufficiens esse, multa non desiderare : divinus hic vir, perpetuus dum imitator, sibi sufficiens, nihil appetens, omnibus communicat et liberaliter effundit. Hunc tuo imitare modulo, paucis contentus, nihil appetens, benefac omnibus.

(De Dei sufficientia, vide Cornelium à Lapide.)

Vir apostolicus Dei sit imitator.

VERS. 12. — *Scio et humiliari, scio et abundare, id est, scio in rebus exiguis patienter me gerere; scio et rebus abundantibus mihi moderatè. Utramque fortunam et tenuitatis et abundantie novi evangelicorum doctrina sit et norma; sciant in penuria non tristari, non deijci, sed patientes esse, sciant in abundantia non dissolvi, non delictari, sed frugales esse et moderatè.*

UNIQUE ET IN OMNIBUS INSTITUTUS SUM. GRÆC. : *In omni et in omnibus, id est, in mari, sicut in terra. Syr. : in omnibus et in omnibus exercitatus sum. Moponem, mysterium indubio, institutus sum, institutus sum, quasi diceret : Mysterium initiatus sum, ad omnia religionis exercitia formatus, ubique et in omnibus eventibus novi me christianis gerere.*

ET SATIARI ET ESCURRE, id est, utraque abunde sum expertus et satietatem et famem et egestatem et abundantiam, Theodoretus.

Nota litteralis et moralis.

Nota quod verbo GRÆCO utitur, à quo derivatur mysterium, *μυστήριον*, initiatus sum; *πύσις*, initio; hinc *πύσιος*, ut indicet quod vita christiana, si sit interior, mysterium est, sacrificium, lausque Dei personis. In omnibus eventibus, sive copia occurrat, sive inopia, cor nostrum debet sacrificare et sacrificari. Sacrificare quidem, omnia ad Dei gloriam referendo; sacrificari verò, per temperantiam in abundantia; per patientiam in penuria. Utrôque debemus modum tenere, temperantiam inopiam, modum in opibus; animi quietem conservare in penuria. Sacrificet ergo et sacrificetur simul cor nostrum, hanc sui mortificationem in utroque statu, ubique Deo offerens. Vita christiana sic ducta laus erit Deo perennis, sacrificium

commodum hic spectem. *Ego enim didici, etc.* hoc est, ego didici contentus esse in qua habeo, tanquam illa mihi sufficient.

VERS. 12. — *Scio et humiliari, etc. Humiliari, hic significat esse inopem et indignum, unde ei opponitur, abundare; q. d. : Scio ferre penuriam, scio ferre et abundantiam.*

VERS. 13. — *Omnia possum in eo, etc.* Omnia jam enumerata, et alia quæcumque perferenda in illa sunt, possum et præsto pro eum qui mihi ad hæc omnia vires subministrat, quique omnia hæc in me operatur, scilicet per Christum.

VERS. 14. — *Veritatem bene fecistis, etc., id est,*

perpetuam, mysterium absconditum. Hoc mysterium perfecte noverat Apostolorum, erant initiatus, et ad omnia institutus; utnam ego sim tandem aliquando catechumenus ac novitius!

VERS. 15. — *Omnia possum in eo, etc.* GRÆC. *in eo corroborata me.* Gratia Christi inibi corroborat. Quia supradicta magnitudinem redolent, vide quamprius corrigat. Non hoc, inquit, meum beneficium est, sed ejus qui vires dat. Qui me docuit hoc vitæ christiane mysterium, illo me ipso corroborat, interitus, ut illud in praxim redigam. *Omnia possum in eo, etc.*; in me, nihil sum, nihil possum; in Christo sum et possum omnia. Ultramque veritatem et mei proprii nihil, neque potentie; et mei in Christo per gratiam esse divini, in eoque in illo et per illum omnipotentie, menti et coram meo sic imprimi, Deis, ut nequam præsumam, nunquam delictari.

VERS. 14. — *Veritatem bene fecistis, etc.* Ne ob supradicta videatur nimis datum despicere, ideoque ne eos molestia afficiat, quasi res illi fuisset superflua, hincque fiant in dando negligentiores, illorum scilicet excitem et inflammam, dicens : *Veritatem bene fecistis.* Quoniam ita sit, licet sciam curare, etc., bene tamen fecistis, et rem mihi gratam, dum per vestram beneficentiam sublevatis inopiam meam; vero enim egebam, et mihi egeni subvenistis. Illic gratitudinem miscet cum evangelica sufficientia; licet didicerim contentus esse in rebus arctis, non tamen gratam mihi fecistis, nec mea in Christo sufficientia meam minuit erga vos gratitudinem.

VERS. 15. — *Scitis autem et vos, PHILIPPENSES...* Ut majorem exhibeat gratitudinem, ostendit se memorem et gratum antiquæ illorum beneficentia: quæ Philippensium beneficentia eò tamliberior est in se, et Paulo gratior, qui antiquior est, mirram à principio Evangelii; et Philippensibus specialior, NILEY... nisi vos sola... Sic autem illos laudat, ut se purget; hoc quippe singularitas ita Philippenses extollit super alios omnes, ut et D. Paulum purget ab avaritiæ suspitione; quippe qui, si ab omnibus aliis ecclesiis recepisset, brevi opibus abundasset.

COMMUNICAVIT IN BATHONE DATI ET ACCEPTI... Alludit ad libros mercatorum rationarios, quorum duo sunt partes, expensarum scilicet et acceptorum, Scitis, vos, Philippenses, et alia testari possitis.

QUOÏA PRINCIPIO, seu cum primò vobis Evangelium prædicaui, cum exivi à Macedonia ut irem in Achaïam, nulla Ecclesia communicavit... id est, quid

quod mihi res vestras et facultates communicatis in tribulatione mea, cum vincus essem, bene fecistis; sicut participes vos facere et communicare voluistis meae tribulationi et vinculis, sic et præmio.

VERS. 15. — *Scitis autem et vos, Philippenses, quod in principio Evangelii, scilicet à me vobis prædicaui, de quo Act. 16. Quando profectus sum à Macedonia, id est, quando Macedoniam, in qua vos esis, reliqui, et transivi in Achaïam, Act. 17. Nulla mihi Ecclesia communicavit in ratione dati et accepti, nisi vos soli; compensando scilicet spiritualia à me accepta datis suis temporalibus deus; vel potius stipendiis. Ita Chrysostomus.*

quam mihi tribuit quod in rationes meas, seu computum meum, referrem. *Nisi vos soli*; seu nulla Ecclesiae datis temporalibus spiritualia ei à me data compensavit, nisi vestra, quae ultra semel et iterum mihi misit, cum essem Thessalonice, id quo indigebam.

VERS. 16. — *QUIA THESSALONICAM...* Cui in metropoli esset, ab exigua civitate alebatur, ait D. Chrysostomus; et hoc est magnum encomium Philippensium; non solum presentem reverentur, sed et absentis curam gerunt, Theodoretus.

IN USUM MIHI MISISTIS. SYR.: *Veressitatem meam misisti.*
Nota litteralis et moralis.

Nota communicandi in ratione datur. Non dixit, dedit, sed *communicavit*, quia res hęc communicatio quedam est; spiritualia seminavit Apostolus, carnalia messuit. Communicaverunt Philippenses in ratione datur, carnalia dando; et in ratione accepti, accipiendo spiritualia. Itaque elemosyna negotiatio, seu mercatura quedam est, in qua terrenis emittit cœlum; in qua melior est fiantis conditio quam accipientis, quia quae accipiuntur, hic consumuntur, dantibus autem aeterna meritis est reposita, D. Chrysostomus. Hęc ergo negotiatio nihil questiosius; fit in terra, perficitur in cœlo; emptores sunt in terra, emittunt vero que sunt in cœlis, idem. Verum non desperet quisquam (pauper scilicet); cœlestia non emittit pecunia, sed animus, sed humanitas, sed misericordia; non divitiis opus est, sed voluntate. Hanc si habes, duobus modis colorum regnum emes, idem ibidem. Qui dat voluntatem seipsum dat, hominem dat: homo autem qui pretium non habet, idem D. Chrysostomus.

VERS. 17. — *NON QUIA QUERO DATUM.* SYR.: *Non quia munus roquiritur.* Ne videatur illos sui gratiā laudare, seu propter subventionem corporalem; sicut prius dixit, *non quia propter penuriam...* ita nunc: *Non quia quero datum*, id est, hoc dico, non quia vestra munera roquiritur, sed quia vestrum lucrum roquiro; cupio scilicet, ut fructus, seu lucrum abundans, inseribatur in rationibus vestris, seu in libro vestro rationario. Perseverat in metaphora librorum rationariorum, seu computum, quos habent mercatores, in quibus data et accepta conscribunt. Hinc collige quod unusquisque librum habet rationum cum Deo, in quo ex una parte inseribuntur quae à Deo accipiuntur; ex altera parte quae Deo redduntur, quae ad Dei gloriam egit et passus est. Examina hunc tuum librum; serio perpende accepta; vide et compara reddita. Eheu! quam dispar ratio!

VERS. 18. — *HABEO AUTEM OMNIA...* Interdus, ne fiant

VERS. 16. — *Quia et Thessalonicam semel et bis (semel et iterum) in usum (id quo indigebam) mihi misisti.*

VERS. 17. — *Non quia quero datum, etc.* Si quid à vobis accipio, vestrum est lucrum et commodum, vestre fructus est hoc auguratur, etc.

VERS. 18. — *Habeo enim omnia, et abundo, id est, recepi ea quae ad me misistis, adeo largē, ut nunc abundem.* Hoc addit ut intelligamus facie abundare eum qui in re modicā ac tenui contentus est.

Repleta sum, q. d. : Omnis mea penuria, omnis fames, omnis egestas, omne desiderium meum, ex-

negligentiores, quia dixit, *munus non requiro*, ipsorum subventionem magnificat. *Habeo omnia*, ut ab uno per vestram donationem; vestra elemosyna non tantum inopiam meam sublevavit, sed et abundantiam contulit. *Abundo, repletus sum.*

Nota tamen quod hic mirum in modum superius dicta confirmat: illorum quippe magnificentiam sic laudat, ut tamen quasi debitam asserat. Utitur verbo *repleto, recipio*, quasi censum et fructus ex agro, ait D. Chrysostomus.

ACCEPTIS AB EPAPHRODITO. Accipi ab Epaphrodito quae MISISTIS. Libera Epaphroditū fidem.

ODOREM SUAVITATIS, BOSTILM... Deus autem per me accepit ea, quasi sacrificium bonae fragrantiae, suavissimi odoris. Elemosyna vestra est quasi thuris, seu thymianā suavissimi odoris. Imo quasi victima et hostia, quae cum thure per ignem offertur Deo, et cuius fumus et odor Deo suavissimus.

Notat hic D. Chrysostomus Scripturam loqui ad nostram captivam: *Odorata est Dominus, etc.*, quia nos eam hostiā et voluptate odores suavissimos percipiunt, idē dicit: *Odores suavitatis.* Notat autem quod non fumus faciebat accepta sacrificia, sed animus qui offerebat, ita et de elemosynā.

VERS. 19. — *DEUS AUTEM IMPLEAT OMNE DESIDERIUM.* Graeca variant; alia habent *quodcumque*, quod noster interpretis veritē desiderium, qui dum nostrum implet desiderium, implet et gaudium. Alia *quodcumque*, alia *quodcumque*, necessitatem, indigentiam vestram, ita Syrus. Et hoc ultimum probabilis putat D. Chrysostomus, et gloria hunc versum referri ad id quod supra dixit Apostolus: *Occupati eratis*, seu indigebatis; hincque precatur Apostolus ut Deus illis necessariae vitae donet. Implet id omne quod vobis opus est, ait Theodoretus. Precatur ergo illis benedictionem temporalem et aeternam. Notat D. Chrysostomus quod huius vitae necessaria illis precatur, ut se ad eorum captum demittat. Nam si S. Paulo similes fuissent; si adeo crucifixi ac ipse, non hanc sanē fecisset; sed quia homines erant opifices, pauperes, utros et filios habebant, etc., quādamque propterea rerum cupiditate tenebantur: hinc precatur necessaria, sicut et Christus nos docuit dicere: *Pancem nostrum quotidianum, etc.*

SECUNDUM DIVITIAS SUAS. SYR.: *Implet omnem indigentiam vestram, secundum opulentiam suam.* Quasi diceret Apostolus: Hoc Deo facillimum est, utpote qui ditissimus est, habetque divitias inmensas.

pletum est, accepta (postquam accipi) ab Epaphrodito quae misistis, etc.

VERS. 19. — *Deus autem meus implet omne desiderium vestrum, secundum divitias suas; q. d. : Facili est Deo vobis respondere, vos ditare, vestra vota explere: est enim ditissimus. Ita Chrysostomus.*

In gloria, in Christo Jesu; q. d. : Ita precor vobis à Deo rerum huius vitae sufficientiam, ut ea vobis cedat ad gloriam vitae aeternae per Christum.

VERS. 20. — *Deo autem et Patri nostro, etc.* De his omnibus bonis quae praestitit, et quae speratis, glorificetor Deus, Pater noster, in omnem aeternitatem,

IN GLORIA, IN CHRISTO JESU, id est, det et gloriam aeternam quae est in Christo Jesu; vel det gloriam per Jesum Christum.

VERS. 21. — *SALUTATE OMNEM SANCTUM.* Quomodo omnis Christianus sit sanctus, vide e. 1, v. 1.

VERS. 22. — *MAXIME QUI DE DONO CAESARIS SUNT.* Ipsos erigit et confirmat, ait D. Chrysostomus, ostendens eis quod etiam ad imperatoris domum pervenerit fides: si enim qui in regis, omnia propter colorum regem despexerunt, multo magis illi ipsis faciendum.

Addit, *amen*, illud solemne, quo preceationem confirmat; q. d. : Vehementer opto et precor ut fiat quod dico.

VERS. 21. — *Salutate omnem sanctum in Christo Jesu, id est, Christianum, qui baptismi sanctificatus est per Christum, et professione et vocatione christiani sanctus est.*

VERS. 22. — *Salutant vos qui mecum sunt fratres, id est, qui circa me sunt; ut qui mihi victo ministrant, qui me visitant, qui mecum hic in Evangelio*

Corollarium pietatis, seu in hoc capite ad pietatem maxime notanda, et ad praxim redigenda.

Et praxēs hęc apostolicas habemus et exemplum mirabile ad omnem sanctitatem conducentia.

PRIMA PRAXIS.

Diem seu mortis, seu iudicii, semper proximum cogitare. *Dominus propē est.* Vide v. 5. Hęc cogitatio stimulus est ad omne bonum faciendum. Vide ibidem. Ad idem maxime confortat recordatio quod sit in cœlo labor vitar. v. 5, in quo scribitur quiddam boni fit in terris. Quo minus hęc laudis receperimus, eo major erit merces et gloria in cœlis. Recordare et quod habes apud Deum liberum rationarium, in cuius unā parte inseribuntur quae à Deo recipis; et in altera parte quae Deo reddis. Hunc tuum librum lege, examina; vide accepta, compara reddita. Eheu, quam dispar ratio! Vide v. 17.

SECUNDA PRAXIS.

Quocumque sancta et sanctificantiā, perfecta et perfectiōne iugiter animo versare, diligere, desiderare, et suis temporibus exsequi. Vide v. 8. Non ea tantum quae sunt de precepto facere, sed ad perfectionem semper tendere.

ADMIRANDUM PERFECTE SEU APOSTOLICAE VITAE EXEMPLUM.

Paulus semper idem, suo statū semper contentus, sibi, Deo iuvante, sufficiens, nihil appetens. Vide v. 11. Paulus scit, Dei gratiā, et inopiam patienter ferre, et abundantia uti moderate, v. 12. Paulus, uno verbo, ad omnia institutus est, v. 16. Illius exemplum ita mirare ut et imitari studeas. Discite itaque primo, paucis et merito necessariis contentus nihil appetere. Secundo, in paupertatis inopiā patiens et constans esse; in abundantia frugaliter, moderatus et pauper. Tertio, ad omnes eventus semper esse paratus. Talis vita sacrificium est perpetuum, laus Dei perennis. Vide vers. 12.

S. S. XXIV.

VERS. 25. — *GRATIA DOMINI NOSTRI JESU CHRISTI.* Nil aliud optat bonum, quia revera nihil aliud in hęc vita. Sola gratia cordis nostri remedium et sanitas. In corde nostro est agritudo nostra, cupiditas scilicet; hanc gratia sola sanat. *Fiet in eo fons aquae refrigerantis.* Deus unus cor nostrum implere potest et beare; gratia, Dei emanatio, ac quasi vicaria, illud nunc impleat et incipiat beare; donec gloria plenius repleat et accumulet, reddatque in aeternum felix et beatum. *Gratia itaque Domini nostri Jesu Christi, etc.*

laborant.

Salutant vos omnes sancti, scilicet qui Romae sunt, id est, omnis Romana Ecclesia.

Maxime autem qui de Caesaris domo sunt. Domo, id est, familiā. *Caesarem* Romanum intelligit, nec aliud quam Nerone, sub cuius potestate victus erat.

VERS. 25. — *Gratia Domini nostri Jesu Christi, etc.* Sensus est: Deus per Christum det vobis, et multiplice beneficia gratiae suae. Scripta est Romae ē vinculis primis.

TERTIA PRAXIS.

Circa elemosynam faciendam.

Recordare quod elemosyna sit quedam negotiatio, v. 16. Quā nihil questiosius, quia terrenis emittit cœlum, ibidem. Quā nihil facilius, quia tibi deest pecunia, sufficit animus. Vide ibidem. Quā nihil Deo gratius, quia elemosyna est quasi thymianā illi suavissimum, v. 18. Quasi hostia Deo gratissima, ibidem. Sacrificium, cuius non fumus, sed offerentis animus Deo placet, ibidem. Harumque veritatum memor, diligenter et cum gaudio pro amore Dei. Da cor tuum, da de tua substantiā in terra affectum; externā, bona temporalia, hisque temporalibus aeternitatem regni colorum eme. Pauper astra coram te altare Christi est; super hoc altare sacrificia, offer Deo hostiam acceptam, placentem, odore suavitatis.

QUARTA PRAXIS.

Circa elemosynam recipiendam.

Bonitas est unguis dare quam accipere, Act. 20, 15. Melior est dantis quam accipientis conditio, ait D. Chrysostomus, vide v. 16. Itaque da cum gaudio; accipe cum humilitate, in eo et cum timore, ne forte iudicium recipias, si elemosynarum sis latro, esse sine verā necessitate, aut ultra necessitatem, accipiens. Si autem vera sit accipientis necessitas, humili simul et grato animo recipere, v. 10, 18. Quantum opus habet, accipe, v. 15. *Prostat, v. 16, necessitatem meam, in usum.*

Benefactoribus bono precare: *Deus implet omne desiderium vestrum, etc., v. 19.* Accipe, non tui causa, sed illorum gratiā, v. 17; cum non dederint, non indignare, sed illorum vices dote. Ubique patientiam habe: *Ubique et in omnibus institutus, scias satiare et curare, et abundare, et penuriam pati, v. 12.*

Multa alia de elemosynā vide 2 Cor. 8, et 9, in corollariis.

(Trente-neuf.)

IN EPISTOLAM AD COLOSSENSES

Praefationes.

Colossae erant urbs Phrygiae, vicina Laodiceae et Hierapoli; et colligi potest ex hac Epistola, cap. 2, v. 4; et cap. 4, v. 15, 16, ubi iulius Apostolus ad Colossenses legat Epistolam Laodicensium; et e contra ex hoc Colossarum cum Laodicea et Hierapoli vicino, patet Colossenses, ut iudicant aliqui: licet hanc civitatem ad Colossae solis famose fuerit eodem forsitan nomine intercepta.

Colossae, Laodiceae et Hierapoli, non multo post scriptam hanc Epistolam, terra motu corruiisse, narrat Orosius; refert et Eusebius in Chronico, sed credunt resitisse: ut de Laodicea patet Apocal. 3, v. 14.

Omnes tum Latini, tum Graeci interpretes, si Theodororum excipias, censent D. Paulum Colossis nunquam praedicasse, idque colligunt ex diversis huius Epistolae locis, maxime ex cap. 1, v. 7, ubi testatur ipse Paulus quod Epaphras fuerit Colossensium doctor; et cap. 2, v. 1, ubi testatur videtur quod non fuerit visus ab illis; et ex aliis locis, de quibus suo loco.

Colossenses in ea fuerunt Asiae Minoris parte quae magna Phrygia vocabatur. Civitas eorum Colossae ab Hierapoli et Laodicea, quartum in hae Epist. mentio fit, haud procul distat. Quod observandum, propter nonnullis qui, contra auctoritatem Graecorum interpretum, Colossas eandem cum Rhodo locum: quam eo nomine appellatam putant ob nobilitatem illum Colossensium, qui numerat inter septem mundi miracula. Sed, ut ita sit quod Rhodii aliquid dicitur Colossenses, uti sentias asserere videtur, attamen eos ab his ad quos ista mittitur Epistola, diversis esse, ex eis quae diximus plane liquet. Scribit autem ad Coloss. Paulus, non modo his Evangelium praedicasset (siquidem eos se videtur quidem, ut colligitur ex cap. 2), sed quod iam tunc nullum Apostolus et sollicitudine gerens omnium Ecclesiarum (quam sola tribuit, 2 Cor. 11), hinc quoque parti Ecclesiae a falsis magistris pervertitur, pro officio succurrendum putant. Iustitiam autem erant in fide Christi per Epaphras, Apostoli discipulum, quem admodum de eo testatur cap. 1. Nam Archippos, cuius uti. cap. mentionem facit, non apostolus eorum, sed episcopus aut presbyter fuisse videtur. Et haec quidem communis est sententia commentariorum, tam Latinorum quam Graecorum, Colossenses ipsum Paulum praedicationem eorum, Colossenses autem non Theodoros, qui locum adhaerens, cap. 2, ostendit aliter intelligendum esse; de qua re videtur cum ad eius loci expositionem perventum erit. Adhuc ille pro se quod legitur Act. 18, Paulum ex ordine perambulasse Galatiam, regnum, et Phrygiam, in qua utique sunt Colossenses; ut dicitur est, sed argumentum hoc non est certum. Erant enim multae aliae civitates illius regionis, quae recensentur lib. 6 naturalis Hist., cap. 52, quarum aliquae perambulasse potuit Paulus, Colossensibus omnibus. Atqui vicissim contra Theodororum facit quod Paulus in tota Epist. nunquam significat se Colossensibus Evangelium praedicasse, aut eorum apostolum

Ad illos tamen scribit, tum quia omnium gentium doctor, tum maxime quia Epaphras ipse ad eos miserat, illorumque episcopum constituerat, ait Martyrologium Romanum, die decima nona Julii.

Scribit autem ad eos a virulentis haereticorum dogmatibus eximat, et ut in fide evangelica confirmet.

Penerant enim Colossas pseudo-apostoli, Simoniani, et Judaizantes: quorum primi dicebant, non Christum, sed angelos, esse nostrae salutis auctores et mediatores; et consequenter per angelos, non per Christum, esse accedendum ad Deum; scilicet verum urgebant Judaicorum, et gentilitiarum multorum superstitionum observantiam.

Turorumque errores primo redarguit Apostolus; deinde sublebat hominum generi dat vitae et morum documenta.

Hae Epistola, quoad materiam et sententias, affinis est Epistolae ad Ephesios; haecque, sicut illa, subtilis est et grandiloqua.

Roma scripta est in primis vinculis, quorum praeter mentionem facit; per Tychicum et Onesimum

esse, qui potius paulo post exordium Epistolae, ubi veritas erat in commemorandis, non se, sed Epaphras nominat, ut Evangelii primum ac praecipuum apud eos ministrum. Sicut, inquit, *Epaphras charissimo consilio nostro, etc.* Et in Epist. ad Philimonem Colossensium: *Spero per orationes vestras sanari me vobis.* Non enim sit restitit, sicut deb. ult., sed *sanari*, quia apud eos nonquam fuisset. Ceterum occasio scribendi Colossensibus Paulus fuit, quod post acceptam Evangelium, a quibusdam, quorum studium erat sinceritatem apostolicae doctrinae corrumpere (Simoniacorum fuisse creditibile est), persuasi essent accessum se habere ad Deum, non per Filium, sed per angelos, ut per quos antiquitus omnia gesta legimus. Filium autem Dei majorem esse, quam ut eo mediatore atque intercessore ad deprecandum uti nobis liceat. Accedunt observationes ac superstitiones tam Judaeorum quam Graecorum, sive ab istis auctoribus introductae, sive ab aliis acceptae, philosophis scilicet, ac Judaicis, sive ab Evangelio, quod semel receperant, proorsis dissestante. Primum igitur ac praecipue docet Apostolus communi per Christum Dei Filium, per quem omnia condita sunt, nos instaurari ac reconciliari cum Deo, et proinde religio angelorum, quae ministrum Christi mediatoris officium ad angelos transferat, non esse attendendam. Judaicas autem, et philosophicas observationes cum Evangelio nunquam miscendas esse, neque eas ad sanctificationem nostram quidquam habere momenti. Atque haec agit 1 et 2 cap. Reliqua pars Epistolae, fere usque ad finem in tradendis vitae christianae praeceptis consumitur. Confer quae diximus in argum. Epistolae ad Ephesios. Scripta est haec Epist., non Ephesios, ut habet vulgare argumentum, quod est in Latinis codicibus, sed *Romae*; ut habent Graecorum subscriptiones. Nam vincularum suorum sub linea Epistolae, testat in Roma notem, non Ephesios, Paulum vinculum fuisse legitimus. Adde quod missa est per Tychicum et Onesimum; quae

missa, anno Christi 62. Vide cap. 1, v. 7 et 9. Una est ex illis Epistolis quas Roma scripsit in vinculis, et quae iteō sanctiores sunt, habentque aliqui

posteriorem Romae in vinculis Christo genuerat, ut habet Epist. ad Philimonem. In quam ad Philimonem Epistolae scribens Hieronymus, affirmat Romae e

amplius quam alia; ut si vir fortis scriberet a caedibus interim desistent et tropici, ait D. Chrysostomus initio huius Epistolae.

vinculis, una cum hac Epist., missa fuisse eas quo data sunt ad Ephesios, ad Philipp., et ad Philimonem. Quae utique omnes a primis vinculis dante sunt.

CAPUT PRIMUM.

1. Paulus, apostolus Jesu Christi per voluntatem Dei; et Timotheus frater:

2. Eis, qui sunt Colossis, sanctis et fidei fratribus in Christo Jesu.

3. Gratia vobis, et pax a Deo Patre nostro, et Domino Jesu Christo. Gratias agimus Deo et Patri Domini nostri Jesu Christi, semper pro vobis orantes:

4. Adhaerentes fidem vestram in Christo Jesu, et dilectionem quam habetis in sanctis omnibus;

5. Propter spem qua reposita est vobis in caelis: quam audistis in verbo veritatis Evangelii;

6. Quod pervenit ad vos, sicut et in universo mundo est, et fructificat, et crescit, sicut in vobis, et ea die qua audistis, et cognovistis gratiam Dei in veritate,

7. Sicut dilexistis ab Epaphra charissimo consilio nostro qui est fidelis pro vobis minister Christi Jesu,

8. Qui etiam manifestavit vobis dilectionem vestram in spiritu.

9. Ideo et nos ex qua die audivimus, non cessamus pro vobis orantes et postulantes, ut impleamini cognitione voluntatis eius, in omni sapientia et intellectu spirituali;

10. Ut ambuletis digni Deo per omnia placentes, in omni opere bono fructificantes, et crescentes in scientia Dei:

11. In omni virtute confortati secundum potentiam charitatis eius, in omni patientia et longanimitate cum gaudio,

12. Gratias agentes Deo Patri, qui dignos nos fecit in primum sortis sanctorum in lumine;

13. Qui eripuit nos de potestate tenebrarum, et transfudit in regnum Filii dilectionis suae,

14. In quo habemus redemptionem per sanguinem eius, remissionem peccatorum:

15. Qui est imago Dei invisibilis, primogenitus omnium creaturarum;

16. Quoniam in ipso condita sunt universa in caelis et in terra, visibilia et invisibilia, sive Throni, sive Dominationes, sive Principatus, sive Potestates; omnia per ipsum et in ipsum creata sunt:

17. Et ipse est ante omnes, et omnia in ipso constant.

18. Et ipse est caput corporis Ecclesiae, qui est principium, primogenitus eius mortuus, et sit in omnibus ipse primum tenens:

19. Quia in ipso complacuit, omnem plenitudinem inhabitare;

20. Et per eum reconciliare omnia in ipsum, pacificans per sanguinem crucis eius sive qua in terris, sive qua in caelis sunt:

CHAPITRE PREMIER.

1. Paul, apôtre de Jésus-Christ par la volonté de Dieu; et Timothée son frère,

2. Aux saints et aux frères fidèles en Jésus-Christ qui sont à Colosse.

3. Que Dieu notre Père, et Jésus-Christ Notre-Seigneur, vous donnent la grâce et la paix. Nous rendons grâces à Dieu, qui est le Père de Notre-Seigneur Jésus-Christ, et nous le prions sans cesse pour vous.

4. Depuis que nous avons appris quelle est votre foi en Jésus-Christ, et votre charité envers tous les saints,

5. Dans l'espérance de la béatitude qui vous est réservée dans le ciel, et dont vous avez déjà reçu la connaissance par la parole très-véritable de l'Évangile.

6. Qui est parvenu jusqu'à vous, comme il est aussi répandu dans tout le monde; où il fructifie et croît, ainsi qu'il a fait parmi vous, depuis le jour où vous vous l'avez entendu, et où vous avez connu la grâce de Dieu selon la vérité;

7. Comme vous en avez été instruits par notre très-cher Epaphras, qui est notre compagnon dans le service de Dieu, et un fidèle ministre en Jésus-Christ, pour le bien de vos âmes,

8. Et de qui nous avons appris aussi votre charité toute spirituelle;

9. C'est pourquoi, depuis le temps où nous avons su ces choses, nous ne cessons point de prier pour vous, et de demander à Dieu qu'il vous remplisse de la connaissance de sa volonté, en vous donnant toute la sagesse et toute l'intelligence spirituelle;

10. Afin que vous vous conduisiez d'une manière digne de Dieu, étant dans la joie en toutes choses, portant des fruits de toutes sortes de bonnes œuvres, et croissant dans la connaissance de Dieu;

11. Et que vous soyez remplis de force par la puissance de sa gloire, et que vous ayez, en toutes rencontres, une patience et une douceur persévérante accompagnée de joie.

12. Rendant grâces à Dieu le Père, qui, en nous éclairant de sa lumière, nous a rendus dignes d'avoir part au sort et à l'héritage des saints;

13. Qui nous a arrachés à la puissance des ténèbres et nous a transférés dans le royaume de son Fils bien-aimé;

14. Par le sang duquel nous avons été rachetés, et nous avons reçu la remission de nos péchés;

15. Qui est l'image du Dieu invisible; qui est au avant toutes les créatures:

16. Car tout a été créé par lui dans le ciel et sur la terre: les choses visibles et les invisibles, soit les Trônes, soit les Dominations, soit les Principautés, soit les Puissances, tout a été créé par lui et pour lui;

17. Et il est avant tous, et toutes choses subsistent en lui.

18. Il est le chef et la tête du corps de l'Église; il est comme les prémices et le premier-né d'entre les morts; en sorte qu'il est le premier en tout.

19. Parce qu'il a plu au Père que toute plénitude résidât en lui;

20. Et de réconcilier par lui toutes choses avec soi, ayant pacifié par le sang qu'il a répandu sur la croix, tant ce qui est sur la terre que ce qui est dans le ciel;

21. Et vos cum essetis aliquando alienati, et inimici sensu in operibus malis :

22. Nunc autem reconciliavit in corpore carnis ejus pro mortem, exhibere vos sanctos, et immaculatos, et irreprehensibiles coram ipso :

23. Si tamen permanentis in fine fundati, et stabiles, et immobiles à spe Evangelii, quod audistis, quod predicatum est in universâ creaturâ quæ sub celo est, cujus factus sum ego Paulus minister,

24. Qui nunc gaudeo in passionibus pro vobis, et adimpleo ea quæ desunt passionum Christi, in carne meâ, pro corpore ejus, quod est Ecclesia,

25. Cujus factus sum ego minister secundum dispensationem Dei, quæ data est mihi in vos, ut impleam verbum Dei :

26. Mysterium quod absconditum fuit à seculis et generationibus, nunc autem manifestatum est sanctis ejus,

27. Quibus voluit Deus notas facere divitias gloriæ sacramenti hujus in gentibus, quod est Christus in vobis spes gloriæ :

28. Quem nos annuntiamus, corripientes omnem hominem, et docentes omnem hominem in omni sapientiâ, ut exhibeamus omnem hominem perfectum in Christo Jesu ;

29. In quo et laboro, certando secundum operationem ejus, quam operatur in me in virtute.

In hoc capite tria facit Apostolus. Primò, confirmat Epaphras doctrinam à v. 4. ad v. 12. Deinde refutat errores hæreticorum, explicans catholicam fidem, à v. 13, ad v. 23. Tertio, et Christi ministrum dicit, pro quo multa pati gloriatur.

Ut catholicam Epaphras doctrinam confirmet, primò, ob Colossensium fidem, spem, et charitatem, Deo gratias agit. Secundo, asserit quod idem ille Evangelium predicatum sit quod in toto mundo prædicatur. Tertio, laudat Epaphras, et fidelem ministrum. Quarto, erant ut Deus eos in acceptâ fide perficeret, vitamque ducant Deo dignam, in omni opere bona et patientiâ.

§ 12. Gratias agit Deo ob beneficia Christianis omnibus collata, hæcque gratiarum actione parat ubi viam ad excellentias Christi super angelos declarandas; acque

1. Paulus, Dei voluntate et jussu, apostolus Jesu Christi, et Timotheus frater ;

2. Christianis qui sunt Colossis, quique Christo Jesu fideliter serviunt, salutem.

3. Gratia et pax vobis detur, et multiplicetur à Deo Patre nostro, et à Domino nostro Jesu Christo. Gratias Deo Patri Domini nostri Jesu Christi semper agimus, et pro vobis oramus.

4. A quo audistis fidem quam in Christum Jesum habetis, et charitatem quam erga omnes sanctos exercetis.

5. Propter spem futurorum honorum quæ vobis asserrantur in oculis apud Deum, prout audistis per personam Evangelii, quod est veritatis verbum.

21. Vous étiez vous-mêmes autrefois éloignés de Dieu ; et votre esprit, abandonné à des œuvres criminelles, vous rendait ses ennemis :

22. Mais maintenant Jésus-Christ vous a reconciliés, par sa mort, dans son corps mortel, à vous rendre saints, purs et irrépréhensibles devant lui ;

23. Si toutefois vous demeurez fondés et affermis dans la foi, et inébranlables dans l'espérance que vous donne l'Évangile qu'on vous a annoncé, qui a été prêché à toutes les créatures qui sont sous le ciel, et dont j'ai été établi ministre, moi Paul,

24. Qui me réjouis maintenant dans les maux que je souffre pour vous, et qui accompis dans ma chair ce qui reste à souffrir à Jésus-Christ, en souffrant moi-même pour son corps, qui est l'Église,

25. De laquelle j'ai été établi ministre, selon la charge que Dieu m'a donnée, pour l'exercer envers vous, afin que je m'acquitte pleinement du ministère de la parole de Dieu,

26. Vous prêchant le mystère qui a été caché dans tous les siècles et dans tous les âges, et qui maintenant a été découvert à ses saints,

27. Arqueques Dieu a voulu faire connaître quelles sont les richesses de la gloire de ce mystère dans les gentils, lequel n'est autre chose que Jésus-Christ reçu de vous, et devenu l'espérance de votre gloire.

28. C'est lui que nous prêchons, repréant tous les hommes, et instruisant tous les hommes dans toute la sagesse, afin que nous rendions tous les hommes parfaits en Jésus-Christ.

29. C'est aussi la fin que je me propose dans mes travaux, combattant par la force que sa puissance produit en moi.

ANALYSIS.

hæreticorum errores, angelos Christo præferentium, refutat indirectè.

Christus, imago Dei, omnium præter creator, etiam angelorum; Redemptor hominum, etiam gentium; caput Ecclesie, pax universâ, in quo omnis gratiarum pleniudo, etc.

§ 21, etc., Christi beneficium Colossensibus applicat: dummodo in fide expositâ, et ab illis receptâ, stabiles permanent.

Denique Apostolus, ut calumnias contra seipsum speras dissipet, declarat se, per Dei voluntatem, constitutum esse Christi ministrum, ad patefaciendam gentibus mysterium hactenus incognitum; pro quo mysterio in gentibus implendo, nulla, gaudens et glorians, stabilis patitur.

PARAPHRASIS.

6. Quod Evangelium pervenit ad vos, sicut et in universo mundo, ubi disseminatum est, et fructificat et crescit, sicut et in vobis crescit et fructificat, ex quo audistis et cognovistis veritatem gratiæ Dei.

7. Prout didicistis ab Epaphras, nostro clarissimo conservo Christi Jesu, cujus est apud vos fidelis minister.

8. Et per quem novimus vestram erga nos dilectionem spiritalem.

9. Propterea, ex quo die hæc audivimus, non desivimus pro vobis orare, et postulare à Deo ut impleamini cognitione voluntatis ejus per dona omnis sapientiæ et prudentiæ spiritualis ;

10. Ut vitam Deo dignam ducatis, scilicet ipsi per

omnia placentes, fructum omnis generis bonorum operum ferentes, et in Dei cognitione magis ac magis proficientes :

11. Ut omni genere roboris spiritualis roboreremini per gloriosam Dei potentiam; ita ut potissimum mala constanter, manserit, et cum gaudio.

12. Gratias agentes Deo Patri, qui nos immeritis solâ suâ gratiâ dignos fecit qui per lumen fidei participes essemus hæreditatis sanctorum luminosa, seu quæ sita est in lumine, scilicet in visione Dei.

13. Qui nos eripuit de potestate et regno tenebrarum, dæmonum scilicet et infidelitatis, et transtulit in regnum, seu in Ecclesiam, dilectissimi Filii sui.

14. Per cujus sanguinem redempti sumus, peccataque nostra remissa sunt.

15. Qui nos eripuit de potestate et regno tenebrarum, dæmonum scilicet et infidelitatis, et transtulit in regnum, seu in Ecclesiam, dilectissimi Filii sui.

16. Quoniam per ipsum universa sunt creata, tum quæ in caelis, tum quæ in terrâ, visibilia et invisibilia, sive Throni, sive Dominiones, sive Principatus, sive Potestates, omnia per ipsum, et ad ipsum, seu ad ejus gloriam, creata sunt.

17. Et ipse est ante omnes creaturas, et omnia per ipsum et in ipso subsistunt, et conservantur.

18. Et ipse caput est corporis mystici, scilicet Ecclesie; ipse, inquam, qui resurrectionis est principium, et primus omnium resurgentium, seu regeneratus ad vitam immortalem, ut in omnibus primatum habeat.

19. Quia Deo Patri placuit, ut in Christo Filio suo omnis inhabitaret perfectio.

20. Et eidem Patri placuit omnes sibi reconciliare, pacificando per sanguinem, quem Christus in cruce fudit, terrestria et cælestia.

21. Et vos, Colossenses, qui olim eratis alienati à Deo, quin et ejus inimici sensu vestro, vestraque malitiâ, per vestra opera mala ;

22. Vos, inquam, nunc idem Christus reconciliavit

COMMENTARIA.

VERS. 1. — PAULUS, APOSTOLUS JESU CHRISTI PER VOLUNTATEM DEI. Statim ab initio se Jesu Christi apostolum, per Dei voluntatem, non suâ voluntate propriâ, commemorat, ut sese opponat pseudo-apostolis, qui suâ sponte munus assumpserant predicandi. Nullus est major defectus quàm potestatis defectus; missio itaque imprimis est necessaria: ad Deum autem pertinet suos ministros et vocare, et mittere. Hinc per Dei voluntatem, non propriâ sponte ministerium assumatur.

ET TIMOTHEUS FRATER. Pro omnibus aliis qui cum Paulo erant, Timotheum in salutatione sibi adjungit, quia Colossensibus notus erat, et apud omnes fideles clarus.

VERS. 2. — IIS QUI SUNT COLOSSIS, SANCTIS ET

VERS. 3. — Paulus, apostolus Jesu Christi per voluntatem Dei, etc. Passim Apostolus se à Deo et Christo missum significat, ut falsos doctores, qui non mittuntur à Deo, sed suâ sponte doctri-nam munus assumunt, perstringat et excludat.

Patri suo per mortem in suo carne corpore tolerantem, ut vos eidem Patri suo exhiberet sanctos, et immaculatos, et irreprehensibiles.

23. Dummodo permanentis in fidei fundamento firmi et stabiles; non dimoveamini à spe bonorum cælestium, quæ promittit Evangelium, quod audistis, quodque prædicatum est universis gentibus quæ sunt per totum mundum, cujusque predicandi munus mihi Paulo creditum est.

24. Qui Paulus nunc gaudeo in afflictionibus quas pro vobis vestroque honore patior; qui lis adimpleo in carne meâ, pro corpore ejus mystico, scilicet Ecclesie, quæ desunt passionibus quas Christus in suâ carne tulit.

25. Cujus Ecclesie, mystici Christi corporis, factus sum minister, juxta providam Dei dispensationem, quæ constituit nos gentium apostolos; ut meo ministerio impleam verbum Dei (de vocatione gentium).

26. Quod verbum, mysterium est seculis et generationibus præteritis absconditum; nunc autem manifestatum sanctis apostolis et fidelibus novi Testamenti.

27. Quibus sanctis voluit Deus notum facere quanta sint divitias, quantaque gloria hujus mysterii quod in gentibus complectitur, scilicet de Christo Dei Filio, qui est spes æternæ vestræ gloriæ, seu causa spæ vestræ.

28. Quem nos annuntiamus, corripientes omnem hominem (in ignorantia Dei et in peccatis versantem), et omnium hominem instruentes in omni sapientiâ spirituali, seu in perfectâ Dei cognitione; ut omnem hominem in Christo Jesu perfectum exhibeamus.

29. Ad hoc etenim laboro, strenuè et viriliter decertans, non meis viribus, sed vi et efficaciâ Christi, qui in me potenter operatur.

FIDELIUS FRATRIBUS. Sanctis, scilicet per Christi mortem, seu in baptismo sanctificatis. Fidelibus, id est, qui eruditi in Jesum Christum; seu, ut ait D. Chrysostomus, qui mysteria credunt, quæ ne Angeli quidem ante nos noverunt; quique, hæc credentes, vitam ducunt Deo dignam; uno verbo, qui Christo fideliter servant. Fratribus, utpote qui eodem Christi sanguine regenerati sunt omnes. Tria in his verbis nota Christiani insignia: Primò, sanctus est, per baptismum in Christi sanguine consecratus; secundo, fidelis est, verus filius Abraham, qui fidelium pater est; imò filius ipsiusmet Dei, qui verus est Abraham, et consequenter hæres Dei; tertio, frater Christi et omnium Christianorum.

VERS. 3. — GRATIA VOBIS ET PAX... Gratia pacis

VERS. 2. — Iis qui sunt Colossis, etc. id est, Ecclesie Colossensium. Hoc nomen sancti meti Christianos ut assidue studeant sanctitati et perfectioni.

VERS. 3. — Gratias vobis et pax à Deo Patre nostro, et Domino Jesu Christo. Simplex, donatur et multipli-

semen est; pax gratia fructus: utraque verò Dei filiorum hereditas, in Christi sanguine fundata, seu per Christi merito nobis debita. Utraque autem à nobis semper optanda, et pro nobis, et pro aliis. Hinc consueta Apostoli salutatio sit et nostra.

GRATIAS AGIMUS DEO PATRI... Consuetum etiam Epistolaram D. Pauli exordium, à gratiarum scilicet actione, et ab oratione. Deum laudat ipsique gratias agit ob fidem, spem et charitatem, Colossensium. Deum orat ut illarum virtutum eis largiatur complementum. Sed gratias agit pro collatis beneficiis; orat vero confutendis. Nunc apostolicum imitare morem, lauda et ora. *Semper oramus*, id est, frequenter, assidue, quoties oramus.

VERS. 4. — AUDIENTES FIDEM VESTRAM... Græcè, *audientes*, participium præteriti temporis, postquam audistis; seu quoniam audistis; vel auditi fide vestra.

VERS. 5. — PROPTER SPEM, id est, propter bona sperata; vel propter spem futurorum bonorum. Ergo bonum est intuitu mercedis æternæ charitatem exercere. Equidem propter temporalia et caduca suum, mercenarium est, et christiano viro, colorum esse et domesticis Dei, indignum; agere verò propter celestem regnum et æternam vitam nobis à Christo promissam, id Christiano, Dei filio et herede, dignum.

Inaque fidei oculis paratum nobis regnum frequenter aspiciamus; spe firmâ ad illud anhelamus, huiusque regni futurum et spe animati, bonum viriliter operemur, mala libenter toleremus.

QUAE AUDISTIS, Græcè, *De quâ spe audistis jam ante*, seu prius audistis per predicationem verissimi Evangelii.

VERBO VERITATIS, id est, verbo verissimo.

VERS. 6. — QUOD PRÆSENTI AD VOS... Græcè, *presentes*, participium præsentis, quod aliqui vertunt: *Quod præsentis est apud vos*. D. Chrysostomus utrumque jungit simul, præteritum et præsentis; quod per venit et est apud vos: non enim, inquit, accessit, et recessit, sed mansit, et est illic.

SICUT ET IN UNIVERSO MUNDO, id est, præcipuis terræ partibus, Europâ, Asiâ, Africâ. Vel in *universo mundo* per famam et rumorem.

EST, ET FRUCTIFICAT, ET CRESCIT. Ubique adest, ubique dominatum obtinet, ubique stat, ait D. Chrysostomus. *Fructificat* per opera bona; *augetur*, quod etatur. *Gratia* complectitur omne genus beneficiorum Dei, quæ ad salutem spectant vitæ æternæ.

Gratias agimus Deo, et Patri Domini nostri Jesu Christi, semper pro vobis orantes. Scribit Apostolus se et Timotheum semper in orationibus suis, id est, cum orant, gratias agere Deo pro beneficiis in Colossensibus collatis, de quibus sequitur.

VERS. 4. — AUDIENTES FIDEM VESTRAM IN CHRISTO JESU, id est, auditi fide, quæ creditis in Christum: vel quam habetis de universo Christi mysterio. Hinc sequitur fidem esse donum Dei; nam gratiarum actio, gratiæ testificatio est.

Et auditis charitatem vestram quam exercetis erga quoscunque fideles.

multos assumat, quod magis firmetur ac stabiliat, ait idem D. Chrysostomus. Evangelium tanquam arbor fructificat et crescit: fructus eius, laudabilis fidelium vita; incrementum verò creditum est multitudo.

SICUT IN VOBIS, subauditur fructificat et crescit. Ex ea re, quæ per predicationem eius acceditis ET COGNOVISTIS veritatem gratiæ Dei, nobis per Christum collate.

Felix ille de quo verè dici potest, quia ex quo audivit et cognovit Dei gratiam, in ipso gratia mansit, fructificavit, incrementum continuum habuit! præstata, ó misericors Deus, ut saltem in posterum maneat, fructificet, crescat in me gratia tua.

VERS. 7. — SICUT DEDICAVIS AD EPIAPHRA. In superioribus versiculis incipit commendare doctrinam, quam ab initio receperunt Colossenses, *veritatis est verbum*, idem est Evangelium quod est et fructificat et crescit in universo mundo: per illum audiverunt in veritate gratiam Dei. Hic verò eandem doctrinam expressius approbat, laudans Epaphram qui eam illis administravit; sicque Simonianorum errores, huic doctrine oppositos, refutat indirecte. Sicut *dedicavit ad Epaphra*. Hinc inferitur Epaphram Colossensium apostolum fuisse, non verò S. Paulum, qui, sicut in Phrygiâ pluries fuerit, non notati tamen omnes Phrygiæ urbes inviserit. Itaque verò simile est quod eo miserit Epaphram, qui inde ad Paulum per Colossenses Roman missus est, ut ei in viculis ministraret.

CONSERVO ME, id est, qui mecum Christo servit in Evangelii predicatione.

QUI EST FIDELIS, id est, sincerus Evangelii minister et præco; aliorum quidem, at vestro specialiter bono. Laudat eum à fidelitate ministerii; ne à doctrinâ, quam eos docuit, sinant se per pseudo-apostolos abducant.

Ex hæc laude Epaphræ ab Apostolo datâ, inferat omnibus Evangelii præco, et quilibet animarum minister, se Christi ministrum esse, se Christo in membris servire; hincque ministerium suum cum reverentia et charitate Christo debita exhibere. Ministerium ecclesiasticum verè servitus est; ergo cum humilitate subeundum, non cum superbia ambundum; Christi homini servitus est; ergo reverenter et ex timore exercendum, sicut Domino et non hominibus.

VERS. 8. — QUI ETIAM MANIFESTAVIT VOBIS DILECTIONEM

VERS. 5. — Propter spem (id est bona sperata) quæ reposita est vobis in carnis: quam audistis in verbo (per verbum) veritatis Evangelii; q. d.: in verbo veritatis quæ est ipsum Evangelium; et ipsam veritatem vocat Evangelium.

VERS. 6. — Quod pervenit ad vos, sicut et in universo mundo est, et fructificat, et crescit, sicut in vobis, sicut et in vobis, subauditur, fructificat et crescit.

VERS. 7. — Sicut dedicavit ad Epaphra charissimum conservo nostro, etc., id est, qui est filius ac sincerus Christi minister; in procurantâ salute vestra.

VERS. 8. — Qui etiam manifestavit vobis dilectionem vestram (quam habetis erga me et omnes Christianos) in spiritu; id est, spirituale, quæ sola vera, firma ac solida est dilectio. *Dilectionem in spiritu*, id est, à

SEI VESTRAM IN SPIRITU, id est spirituale, à Spiritu sancto emanantem.

VERS. 9. — IERO ET SOS EX QUAE DIE ADIUVIMUS... id est, propter quod, simul alique audivimus hæc, ni mirum fidem, spem et dilectionem vestram.

NOS CESAVIMUS PRO VOBIS ORARE, repetit quod v. 5 dixit.

POSTULANTES UT IMPLEAMINI, Suarum pro illis orationum materiam explicat: scilicet ut impleamini.

ACQUIESCITE GRÆCÈ, *acquiescentem*, subaudi, *exercenti secundum*, ait Esaius: vel more Græcorum, apud quos passiva eundem casum regunt alique activa, ait Grolius. Id est, ut impleamini majori et exactiori cognitione voluntatis Dei. Quod quidem intelligi potest de perfectâ cognitione voluntatis Dei in omni re; à D. Iamne Chrysostomo, et ab aliis multis post ipsum, intelligitur de cognitione voluntatis Dei circa reconciliationem generis humani; seu de voluntate quæ Deus decrevit ab æterno nos sibi reconciliare nosque salvare, non per angelos, sed per unigenitum Filium suum.

IN OMNI SAPIENTIA ET INTELLECTU SPIRITUALI, id est, per completam sapientiam et prudentiam spiritualem. Quoniam humanâ sapientiâ despiciant eos Simoniani: Volo, inquit, vos esse in omni sapientiâ spirituali, D. Chrysostomus. Per sapientiam intellige mysteriorum assentionem: per intellectum, seu ut alii videntur, prudentiam, intellige applicationem mysteriorum cognitionum ad actiones, seu intellige rerum agendarum cognitionem.

VERS. 10. — UT AMBULETIS DIGNI DEO, id est, ut vivatis sicut filios Dei decet. Græcè, *dignè Domino*; scilicet Christo, id est, sicut decet discipulos Christi.

PER OMNIA PLECENTIUS, Græcè, in omnem plecentiam, id est, ut in omnibus Deo placeatis. Ambulare dignè Deo et per omnia placere Deo, idem sunt: dignè enim Deo ambulare qui Dei beneplacitum in omnibus implet. Id autem textus Græcus expressit hæc unice sententiâ, ut ambuletis dignè Deo in omnem plecentiam.

IN OMNI OPERE BONO FRUCTIFICANTES... Explicat utrumque et quid sit *ambulare dignè Deo*, et quid sit *Deo per omnia placere*: nimirum, omnis generis bonorum operum fructus ferre; in Dei cognitione magis ac magis proficere.

VERS. 11. — IN OMNI VIRTUTE CONFORTATI, id est, orantibus ut roborati omni genere roboris spiritualis, per gloriosam Dei potentiam (quæ vos in se sperantes

communit), in omnibus adversis sitis patientes, longanimites et mansueti, inò gaudentes.

Obsequiosus litterarum et morales.

Nota primò quod dixerit Apostolus secundam potentiam gloriæ... quia, ut ait D. Bernardus, sermone 88, in Cant., nihil omnipotentiam Verbi clariorum reddi, quam quod omnipotentes facit omnes qui in se sperant. Nota secundò quod dixerit in omni patientiâ, quia fortitudo magis in patiente quam in agendo elucet. Si fortia agere Romanorum est: et pati non cum constantiâ tantum, sed et euno gaudio: *hinc apostoli gaudentes à conspectu concilii*; hoc Christi gratiè potentissimæ effectus est. Nota tertio quid oraverit Apostolus, et in hac illius pro Colossensibus oratione discere orationum materiam, tum pro te, tum pro aliis. Ora primò ut impleamini cognitione voluntatis Dei: prima quippe gratia bonò nõsso voluntatem Dei; quid velit de nobis; secundò, ut *ambuletis dignè Deo*: vita fidelis, seu cognitio respondet. Deum nõsiti, Dei servus, imò filius Dei factus es; vive dignè Deo, quem nõsiti, quem colis, cuius filius et hæres es; adora in spiritu et veritate; dilige, et ex amore fac omnia; ad ejus gloriam omnia tua refer: non ad horam, sed omni tempore; non semel, sed continue. Hæc significat *ambulare*, ait D. Chrysostomus. Tertio, ut per omnia Deo placeatis. Hoc tum sit unicam studium, Deo, Domino tuo, Patri tuo, placere, non in unâ re solum, sed in omni. *Ut fructifices*, ne sis arbor sterilis, habens quidem flores et folia, sed fructum non ferens; voluntates et desideria sterilia producens, non operans. In omni opere bono, non aliquid tantum opera bona faciens, sed omne boni operis genus, pro temporis et rerum ratione; quarto, ut *creasca in scientiâ Dei*, per verbi divini meditationem; per continuam mentis tue cum Christo unionem; ut per Filium, qui lumen est de lumine, Deo, Patri lunationum, conjungaris; sique lumen hauris in fonte; quãdo, ut omni virtute confortaris, contra omnia impendentia pericula. Hanc virtutum expecta à gratiâ Dei gloriosâ, non à tuis viribus: hanc ora, hanc spera; in hæc sit tota spes et fiducia tua. Quò major erit fiducia, cò potentior et gloriosior erit gratia virtus, quæ feras patienter, libenter, hilariter, et Deo gratias agens, ait per passiones dignum efficii hereditatis sanctorum, quæ sita est in lumine clarâ, scilicet visione Lei. Eadem et pro aliis ora frequenter.

In omni opere bono fructificantes, id est, fructum omnis generis bonorum operum ferentes. *Et crescat in scientiâ Dei*. Crescit in agnitione, sive scientiâ Dei, qui in divinarum mysteriorum notitiâ quovis proficit.

VERS. 11. — In omni virtute confortati, omni robore corroborati. Secundam potentiam claritatis ejus. Magna virtus corroborandi, potentia potentiam gloriosam ferens, scilicet Dei. Una potentia dei relictâ et glorificatur in fortitudine et patientiâ Christianarum; velut causa in effectu.

In omni patientiâ et longanimitate. Hinc patet veram fortitudinem sitam esse in patientiâ.

Spiritu sancto, qui in vobis est, non autem à carne manentem, ait Anselmus.

VERS. 9. — Iero et nos ex quâ die adjuvimus, scilicet hæc bona de vobis, ut fidem, dilectionem, etc.

Nos cesavimus pro vobis orantes, et postulantes ut impleamini cognitione voluntatis ejus, quæ Deus voluit et decrevit nos sibi reconciliare, justificare et servare per Christum.

In omni sapientiâ et intellectu spirituali. Spirituali, id est, à Spiritu sancto profecta.

VERS. 10. — Ut ambuletis dignè Deo per omnia plecenti. Significat dignè Deo ambulare, non esse aliud quam Deo per omnia placere.

VERS. 12. — GRATIAS AGENTES DEO PATRI... SYRUS habet gratiarum actionem iungit cum precedenti gaudio; sic enim habet: *Atque cum gaudio, gratias agentes Deo*, etc. D. Chrysostomus et Theodoretus idem faciunt, sed et hæc verba, quæ communiter ascribuntur Colossensibus, adaptant D. Paulo, dicentes: *Gratias agimus*. Itaque necunt *gratias agentes* cum precedente *non cessamus*, v. 9, ita ut sit sensus, iuxta illos: Non cessamus pro vobis orare, etc., et non cessamus pro vobis gratias agere.

Nota literalis.

Communis opinio, quæ hæc verba Colossensibus tribuit, mihi primo visa est simplicior et naturalior, quia omnia alia participia precedentia ad Colossenses referuntur. Sed textum attentius relegens, animadverti quod hæc versio 12, personam mutat Apostolorum, dicens: Qui vos nos fecit, etc., cum in secunda personâ hactenus locutus sit: *Implemini, ambulare vos*.

Et ad hanc personam mutationem reflectens, in D. Chrysostomi sententiam libertatis inclinor. Et puto quod sicut D. Paulus lucasque oravit pro Colossensibus, ut Deus eis supradicta concedat, sic nunc pro ipsis Deo gratias agit, propter collata eis beneficia. Sic autem gratias agit, ut ingressum sibi faciat ad id quod precipue intendit in hæc Epistola, scilicet exponere et confirmare evangelicam de Christo Salvatore doctrinam et hæreticorum errores refutare. Non cessamus itaque gratias agere Deo Patri, qui vos et nos, omnes Christianos, licet immeritis, utpote suos prius imitator, solâ sui gratiâ dignos fecit, qui in album sanctorum ascriberentur, et eadem cum illis hereditate fruerentur.

In remane, aliqui intelligunt de medio, quo ad sanctorum sortem iur, scilicet per lumen fidei; alii intelligunt de ipsi sanctorum sorte, qua sita est in *famine*, clarâ Dei visione. Potest autem de utroque intelligi, de lumine scilicet fidei in terris; et de lumine gloriæ in cælis: utrumque lumen est et sors sanctorum. Sors vocatur hereditas, cur? Vide Ephes. 1, v. 11.

VERS. 13. — QUI ERIPUIT NOS DE POTESTATE TENEBRARUM, id est, à tyrannide demonum, qui sunt principes tenebrarum; ab infidelitate et à peccato. Vobis dominabantur ignorantia, idololatria, omnia scelera, damnorum igne, tenebrarum princeps; ab hæc vos eripuit tyrannide.

ET TRANSLATIT IN REGNUM FILII DILECTIONIS SÆCÆ,

VERS. 12. — *Cum gaudio gratias agentes Deo Patri*, etc.: Sensus est: Qui dignatus est nos assignare in partem hereditatis electorum, et sanctorum suorum; id est, qui nobis dignitatem et excellentiam illam contulit, ut essemus inter sanctos et electos eius, scilicet participes ejusdem cum illis hereditatis celestis. Sup. 8: *Inter sanctos sors illorum est*. Hereditas sanctorum vocatur sors; quia nulli hominum ad eam jus habebant. Nos sors vocati sumus ad fidem et gratiam. Qui de tenebris vos vocavit in admirabile lumen suum, ait Petrus.

VERS. 13. — *Qui eripuit nos de potestate tenebrarum*, id est, à potestate diaboli. Vocatur autem diabolus

Fili dilectionis; Hebraismus est, sicut mons sanctitatis. Regnum Christi, qui lux est, regnum est lucis; regnum diaboli, regnum tenebrarum; à tenebris ergo translatit vos ad lucem, ad regnum lucidum. Hæc translatio per Baptismum facta est, quo à diaboli potestate erepti, inseruntur mystico Christi corpori, seu Ecclesie, quæ lux est regnum.

VERS. 14. — *In quo habemus redemptionem...*, per quem Filium redempti sumus, nimirum per sanguinem suum, quem in lytrum, seu pretium obtulit pro nobis Patri suo, et in quo sanguine peccata nostra lavit. Sic itaque construe et intellige: *In quo scilicet, per sanguinem eius, habemus redemptionem*, scilicet, remissionem peccatorum.

Observationes dogmaticæ et morales.

Perpende seriò bona tibi, à Deo per Christum, collata, et his versibus 12, 13, 14, expressa. Ineffabilia sunt; inexhaustibilibus itaque sit tu gratitudo. Continuas Deo gratias age.

1° Te immeritum, utpote inimicum, sui gratiâ dignum effecit, sortis, seu hereditatis sanctorum, scilicet æternæ beatitudinis, ad quam, per baptismi gratiam, jus habes. Et hoc agnosces, cave ne, tam benefici immemor, gratiam peccato perdas, teque tuâ malitiâ demonum sortis dignum reddas.

2° Te obtinebratum, tenebrarumque servum, à tenebris ereptum, à dæmonumque tyrannide liberatum, repente translatit in lucidum dilectionis Filii sui regnum, id est, in Ecclesiam, ut eodem cum Filio suo fruaris honore; nempe, ut sis filius Dei, dilectus, hæres regni; seu, ut in æternum regnes cum Deo Patre tuo. Hoc perpende et crebresce. Ad regnum vocatus es ad regnum Filii, ad regnum Filii dilecti, ut pari cum Filio Dei in æternum regnare fruaris, et ad æternum Filii Dei regnum vocatus; hinc totus et oscitas, irascasque et scalpis et torpescis, ait D. Chrysostomus, quem vide hæc. Væ tibi, si tam doni et honoris immemor, glorioso Christi regno, per opera tenebrarum remonians, te demonum servituti rursùm subdit et temetipsum tenebris adjudicas æternis!

3° Te homunculum, infinito sacratissimi sanguinis sui pretio redemptum; te itaque peccata in sanguine divino lavit. Cogita, ô Dei sanguine redempto, quanti Redemptori tuo valeas, quo te redempti pretio, scilicet sanguinis, vite et honoris pretio. Hæc cogitans et agnosces, tum Redemptorem dilige, redemptionis gratiam serva, peccatum horre, fuge, detestare. Væ tenebre, quia per peccatum totus factus es tenebrosus, utpote totus à Deo, qui vera lux est, aversus.

Et translatus in regnum Filii dilectionis sui, id est, Filii sui dilecti, veri, proprii et unici Filii sui, unicuique dilecti. Ait Theodoretus: Qui translatit nos in regnum Filii sui dilecti. Ephes. 1: *Gratificavit nos in dilecto Filio suo*. Hujus Filii regnum Apostolus Ecclesiam intelligit. Hæc enim et corpus est et regnum Christi, et domus Dei.

VERS. 14. — *In quo habemus redemptionem per sanguinem eius*, etc. Redemptio nostra à servitute peccati reipsa non est aliud quam remissio peccatorum.

enim tibi, si, pretioso Filii Dei sanguine contempto et quasi pedibus calcato, ad peccata tibi remissa recurreris! Notat D. Chrysostomus quòd D. Paulus dixerit *2 Cor. 7: 11*, perfectam esse plenam redemptionem. Ne amplius corrumpas, neque mortales efficiamur.

Ex eisdem versibus discere quid sit baptismus: est vocatio, adoptio ad sortem sanctorum, ad æternam scilicet beatitudinem, ad quam jus datur; est translatio à tenebris ad lucem, à servitute peccati ad libertatem filiorum Dei, à tyrannide demonum ad regnum æternum Christi; est remissio peccatorum, anime lotio, seu purificatio in pretioso Filii Dei sanguine. Hanc tuam adoptionem, translationem, hinc transitum, hoc pascha, cum jubilo celebra singulis annis, quovis mense, imò, si fieri potest, quotidie et continue, Deum laudans, Deo gratias agens. Hanc animæ tue lotionem, sanctificationem, consecrationem, recognosce; ob eam Deum adora, lauda, continue Deo gratias age.

VERS. 15. — *QUI EST IMAGO DEI INVISIBILIS*. Patet ex Græco quòd invisibilis sit in genitivo, sicut epithetum Dei. Est ergo sensus: Qui Filius, est Dei Patris (quem nullus hominum vidit nec videre potest, primis Tim. 6) imago, per omnia similitis, æqualis, consubstantialis, utpote ab ipso procedens per intellectum, ut Verbum adequatum. Per hanc autem imaginem consubstantialem, carnis coloribus indutum, visus est in tempore, qui invisibilis est in æternitate.

PRIMOGENITUS... id est, à Deo genitus ante omnem creaturam, sique omni creaturâ præstantior, quas omnes et ratione præcedit et quas omnes in tempore creavit. Primogenitus dicitur, etc., non primò creatus, quia generatio illi convenit, non creatio, D. Chrysostomus.

VERS. 16. — *QUONIAM IN IPSO CONDITA SUNT UNIVERSA...* GRÆCÆ: *Quæ in cælis et quæ in terris.*

VISIBILIA ET INVISIBILIA... etiam omnes angeli, quidquid dicunt Simoniani. OMNIA PER IPSEM facta sunt, et propter ipsum; omnium principium est et finis. Græcæ: *Omnia per ipsum et in ipsum creata sunt*, id est, ad ejus gloriam, seu ad ipsum.

VERS. 17. — *ET IPSE EST ANTE OMNES...*, intellige

VERS. 15. — *Qui (Filius) est imago Dei (Patris) invisibilis*. Consequenter ab excellentia personæ redemptoris, beneficium redemptionis commendat, ostendens quis et quantum sit Christus. Est igitur Filius imago Dei, quia perfectissima Dei similitudo est, ab eo expressa, per generationem quæ ex illo natus est. Filius est Verbum Patris, Patri omnino simile et æquale, adæque ejusdem planè cum Patre essentialis.

Primogenitus omnia creatura. Primogenitus hæc idem est quòd ingenitus. Dicitur vero Christus primogenitus, quia primò, puta ante omnem creaturam, est genitus, utpote ab æterno, et per hoc, omni creaturâ præstantior, atque in universam creaturam principatum habens.

VERS. 16. — *Quoniam in ipso condita sunt universa in cælis, et in terris*. In ipso, id est, per ipsum, visibilia et invisibilia, id est, corpora et incorporea, tam angeli quam homines sunt à Filio creati.

Sive Throni, sive Dominationes, sive Principatus, sive Potestates; omnia per ipsum et in ipso creata sunt. Pro-

creaturas, vel cum SYRO et aliis multis die ante omnia.

OMNIA IN IPSE CONSTANT, id est, per ipsum consistunt et conservantur. Itaque creator, conservator et finis ultimus rerum omnium, etiam angelorum.

Observatio dogmatica et moralis.

In tribus precedentibus versibus qui Christo, ut Deo, conveniunt, perpende Redemptoris nostri dignitatem supereminentem, ut redemptionem tuam, quantum potes, æstimes. Ingo Dei est viva, adæquata, consubstantialis, à Deo Patre suo genitus est ab æterno, ante Luciferum et omnem creaturam, in splendoribus Divinitatis; generatio, quæ nec principium, nec finem habet. *Ego hodiè genui te*. Per ipsum, in ipso et propter ipsum omnia facta sunt cælestia, terrestria, visibilia et invisibilia. Per ipsum et in ipso omnia constant, consistunt et conservantur. Omnium itaque creator, omnium conservator, omnium finis ultimus. Et qui tantus est ab æterno, ante quem omnis creatura quasi nihilum est et inane, à cuius solo nutu pendent omnia, hic tantus Deus hominem perditum, inimicumque suum, cogitavit, amavit, redemit, et suo sanguine redemit! Propter nos miseros homo factus est, passus est, mortuus est, creatus et ignominiosè mortuus est! O amor! ô amor! ô nimis amor! Hanc amorem, hominum, mirare, stupens adora, ante, tampe, recognosce; ob eam obedi, vive lotus, amato, tempore bono, Deo, Redemptori tuo.

VERS. 18. — *ET IPSE EST CAPUT CORPORIS ECCLESIE...* Et ipse, idem de quo, ut Deo, hactenus dixi, ut homo, est caput corporis Ecclesie, quam regit et movet, in quam, velut in suum conatuale corpus, influunt omnia gratiarum genera. Ipse, inquam, qui PRINCIPUM, seu primitiæ resurrectionis est, utpote, PRIMOGENITUS, etc., qui primus et ante omnes resurrexit ad vitam æternam. Aliqui Græcos multos secuti, loco *caput*, id est, principium, legunt *primitiæ*, seu nobilior pars corporis Ecclesie, totumque corpus sanctificans, sicut primitiæ cæteros fructus sanctificant. Primitiis dixit tanquam de fructu aliquo, ostendens quòd nos omnes sanctificavit et tanquam sacrificium obtulit, D. Joan. Chrysostomus.

in ipso, Græcè est, in ipsum, puta ad ipsius gloriam, creata sunt omnia. Ita Natalus.

In ipso significat immensitatem Filii, scilicet Filium esse ubique per essentiam, presentiam et potentiam, adeo ut extra se nihil creare vel agere possit, sed omnia quæ creat et agit, in seipso creat et agit. In ipso, ut significet Filium consortem imperii, immensitatis, potentie et essentia paternæ.

VERS. 17. — *Et ipse est ante omnes*: vel ante omnia: quod Deo maxime proprium est. Ita et Christus in Evangelio, Joan. 8: *Antequam Abraham fieret, inquit, ego sum*.

Et omnia in ipso constant, hoc est, omnia per eum consistunt et conservantur.

VERS. 18. — *Et ipse est caput corporis Ecclesie*. Hactenus egi de Christo et Deo, ejusque divinitatem ostendi: jam agit de Christo ut homo est, et Christi hominis dignitatem ostendi. Christus enim quæ homo est, non quæ Deus, est proprie caput Ecclesie.

Qui est principium. Christus est principium, id est, fons, dux et auctor resurrectionis et resurgentium et

Nota convenientias: Ille ipse, qui, ut Deus, est ante omnes, et in quo constant omnia, ut homo, est Ecclesie caput, fons omnis cognitionis, omnisque motus supernaturalis gratie; de cuius plenitudine non omnes accipiunt. Ille ipse qui, ut Deus, rerum omnium principium est, ut homo, principium, fons et auctor est resurrectionis ad vitam gloriosam. Ille ipse qui, ut Deus, primogenitus est omnium creatura, ut homo, primogenitus est resurrectio ad immortalitatem.

UT SIT IN OMNIBUS IPSI PRIMATEM TENENS. Ex supra dictis concludit Apostolus quod Christus Dominus et secundum divinam et secundum humanam naturam in omnibus primatum habeat. Quippe qui ut Deus, per suam generalitatem aeternam, est ante omnia; impote pro quocumque omnia, in quo omnia, et ad quem omnia. Ut homo, per suam resurrectionem gloriosam, est primus resurrectio ad vitam immortalitatem; primus tempore, dignitate et causalitate. Primus etiam omnium resurrectio, nunquam morituras; ipsius resurrectio est exemplar et causa nostre resurrectionis future.

VERS. 19. — QUA IN IPSO COMPLEVIT OMNEM BENEDICTURAM INHABITARE, id est, quia Patri aeterno et coelesti placuit omnem gratiarum et perfectionum plenitudinem in Christo inhabitare perpetuo et inseparabiliter.

Nota litterales.

Nota primo completum; Dei beneficium fuit, benigna Patris sui voluntas, non Christi merita; nec eam hanc gratiarum plenitudinem promeruit, sed Dei benignitate data fuit ei. Hinc Christus est exemplar gratiae sicut et per adorationem; quilibet habet, gratis habet, et ex solo Dei beneficio. Nota secundo omnia plenitudinem, id est, omnem perfectionem sapientiae, gratiae, potentiae, Christo, ut capiti, congruam. Ceteri per partes recipiunt dona Dei; Christus omnem habet plenitudinem non solum gratiae, sed et divinitatis. Nota tertio inhabitare: non ad tempus, sed perpetuo et inseparabiliter; non tantum ad operationem, sed per essentiam. Omnis itaque gratia capiti congrua ad plebem usque, in Christo capite nostro sedem fixam et perpetuam habet; ad hoc scilicet, ut a capite fiant ad membra; seu ut unusquisque fidelis gratiam sibi congruam, pro suo modo, in Christo gratiarum fonte lauriet. Hinc ad Christum, gratia fontem, nobis continuo recurrendum.

VERS. 19. — QUA IN IPSO (Christo) COMPLEVIT (Patri) OMNEM BENEDICTURAM INHABITARE, id est, omnem perfectionem tam sapientiae, tam gratiae, tam potentiae, tam decemque ipsius divinitatis. Inhabitare, inquam, non tantum per vim et operationem; sed etiam per essentiam suamque essentiam. Ita Theophilus et Anselmus.

VERS. 20. — ET PER EUM RECONCILIARE OMNIA IN IPSEM, id est, et per Christum, non per angelos, omnia, terrestria scilicet et coelestia reconciliare sibi. In ipsam. Hebraeisque significans sibi.

PACIFICANS, id est, pacificando PER SANGUINEM, quem Christus in crucis ara fudit, homines et angelos. Peccatum fecerat inimicitias inter caelum et terram; per Christi sanguinem deletum est peccatum, inimicitiarum causa; sique pacificata sunt caelum et terra. Cum D. Chrysostomo mirare quod nos reconciliavit per ipsum, per mortem, per crucem. Magnum est reconciliare pro ipsam; majus et eo majus per sanguinem; et adhuc eo majus per crucem, D. Chrysostomus.

Observationes dogmaticae et morales.

In versibus 18, 19, 20, agnosce relativas Christi dignitates, et eis ad tuam profectum utere. Caput est Ecclesiae, caput tuum est, utpote caput corporis cuius es membrum. Ab ipso pende, ipsius sequere motus, siquidem pennis subdere. Principium et fons est gratiae; ab ipso et per ipsum, gratiam pete. Primitus resurrectionis et exemplar gloriae; ad hanc gloriosam resurrectionem, seu perfectam filiorum tui regenerationem, aspira: ad hanc patienter te prepara; computere ut contages. Plenitudo omnis perfectionis est: In quo sunt omnes thesauri, etc. In ipso habet quicquid tibi deest; habet, inquam, fide, desiderio, oratione. Pontifex noster est, annuuntiarum nostrarum episcopus, oleo divinitatis unctus; per eum ad Deum accede, ora, adora, gratias age, omnia religionis officia Deo rende. Pax nostra est, universi pacificator, omnium reconciliator, reconciliant, pacificavit per sanguinem suum. Attende autem reconciliantis modum. Reconciliavit, non verbis, sed factis; seipso dato et oblati in sacrificium. Per se ipsum, ipse se obtulit: sacerdos sui sacrificii. Per sanguinem suum, obtulit semetipsum, ipse sui sacrificii victima. Per sanguinem crucis, id est, in cruce effusus: cruciatus est, et cum acerbis doloribus obtulit.

PER MORTEM, usque ad mortem cruciatu: est.

IN CORPORE CARNIS ETIES; mortem passus est, et dolores acerbissimos passus est in corpore carnis, nostrisque simili. Mirare hunc reconciliantis modum: ama reconciliatorum tuam, perpetua et gratias age. Utere frementer hac tua mirabili reconciliacione, offer assidue Christum victimam, teque cum illo. Offer Christum patientem, cruciatum, stum pro te.

VERS. 20. — ET PER EUM RECONCILIARE OMNIA (id est, omnes homines) IN IPSAM, id est, sibi.

PACIFICANS PER SANGUINEM CRUCIS ETIES, sive qua in terris, sive qua in caelis sunt, id est, homines et angelos inter se; quod fit dum per Christum tollitur obstaculum peccati, quod homines ab angelis dividit. Deus Pater voluit per Christum omnia, universam ecclesiam atque universam, id est, angelos et homines inter se reconciliare, uniendo eos in unum, unum corpus in Christo, ut capite; ita ut inter eos composita per sanguinem eius in cruce effusum, ipso peccatum, quod erat inimicitiae causa, deletum est.

sanguinem cum dolore fundentem, et pro peccatis suis morientem. Fide, charitate, fiducia, hanc victimam, hunc dolorem, hanc mortem rende tibi propria.

VERS. 21. — ET VOS CUM ESSETIS ALIQUANDO. Applicat speciatim Colossensibus que generatim dixit de omnibus. Et vos, o Colossenses, episcopi essetis aliquando mente a Deo alienati, quippe qui Dei cognitione carebatis. ET INIMICI SENSU. Graec. inimicus mente. Syr. mentibus vestris, seu hostili in eum animo; agentes nempe que sunt inimicorum, id est, operibus malis illum offendentes: vitam quippe impiam et secleratam docebatis. A Deo mente eratis alienati; illum non noscebatis: eratis revera inimici; vestris scilicet malis et impiis operibus.

VERS. 22. — NUNC AUTEM RECONCILIAVIT... Vos Christum nunc fecit amicos, non per angelos, sed per semetipsum; nempe per corpus suum carnis, seu carne et ossibus constants, similitque nostris; per mortem scilicet, quam in hoc corpore carnis nostrisque simili pertulit, ut vos siceret Patri suo sanctos, IMMUTABILES, IMPREHENSIBILES.

VERS. 23. — SI TAMEN PERMANETIS IN FIDE... Tales autem eritis, sancti et immaculati... vosque ut tales exhibetis Patri suo, si traditam vobis fidei doctrinam stabili servetis, et consequenter nova judaizantium dogmata non audieritis.

ET STABILES ET IMMUTABILES A SPE EVANGELII. Si perseveretis in spe coelestium honorum, que promisit vobis Evangelium quod a Petro ab Epaphra et quod idem est ac illud quod per universum mundum praedicatum est, ET CIRCUM EGO SUM MINISTER.

IN UNIVERSA CREATURA, id est, omni genti, per synecdochen; que sua causa est, hyperbole: Plerisque, permixtis, tam Orientalibus, quam Occidentalibus, quam Meridionalibus, quam Septentrionalibus, non autem omnibus omnino. Ille repetit Apostolus quod jam dixit supra de Evangelio ab Epaphra predicato; praeterea vero declarat se ejusdem Evangelii ministrum. Forti quia judaizantes Paulum, sicut et Epaphram Pauli discipulum, calumniant erant, quasi alium praedicarent quam quod ceteri apostoli. Hinc dicit se repetit Evangelium quod audiverat ab Epaphra idem esse ac illud quod ubique per universum mun-

VERS. 21. — ET VOS CUM ESSETIS ALIQUANDO alienati, etc. Pro sena. Graece est, mente et voluntate, id est, per mentem et voluntatem; vos olim alienati et inimici mente.

VERS. 22. — Nunc autem reconciliavit in corpore carnis per mortem, exhibere (ut exhiberet) vos vobis et immaculatos, etc., id est, in conspectu eius, nempe Dei Patris.

VERS. 23. — Si tamen permanetis in fide fidei et stabilis, id est, per fundamentum idem stabiliter retinetis.

Et immutabilis a spe Evangelii quod audivitis; id est, nempe platinum vis dimereri a spe immutabili coelestium, que promittit Evangelium quod audivistis. Quod praedicatum est in universa creatura que sub celo est; hoc est, per omnes gentes, aut per universum mundum. Videte ergo, o Colossenses, ne fidem mutetis, quia a loco ubi sum missus est.

Circa factus sum ego Paulus minister, id est, stans

dum praedicatur. Hinc etiam addit quod hujus Evangelii praedicanti sit minister, non auctoritate sua, sed a Christo institutus.

VERS. 24. — QUI NUNC GAUDEO IN PASSIONIBUS PRO VOBIS... ET ADMIPLO EA QUAE DESUNT PASSIONUM CHRISTI IN CARNE MEA.

Notanda ad intelligentiam.

Ad plenorem hujus loci intelligentiam, duo notanda sunt verba quibus usus est Apostolus. Primum, ADMIPLO EA, quod componitur ex *ad*, quod significat vicem; ex *ad*, quod valet idem ac *re*, et *ad*, impleo. Ille itaque compositum hic significat, vice Christi, vel vicem reddens Christo, reimpleo, id est, rursus et frequenter impleo, seu, ut verbi Syrus, suppleo. Secundum, *desunt*, defectiones, defectus. Sensus itaque literalis est: Vice et loco Christi reimpleo in carne mea; que desunt Christi passionibus. Syrus: *Suppleo quod desunt afflictionibus Christi in carne mea, etc.* Aral.: *Defectus afflictionum Christi suppleo pro ipso in carne mea.* Athiop.: *Impleo reliquias afflictionum Christi, etc.*

Notanda est et Evangelii doctrina, quam hic supponit Apostolus, scilicet: Sicut aeterno Dei decreto statutum est ut Christus pro Ecclesia sua periret ac moreretur, ita eodem decreto statutum est, ut apostoli, apostolicum vicarij, Christi legati et ministri, pro eadem Ecclesia periret, ac plerique moreretur. Ille multis in locis Christus suis praedixit apostolis: *Ad praesens, et ad regem decemitis, etc.*, Math. 10, 18. Ille de P. Paulo speciatim praedixit: *Ostendam illi quanta oportet pro nomine meo pati.* Act. 9, 16, seu quanta illi relinquere patientia pro Ecclesia, corpore meo.

His notatis, videtur sensus omnium naturalissimus esse is qui sequitur: *Ego Paulus factus sum Evangelii Christi minister*, id est, minister fidelis, qui gaudeo in malis que pro vobis patior; quia Christi vice, Christianique loco, patior in carne mea, que mihi, sul loco, reliquit toleranda, pro suo mystico corpore, quod est Ecclesia. Voluisset equidem Christus ipse solus omnia ad Ecclesiam suam formationem atque perfectionem necessaria tolerare, ad Dei voluntas fuit ut vobis, ministris suis, multa relinquere toleranda, utque nos

Evangelii praedicandi munus ac ministerium mihi Paulo a Christo Domino comperiditum est.

VERS. 24. — Qui nunc gaudeo in passionibus (sive afflictionibus meis) pro vobis, id est, quas pro vobis sustineto.

Et adimpleo ea que desunt passionum Christi, in carne mea per corpore eius, quod est Ecclesia; q. d.: Patiendo in carne mea, adimpleo ea que desunt passionibus quas passus est Christus in carne sua; q. d.: Multis laboribus, sudoribus et afflictionibus opus est ad colligendum Ecclesiam, hominesque ad fidem vocandos, et ad salutem perducendos. Ut jam evincit hunc patior in carne, in ea que desunt passionibus Christi; in gentium conversionis praerogativa ego adimpleam, multaque patior pro corpore Christi, quod est Ecclesia, ut mirum inter gentes Ecclesia nonnulla, crescat et periclitata, passionumque ac resurrectionis Christi plane sit participans. Passionibus Christi deest aliquid, non in se, sed in quibus

apostoli, per longas et graves afflictiones, suam formaremus atque congregarem Ecclesiam. Dum ergo pro vobis patior, gaudeo: quia passionum mihi a Christo, pro sua Ecclesia formanda, relictarum partem meam adimpleo, tanquam illius vicarius ac minister, ipsiusque vires supleas.

Cum itaque dicit Apostolus: *Adimpleo quae desunt Christi passionibus*; cave ne intelligas quod desit aliquid ex parte Christi, seu quod passio Christi non sit sufficiens ad redemptionem, hoc enim haereticum est, ait D. Thomas. Sed intellige quod desit aliquid ex parte Pauli. Christus, ut dictum est supra, v. 20, passus est in carne sua ut nos Deo reconciliaret, nostrisque peccatis satisfaceret, Ecclesiamque exhiberet Deo sanctam, immaculatam et irreprehensibilem. Passus est autem non sufficienter tantum, sed et abundanter, imò superabundanter, etiam pro multis infinitis sanctificandis. At idem Christus ministris suis reliquit multa pro suo mystico corpore inferenda. Christo passio, restabat, ait Theodoretus, ut Paulus predicaret gentibus, munificum salutis largitorem ostenderet, multaque propter patere. Hoc adimplens Paulus, adimplet quae ex parte sua desunt passionibus Christi, id est, patitur quae sibi, loco et vice Christi, patientia superstit pro Ecclesia. Hoc autem adimplet gaudens, et quia pro Christo patitur, Christi vice, Christi loco patitur, et quia pro mystico Christi corpore patitur.

Observatio moralis.

Quod Paulus patiens de se dixit, hoc quisque fidelis patiens de semetipso dicere potest: *Nunc gaudeo in passionibus*, etc. Sicut enim Dei decretum fuit ut Christus patere, et per passiones intraret in regnum colorum, sic et Dei decretum est ut quisque patitur Christianus, et per multas tribulationes ingreditur in gloriam. Christus per suas passiones aeternam nobis beatitudinem meruit, at vult ut per passiones assequamur quod passionibus promeruit. Aequum est ut per id salus nobis applicetur per quod salus nobis facta est. Aequum est ut membra mystica Christi, Christo capiti suo, et naturalibus Christi membris, per omnia conformentur; ut patientur et per passiones in vitam ingrediantur, sicut Christus passus est et per passiones intravit in regnum colorum. Gaudendum itaque nobis dum patimur, quia nobis applicatur passio Christi; gaudendum, quia patimur pro regno adipiscendo quod nobis Christus acquisivit sanguine suo; gaudendum, quia tunc momentaneam et leve tribulationem nostram aeternam gloriae pondus operatur in nobis.

Alii sensus versiculi 24.

Plures alii sensus dantur ab interpretibus. Aliqui passiones Christi interpretantur passiones quas Paulus pro Christo tolerabat, sicut D. Paulus, 2 Cor. 1, dixit: *Abundant passiones Christi in nobis*. Et hic sen-

Vers. 25. — *Cujus* (scilicet Ecclesiae) *factus sum ego minister secundum dispensationem Dei, quae data est mihi in vos; ut complem totam familiam, id est, singulis fidelibus, bona et dona Dei, Domini mei.*

sus est facilis: *Gaudete in passionibus* quas pro vobis gentibus tolero, quia iam adimpleo quae mihi toleranda restant pro Christo, propter mysticum eius corpus. Hunc sensum potest Estius non contemnendum. Alii passiones Christi interpretantur passiones, quas in se quidem tolerabat Paulus, et quas Christi vocat, quia Christus membrorum suorum passiones reputat suas; sicut Saulo Ecclesiam olim persequente, Christus questus est quod se persequeretur: *Saul, quid me persequeris?* ita, Paulo pro Ecclesia patiente, Christus patitur in Paulo.

Ut haec sententia, quae communis est, explicetur, Christus dupliciter considerari potest: vel in suo corpore naturali, quod in alvo virginali B. Mariae sumpsit, vel in suo corpore mystico, quod est Ecclesia; Christus enim et Ecclesia, est una persona mystica, ait D. Thomas hic, cuius caput est Christus; corpus autem omnes iusti; quilibet verò sanctus, membrum hujus corporis. Quemadmodum autem Christus in suo naturali corpore usque ad finem vite passus est, ita in suo mystico corpore, id est, in Ecclesia, et in singulis suis membris, usque ad finem mundi patitur. Passus est in suo corpore naturali, ut redemptionem nobis mereretur; patitur usque ad finem mundi in singulis membris, ut nobis salutem applicet. *Adimpleo itaque quae desunt passionum Christi*, scilicet mystice sumpti, seu quae desunt passionibus Ecclesiae, quae dicuntur Christi, quia Christus est Ecclesiae caput. Hoc sensu dicit D. Leo quod passio Domini usque ad finem perducitur mundi. Vide Estium.

Vers. 28. — *QUEM NOS ANNUNTIANES CORRUPTOS...* vel admonentes. Graeca vox *corruptos*, significat admonentes, increpantes, seu cum increpatione. **Vers. 26.** — *Mysterium* (verbum Dei vocat mysterium) *quod absconditum fuit a saeculis et generationibus*. Levitatur autem de mysterio vocationis gentium. Sensus est: Mysterium hoc absconditum et incognitum fuit hominibus omnium praecedentium saeculorum et generationum. Sic Ephes. 3: *Quod aliis generationibus non est cognitum filiis hominum.* *Nunc autem manifestatum est sanctis eius*. Hujus expositio est illud ad Ephesios, sicuti nunc revelatum est sanctis apostolis eius et prophetis in spiritu. **Vers. 27.** — *Quibus voluit Deus notas facere divitias gloriae*, id est, divitiarum, locupletem, et bonis spiritualibus abundantem gloriam sacramenti (mysterii) *lucis in gentibus, quod, scilicet sacramentum vel mysterium, est Christus, qui in nobis est spes gloriae*, id est, spes gloriosa: quia videlicet per Christum magnifica et gloriosa bona sperantur ut adepturos.

Vers. 28. — *QUEM NOS ANNUNTIANES*, quem Christum nos apostoli mundo annuntiamus. *Corruptos omnes homines*. Erat autem totum genus humanum in peccatis et ignorantia Dei; ac pro-

SECUNDUM DISPENSATIONEM, GRÆC. *oconomiam*, id est, secundum providam patrisfamilias dispensationem, etc., quae factus sum gentium apostolus; ut inter vos, et inter alias gentes ministerio meo impleam aeternam Dei decretum, et promissum de vestra vocatione ad salutem.

Ut impleam verbum Dei, id est, plenè predicem verbum Dei, ut complem predicationem Evangelii, quam cepit Christus.

UT IMPLEAM VERBUM DEI. Multiplex est sensus: Primus, quem modo posui. Secundus: Ut impleam, seu compleam verbi Dei predicationem, quam Christus incepit; vel: Ut per Evangelii praeconationem absolvam opus redemptionis, quod fecit Christus. Predicatoribus opus redemptionis humane, ad quod Christus missus est, absolvunt et complent, sicut opus Christi perficiunt actionibus suis, Christi-que passionem suis adimplent passionibus. Tertius: Ut impleam omnia loca verbi Dei. Quartus: Ut plene et perfecte annuntiem verbum Dei.

Vers. 26. — **MYSTERIUM QUOD ABSCONDITUM...**; quod verbum Dei, seu propositum vocationis gentium, mysterium est praeferis saeculis et generationibus absconditum. Prophete enim et angeli, ut dictum est ad Ephes. cap. 5, v. 9, 10, non ita clarè noverunt hæc mysteria, incarnationis Verbi ac vocationis gentium, sicut apostolis deinde revelata sunt.

Vers. 27. — **QUIBUS VOLUIT DEUS NOTAS FACERE...** *Quibus*, apostolis, *Deus voluit manifestare* quantum sint divitiae, quantumque sit gloria hujus mysterii, quod completur in gentibus. Hoc explicuit ad Ephes. 5, 6, dicens, *gentes esse coheredes et participes promissionis Dei in Christo Jesu per Evangelium.*

QUONIAM ESTIS UNUS, QUOD MYSTERIUM EST CHRISTUS, objective scilicet; seu, est de Christo Jesu, Dei Filio, incarnato, passio, etc.

IN VOBIS SPES GLORIÆ, id est, qui Christus Jesus, pro nobis incarnatus et mortuus, et à vobis creditus, est causa spei, quam habetis de gloria aeterna; Christus foas salutis nostrae, et tota spei nostrae causa.

Vers. 28. — **QUEM NOS ANNUNTIANES CORRUPTOS...** vel admonentes. Graeca vox *corruptos*, significat admonentes, increpantes, seu cum increpatione.

Vers. 26. — **Mysterium** (verbum Dei vocat mysterium) *quod absconditum fuit a saeculis et generationibus*. Levitatur autem de mysterio vocationis gentium. Sensus est: Mysterium hoc absconditum et incognitum fuit hominibus omnium praecedentium saeculorum et generationum. Sic Ephes. 3: *Quod aliis generationibus non est cognitum filiis hominum.*

Nunc autem manifestatum est sanctis eius. Hujus expositio est illud ad Ephesios, sicuti nunc revelatum est sanctis apostolis eius et prophetis in spiritu.

Vers. 27. — **QUIBUS VOLUIT DEUS NOTAS FACERE DIVITIAS GLORIÆ**, id est, divitiarum, locupletem, et bonis spiritualibus abundantem gloriam sacramenti (mysterii) *lucis in gentibus, quod, scilicet sacramentum vel mysterium, est Christus, qui in nobis est spes gloriae*, id est, spes gloriosa: quia videlicet per Christum magnifica et gloriosa bona sperantur ut adepturos.

Vers. 28. — **QUEM NOS ANNUNTIANES**, quem Christum nos apostoli mundo annuntiamus.

Corruptos omnes homines. Erat autem totum genus humanum in peccatis et ignorantia Dei; ac pro-

Corollarium pietatis, seu in hoc capite ad pietatem maxime notanda, et ad praxim redigenda.

Vix est alibi major quam in hoc capite notandarum abundantia: at quia suis locis fusè et practicè sunt explicata, sufficiat materis indicare, et loca notare.

1° Oratorum christianarum materiam, seu quid præcipue debeamus pro nobis et aliis orare, vide v. 10, 11.

tionem admonentes. Omnes homines Deum ignorabant, malè vivebant; apostoli, tanquam Dei legati ac ministri, illos monent et increpant.

OMNES HOMINES, quantum est in nobis, seu quam plurimos possimus.

Vers. 29. — **IN QVO ET LABORO**, id est, ad quod, seu ad quem finem laborem decertans; sic laborem, sic enitorem, ut me periculis objiciam.

SECUNDUM OPERATIONEM EUS, id est, secundum vim et efficaciam Spiritus Christi, qui potentissime operatur in me et per me, in virtute; in me, virtute quae me induit ex alto; per me, virtute miraculorum, quae dat verbis meis efficaciam. Graec.: *Κατὰ τὴν ἐμπροσθεν ἔργου, τὴν ἐμπεριλαμβανόμεν ἐν ἐμοὶ ἐν ὑμῶν.* Alii *ἐμπροσθεν* sununt in sensu activo, operantur; alii in passivo, operantur. Utrumque verum arbitror: nam Christum sancto Paulo pro internam suam gratiam vires conferebat extimias, illumque virtute interius induebat. Et Christus pro eundem Paulum, sic ex alto indulum virtute, poterat miracula, quibus Pauli verbis efficaciam dabat ad hominum penetranda corda, et ad fidem convertenda.

Observatio moralis.

In ultimis quibus versibus, omnis Christi minister agnoscat ministerii sui partes et munia, videatque serio num illa replet. At, sicut D. Paulus, Christus, Christi mysteria, Evangelii veritates predicat, secundum talenta, gratiasque sibi creditas, v. 25. Num omnem hominem, etiam pauperem, idiotam, sine personarum acceptione, docet et instruit, v. 28. Num omnem, cujuscumque conditionis, quantum est in se, ad perfectionem adducit, v. 28. Num omnem curam, laborem et sollicitudinem, ad hunc effectum ordinat, v. 29.

pietate de his corripendum.

Et docuitis omnem hominem, in omni sapientia: ut sensus sit: Instituites omnem hominem in perfectè cognitione Dei et mysteriorum fidei, quae est vera sapientia. Sic Augustinus, Apos. lvi.

Ut exhibeatis omnem hominem perfectum in Christo Jesu, id est, ut omnem hominem reddatis, et bene sistatis perfecte instructum in his quae ad fidem et cognitionem Christi pertinent.

Vers. 29. — **In quo** (ad quod) *et laboro certando*, id est, in quem finem etiam enitor, multumque laborem, cum difficultate et periculo decertans.

SECUNDUM OPERATIONEM EUS, QUAM OPERATUR IN ME IN VIRTUTE, id est, potentier, valide et efficaciter; paraturo scilicet miracula tot et tanta, dando tantam efficaciam verbis meis, ut omnium corda penetraret et converteret; suggerendo animos, vires ac zelum, ut ignè charitate, et dignè lingua prædicarem, omnibusque ignem, hinc ignis amoris afflucet et aspirat.

Corollarium pietatis, seu in hoc capite ad pietatem maxime notanda, et ad praxim redigenda.

2° Bona nobis per Christum collata, vide v. 12, 15, 14. Vide et in his versiculis observationes dogmaticas et morales.

3° Excellentias Christi, ut Dei, vide v. 15, 16, 17. Vide et ibidem observationem dogmaticam et moralem.

4^o Excellentias Christi; ut hominis; vide v. 18; 19, 20. Vide et hanc dissertationem dogmaticam et morales, et relativas Christi dignitates agnoscas, eisque ad tuam profectum utaris. hanc attende ad nostrum per Christum reconciliationis modum; et hanc mirabili tui reconciliationis frequenter utaris, Christi passionem et mortem pro tuis peccatis offerens Deo, v. 20.

5^o Quid; et quare nobis in passionibus nostris sit gaudendum; vide v. 24, et observationem moralem.

6^o Omnis Ecclesie minister agnoscat ministerii sui partes; videatque num illas replet, v. 25; 26, 27, 28; 29. Vide observationem moralem.

CAPUT II.

1. Volo enim vos scire qualem sollicitudinem habeam pro vobis, et pro iis qui sunt Laodicea; et qui cumque non viderant faciem meam in carne:

2. Ut consolentur corda ipsorum, instructi in charitate, et in omnes divitias plenitudinis intellectus, in agnitionem mysterii Dei Patris et Christi Jesu:

3. In quo sunt omnes thesauri sapientiae et scientiae absconditi.

4. Hoc autem dico, ut nemo vos decipiat in sublimitate sermonum.

5. Nam etsi corpore absens sum, sed spiritu vobiscum sum; gaudens, et videns ordinem vestrum, et firmitermentum ejus, quoniam in Christo est, fidei vestrae.

6. Sicut ergo accepistis Jesum Christum Dominum, in ipso ambulabite.

7. Radicati, et superaedificati in ipso, et confirmati fide, sicut et didicistis, abundantes in illo in gratiarum actione.

8. Vitete ne quis vos decipiat per philosophiam, et inanem fallaciam, secundum traditionem hominum, secundum elementa mundi, et non secundum Christum:

9. Quis in ipso inhabitat omnis plenitudo divinitatis corporaliter;

10. Et estis illo repleti, qui est caput omnis principatus et potestatis:

11. In quo et circumcisi estis circumcisione non manu facta in expolatione corporis carnis, sed in circumcisione Christi.

12. Consepulti et in baptismo, in quo et resurrecti estis per fidem operationis Dei, qui suscitavit illum a mortuis.

13. Et vos, cum mortui essetis in delictis, et preputio carnis vestrae, convivificavit cum illo, donans vobis omnia delicta:

14. Delens quod adversus vos erat chirographum decreti, quod erat contrarium vobis, et ipsum tulit de medio, abigens illud cruci:

15. Et expulsiis principatus, et potestates traduxit coelestiter, pacem triumphans illos in semetipso.

16. Nemo ergo vos iudicet in cibo, aut in potu, aut in parte diei festi, aut neomeniae, aut sabbatorum:

17. Quae sunt umbra futurorum: corpus autem Christi.

18. Nemo vos seducat, volens in humilitate, et religione angelorum, quae non vidit, ambulans, frustra iudatus sensu carnis suae,

CHAPITRE II.

1. Car je suis bien aise que vous sachiez combien est grande l'affection et le soin que j'ai pour vous, pour ceux qui sont à Laodicee, et pour tous ceux qui ne me connaissent point de visage, et qui ne m'ont jamais vu:

2. Afin que leurs cœurs soient consolés, et qu'étant ainsi enrichis par la charité, ils soient remplis de toutes les richesses d'une parfaite intelligence, pour connaître le mystère de Dieu le Père et de Jésus-Christ:

3. En qui tous les trésors de la sagesse et de la science sont renfermés.

4. Or je dis ceci afin que personne ne vous trompe par des discours subtils et élevés:

5. Car, quoique je sois absent de corps, je suis néanmoins avec vous en esprit, voyant avec joie l'ordre qui se garde parmi vous; et la solidité de votre foi en Jésus-Christ.

6. Continuez donc à vivre en Jésus-Christ notre Seigneur, selon l'instruction que vous en avez reçue, et attachés à lui comme à votre racine, et édifiés sur lui comme sur votre fondement, vous affermissant dans la foi qui vous a été enseignée, croissant de plus en plus en Jésus-Christ par de continuelles actions de grâces.

7. Laissez attachés à lui comme à votre racine, et édifiés sur lui comme sur votre fondement, vous affermissant dans la foi qui vous a été enseignée, croissant de plus en plus en Jésus-Christ par de continuelles actions de grâces.

8. Prenez garde que personne ne vous surprenne par la philosophie et par des raisonnemens vains et trompeurs, qui ne sont fondés que sur les traditions des hommes, et sur les principes d'une science mondaine, et non sur la doctrine de Jésus-Christ:

9. Car c'est en lui que la plénitude de la divinité habite corporellement.

10. Et c'est en lui que vous en êtes remplis; lui qui est le chef de toute principauté et de toute puissance:

11. Et c'est en lui aussi que vous avez été circoncis d'une circoncision qui n'est pas faite par la main des hommes, mais qui consiste dans le dépeçage du corps des péchés que produit la concupiscentie charnelle. C'est-à-dire, de la circoncision de Jésus-Christ.

12. C'est encore avec lui que vous avez été enseveli par le baptême, et avec lui que vous êtes ressuscités, par la foi que vous avez eue que Jésus-Christ est ressuscité d'entre les morts par l'efficacité de sa puissance.

13. Car lorsque vous étiez dans la floré de vos péchés, et dans l'incircision de votre chair, Jésus-Christ vous a fait revivre avec lui, vous pardonnant tous vos péchés.

14. Il a effacé le cédule qui nous émit condamner, il a entièrement aboli le décret de notre condamnation, en l'attachant à sa croix;

15. Et ayant désarmé les principautés et les puissances, il les a menées vainement en triomphe, à la face de tout le monde, après les avoir vaincues en lui-même.

16. Que personne donc ne vous condamne pour le manger et pour le boire, ou sur le sujet des jours de fêtes, des nouvelles lunes, et des jours de sabbat:

17. Puisque toutes ces choses n'ont été que l'ombre de celles qui devaient arriver, et que Jésus-Christ en est le corps et la vérité.

18. Que personne ne vous séduise en affectant de paraître humble, par un culte superstitieux des anges, se mêlant de parler des choses qu'il ne sait point, étant enté par les vaines imaginations d'un esprit humain et charnel.

19. Et non tenens caput, ex quo totum corpus per nexus et conjunctiones subministratum et constructum, crescit in augmentum Dei.

20. Si ergo mortui estis cum Christo ab elementis hujus mundi, quid adhuc tanquam viventes in mundo decernitis?

21. Ne tegeritis, neque gustaveritis, neque conrectaveritis;

22. Quae sunt omnia in interitum ipso usu, secundum praecipua et doctrinas hominum;

23. Quae sunt rationem quidem habentia sapientia in superpositione et humilitate, et non ad parendum corpori, non in honore aliquo sed saturitatem carnis.

ANALYSIS.

1^o Sicut Paulus pro Colossensibus sollicitudinem, et hujus suae sollicitudinis finem declarat; scilicet ut solentur libentius, charitate compingantur, et plene instruantur de mysterio Christi, in quo sunt omnes thesauri scientiae et sapientiae Dei, v. 1, 2, 3. Hae eadem sollicitudine monet eos ut ab impostaris pseudo-apostolorum; hortatur autem ut in Christo radicentur et firmiter crescant, et proficiant in accepta fide, v. 4, 5, 6, 7.

2^o Monet specialiter ut caveant à Simonianis, Gnosticis, et aliis, qui per vanam philosophiam fallaciam conantur eos decipere. A Christo Deo, veritate forte, omni scientia ad salutem necessaria repleti estis; cur vanos auditis philosophos? v. 8, 9, 10.

3^o Contra judicantes verò, circumcisionem et alia legalia depradicant, monet Colossenses quod in Christo circumcisi sunt, non carne, sed spiritu; quando per

4^o Etenim velum in seclis qualiter et quantum anxius et sollicitus sum pro vobis, et pro Laodiceensibus, et pro ceteris, qui aequè ac vos habent mecum nunquam viderunt.

5^o Hoc est autem anxietatis, et meorum pro vobis et huius laborum, finis, ut solitum in Domino solitum habeatis, ut charitatis vinculo crectis inter vos compingamini, ut plene et perfecte sitis intelligentes, et perscrutemini ea quae pertinent ad agnitionem Dei omnia et tria, et mysterium incarnationis Domini nostri Jesu Christi.

6^o In quo Christo, homine Deo, absidit continentur omnes thesauri sapientiae et scientiae.

7^o Hoc autem quod de tantis Christi sapientia et scientia dico, propterea dico, ut mixtam cavetis ne quis artibus humanis instructus vobis imponat falsis sermonibus, sed speciosis, et ad persuadendum compositis.

8^o Hanc de vobis curam gero: quamvis enim corpore absim à vobis, mente tamen et corde vobiscum sum; et gaudeo videns omnia deus et ordinate apud vos agi, vidensque firmitatem et constantiam fidei vestrae in Jesu Christo.

9^o Quoadmodum ergo Christum Christique dominum etiam cum Christo consepulti fuerunt et à mortuis suscitati, v. 11, 12.

10^o A baptismo, qui fit in sanguine Christi, ad cruciatum Christi sacrificium accedentes, Colossensibus et aliis Christianis representant in his sacrificii effectus: omnia nostra peccata sunt condonata; nosque liberati avaritia, reatu remissis; chirographum laceratum, cruci affixum; a demum captivitate liberati sanus, ipsis demondibus à Christo devictis et triumphatis: ad quod ergo minus legalia sacrificia? v. 13, 14, 15.

11^o Et haec contra judicantes ultimum dicit, Colossenses averit à legalibus observantia, v. 16, 17. Et dicitis supra contra Simonianos, averit Colossenses à falsis angelorum religione, v. 18, 19.

12^o In reliquo capite Colossenses poterit corrigi quod Christiani cum sint pseudo-apostolos, seu judicantes, ac Simonianos, auderint.

PARAPHRASIS.

effinam edocui estis, ita in eius doctrina et vita severabere.

7. In ipso radicati, et super ipsum aedificati, et in eadem fide quam didicistis confirmati, ut in eadem crescat ac proficiatis cum gratiarum actione.

8. Cavete ne quis vos decipiat, sedemque vestram solaretur per doctrinam illam fallaciam quae grandia promittit in nomine, re autem ignia suggerit: per illam, inquit, doctrinam, quae est secundum adhaerentiam humanam et sophisticam institutionem; secundum utilitatem mundanae scientiae principia, non secundum doctrinam vobis à Christo traditam; et ideo à vobis non est audienda.

9. Quia Christum, in quo tota Deitas verè, realiter, et substantialiter habitat, et qui consequenter ipsa veritas est, doctorem habeatis.

10. Et ab illo repleti estis omni scientia ad salutem necessaria: ab illo, inquit, qui et omnium angelorum caput, rector, et Dominus est; quos tanto perè extollunt illi fallaces philosophi.

11. Cavete et ab illis qui circumcisionem vobis ut necessariam depradicant; in Christo enim circumcisi estis, non circumcisione hominum manu facta, quae fit per excisionem corporis carnis, sed per circum-

4^o Excellentias Christi; ut hominis; vide v. 18; 19, 20. Vide et hanc dissertationem dogmaticam et morales, et relativas Christi dignitates agnoscas, eisque ad tuam profectum utaris. hanc attende ad nostrum per Christum reconciliationis modum; et hanc mirabili tui reconciliationis frequenter utaris, Christi passionem et mortem pro tuis peccatis offerens Deo, v. 20.

5^o Quid; et quare nobis in passionibus nostris sit gaudendum; vide v. 24, et observationem moralem.

6^o Omnis Ecclesie minister agnoscat ministerii sui partes; videatque num illas replet; v. 25; 26, 27, 28; 29. Vide observationem moralem.

CAPUT II.

1. Volo enim vos scire qualem sollicitudinem habeam pro vobis, et pro iis qui sunt Laodicea; et qui cumque non viderant faciem meam in carne:

2. Ut consolentur corda ipsorum, instructi in charitate, et in omnes divitias plenitudinis intellectus, in agnitionem mysterii Dei Patris et Christi Jesu:

3. In quo sunt omnes thesauri sapientiae et scientiae absconditi.

4. Hoc autem dico, ut nemo vos decipiat in sublimitate sermonum.

5. Nam etsi corpore absens sum, sed spiritu vobiscum sum; gaudens, et videns ordinem vestrum, et firmiteramentum ejus, quoniam in Christo est, fidei vestrae.

6. Sicut ergo accepistis Jesum Christum Dominum, in ipso ambulabite.

7. Radicati, et superaedificati in ipso, et confirmati fide, sicut et didicistis, abundantes in illo in gratiarum actione.

8. Vitete ne quis vos decipiat per philosophiam, et inanem fallaciam, secundum traditionem hominum, secundum elementa mundi, et non secundum Christum:

9. Quis in ipso inhabitat omnis plenitudo divinitatis corporaliter;

10. Et estis illo repleti, qui est caput omnis principatus et potestatis:

11. In quo et circumcisi estis circumcisione non manu facta in expolatione corporis carnis, sed in circumcisione Christi.

12. Consepulti et in baptismo, in quo et resurrecti estis per fidem operationis Dei, qui suscitavit illum a mortuis.

13. Et vos, cum mortui essetis in delictis, et preputio carnis vestrae, convivificavit cum illo, donans vobis omnia delicta:

14. Delens quod adversus vos erat chirographum decreti, quod erat contrarium vobis, et ipsum tulit de medio, abigens illud cruci:

15. Et expulsiis principatus, et potestates traduxit coelestiter, pacem triumphans illos in semetipso.

16. Nemo ergo vos iudicet in cibo, aut in potu, aut in parte diei festi, aut neomenta, aut sabbatorum:

17. Quae sunt umbra futurorum: corpus autem Christi.

18. Nemo vos seducat, volens in humilitate, et religione angelorum, quae non vidit, ambulans, frustra iudatus sensu carnis suae,

CHAPITRE II.

1. Car je suis bien aise que vous sachiez combien est grande l'affection et le soin que j'ai pour vous, pour ceux qui sont à Laodicee, et pour tous ceux qui ne me connaissent point de visage, et qui ne m'ont jamais vu;

2. Afin que leurs cœurs soient consolés, et qu'étant ainsi éclairés par la charité, ils soient remplis de toutes les richesses d'une parfaite intelligence, pour connaître le mystère de Dieu le Père et de Jésus-Christ;

3. En qui tous les trésors de la sagesse et de la science sont renfermés.

4. Or je dis ceci afin que personne ne vous trompe par des discours subtils et élevés;

5. Car, quoique je sois absent de corps, je suis néanmoins avec vous en esprit, voyant avec joie l'ordre qui se garde parmi vous; et la solidité de votre foi en Jésus-Christ.

6. Continuez donc à vivre en Jésus-Christ notre Seigneur, selon l'instruction que vous en avez reçue;

7. Liant attachés à lui comme à votre racine, et édifiés sur lui, comme sur votre fondement, vous affermissant dans la foi qui vous a été enseignée, croissant de plus en plus en Jésus-Christ par de continuelles actions de grâces.

8. Prenez garde que personne ne vous surprenne par la philosophie et par des raisonnemens vains et trompeurs, qui ne sont fondés que sur les traditions des hommes, et sur les principes d'une science mondaine, et non sur la doctrine de Jésus-Christ;

9. Car c'est en lui que la plénitude de la divinité habite corporellement.

10. Et c'est en lui que vous en êtes remplis; lui qui est le chef de toute principauté et de toute puissance;

11. Et c'est en lui aussi que vous avez été circoncis d'une circoncision qui n'est pas faite par la main des hommes, mais qui consiste dans le dépeuplement du corps des péchés que produit la concupiscence charnelle. C'est-à-dire, de la circoncision de Jésus-Christ.

12. C'est encore avec lui que vous avez été enseveli par le baptême, et avec lui que vous êtes ressuscités, par la foi que vous avez eue que Jésus-Christ eût ressuscité d'entre les morts par l'efficacité de sa puissance.

13. Car lorsque vous étiez dans la floré de vos péchés, et dans l'obscurité de votre chair, Jésus-Christ vous a fait revivre avec lui, vous pardonnant tous vos péchés.

14. Il a effacé le cédule qui nous eût condamnés, il a entièrement aboli le décret de notre condamnation, en l'attachant à sa croix;

15. Et ayant désarmé les principautés et les puissances, il les a menées vainement en triomphe, à la face de tout le monde, après les avoir vaincues en lui-même.

16. Que personne donc ne vous condamne pour le manger et pour le boire, ou sur le sujet des jours de fêtes, des nouvelles lunes, et des jours de sabbat;

17. Puisque toutes ces choses n'ont été que l'ombre de celles qui devaient arriver, et que Jésus-Christ en est le corps et la vérité.

18. Que personne ne vous séduise en affectant de paraître humble, par un culte superstitieux des anges, se mêlant de parler des choses qu'il ne sait point, étant enté par les vaines imaginations d'un esprit humain et charnel.

19. Et non tenens caput, ex quo totum corpus per nexus et conjunctiones subministratum et constructum, crescit in augmentum Dei.

20. Si ergo mortui estis cum Christo ab elementis hujus mundi, quid adhuc tanquam viventes in mundo decernitis?

21. Ne tegeritis, neque gustaveritis, neque tractaveritis;

22. Quae sunt omnia in interim ipso usu, secundum praecepta et doctrinas hominum;

23. Quae sunt rationem quidem habentia sapientia in superpositione et humilitate, et non ad parendum corpori, non in honore aliquo sed saturitatem carnis.

1^o Sicut Paulus pro Colossensibus sollicitudinem, et hujus suae sollicitudinis finem declarat; scilicet ut solentur libenter, charitate compingati, et plene instructi de mysterio Christi, in quo sunt omnes thesauri scientiae et sapientiae Dei, v. 1, 2, 3. Hae eadem sollicitudine monet eos ut ab impostaris pseudo-apostolorum; hortatur autem ut in Christo radicati et firmati crescant, et proficiant in accepta fide, v. 4, 5, 6, 7.

2^o Monet specialiter ut caveant à Simonianis, Gnosticis, et aliis, qui per vanam philosophiam fallaciam conantur eos decipere. A Christo Deo, veritate forte, omni scientia ad salutem necessaria repleti estis; cur vanos auditis philosophos? v. 8, 9, 10.

3^o Contra judaizantes vero, circumcisionem et alia legalia depradicant, monet Colossenses quod in Christo circumcisi sunt, non carne, sed spiritu; quando per

1. Etenim velim ut sciatis qualiter et quantum anxius et sollicitus sum pro vobis, et pro Laodiceensibus, et pro ceteris, qui aequae ac vos habent mentem nunquam viderunt.

2. Hoc est autem anxietatis, et meorum pro vobis et illis laborum, finis, ut solitum in Domino solitum habeatis, ut charitatis vinculo cretibus inter vos compingemini, ut plene et perfecte sitis intelligentes, et perspicui circa ea quae pertinent ad agnitionem Dei omnia et tria, et mysterium incarnationis Domini nostri Jesu Christi.

3. In quo Christo, homine Deo, abdit continentur omnes thesauri sapientiae et scientiae.

4. Hoc autem quod de tanta Christi sapientia et scientia dico, propterea dico, ut mixtam cavetis ne quis artibus humanis instructus vobis imponat falsis sermonibus, sed speciosis, et ad persuadendum compositis.

5. Hanc de vobis curam gero; quamvis enim corpore absim à vobis, mente tamen et corde vobiscum sum; et gaudeo videns omnia deus et ordinate apud vos agi, vidensque firmitatem et constantiam fidei vestrae in Jesu Christo.

6. Quoadmodum ergo Christum Christique do-

19. Et non demouant pas étanche à celui qui est la tête, et le chef de tout le corps, recevant subministré par les vaisseaux qui en joignent et font toutes les parties, s'entrelient et s'accroissent par l'accroissement que Dieu lui donne.

20. Si véritablement êtes morts avec Jésus-Christ à ces premières et plus grossières instructions que Dieu a données au monde, comment vous laissez-vous imposer des lois, comme si vous viviez dans ce premier état du monde?

21. Ne mangez pas, vous dit-on, d'une telle chose; ne goûtez pas de ceci, ne touchez pas à cela.

22. Cependant ce sont des choses qui périssent toutes par l'usage qu'on en fait, et en quoi vous ne savez que les préceptes et les ordonnances des hommes.

23. Qui ont quelque apparence de sagesse dans leur superposition et leur humilité affectée, dans le rigoureux traitement qu'ils font au corps, et dans le peu de soin qu'ils prennent de ressaisir la chair.

ANALYSIS.

haptimum cum Christo consepulti fuerunt et à mortuis suscitati, v. 11, 12.

4^o A baptismo, qui fit in sanguine Christi, ad cruciatum Christi sacrificium accedentes, Colossensibus et aliis Christianis representant in his sacrificii effectus: omnia nostra peccata sunt condonata; nosmet ipsos aternis reatus remissis; chirographum laceratum, cruci officium; a demonum captivitate liberati sanus, ipsi demouibus à Christo devictis et triumphatis: ad quid ergo vanae legalia sacrificia? v. 15, 16, 17.

5^o Et hic contra judaizantes aliter dicit, Colossenses averit à legalibus observantia, v. 16, 17. Et dicitis supra contra Simonianos, averit Colossenses à falsis angelorum religione, v. 18, 19.

6^o In reliquo capite Colossenses poterit corrigi quod Christiani cum sint pseudo-apostolos, seu judaizantes, ac Simonianos, auderint.

PARAPHRASIS.

etiam edocui estis, ita in eius doctrina et vita severabere.

7. In ipso radicati, et super ipsum aedificati, et in ea fide quam didicistis confirmati, ut in ea crescat ac proficiatis cum gratiarum actione.

8. Caveate ne quis vos decipiat, sedemque vestram solaretur per doctrinam illam fallaciam que grandia promittit in nomine, re autem ignia suggerit: per illam, inquit, doctrinam, que est secundum adhaerentiam humanam et sophisticam institutionem; secundum utilitatem mundanae scientiae principia, non secundum doctrinam vobis à Christo traditam; et ideo à vobis non est audienda.

9. Quia Christum, in quo tota Deitas verè, realiter, et substantialiter habitat, et qui consequenter ipsa veritas est, doctorem habeatis.

10. Et ab illo repleti estis omni scientia ad salutem necessaria: ab illo, inquit, qui et omnium angelorum caput, rector, et Dominus est; quos tanto perè extollunt illi fallaces philosophi.

11. Caveite et ab illis qui circumcisionem vobis ut necessariam depradicant; in Christo enim circumcisi estis, non circumcisione hominum manu facta, que fit per excisionem corporis carnis, sed per circum-

cisionem christianam, quæ sit per rejectionem virtutum.

12. Quando per baptismum consepolti estis cum Christo; et ad vitam gratiæ resurrectis per fidem, quæ credidistis efficacem et potentem operationem Dei, quæ Christum à mortuis suscitavit; (hæc enim per fidem resurrectionis Christi, omnipotentia Dei facte;

13. Vos, inquam, cum essetis spiritaliter mortui, tum per vestra peccata actualia, tum per originale peccatum, tunc Deus vivificavit eam virtute quæ Christum suscitavit, id est, novam vobis justitiæ vitam dedit; omnia delicta vestra vobis condonans ob Christi meritum in ejus sanguine baptizati estis.

14. Delecto prius, per Christum, decreto damnationis in nos lato: Christus enim pro nobis in cruce moriens, hoc mortis decretum, nostramque syngram, tulit de medio, dirupit, diruptamque afflixit cruci.

15. Demonesque devictos, et illo quod in homines prætedant imperio destitutos, libere palamque traduxit, et de illis, ignominia sic affectis, sua propria virtute triumphavit.

16. Tanta ergo per Christum beneficia nacti, ne timeatis ne quis vos quasi reos iudicet ob neglectas legis Moisaicæ ceremonias, videlicet ob cibum, aut potum, nudum, aut immundum; ob id quod pertinet ad diem festum, ad neomeniam, aut ad sabbatum.

17. Siquidem hæc omnia sunt umbræ futurorum, quorum veritas, soliditas, corpus ad Christum pertinet: corpore autem seu veritate componente, eva-

nescent umbræ; seu ubi autem corpus et veritatem tenemus, quid curamus de umbris?

18. Cavete ne quis seductor bravium vestrum intercipiat, à verâ religione vos, per affectatam humilitatem, deducens ad superstitionem angelorum religionem, pedem immittens in ea quæ non vidit, laaniter tumens proprii sui cerebri sensu, seu cogitatione.

19. Non tenens per fidem caput Ecclesie Christum, ex quo totum Ecclesie corpus per juncturas et commensuras constructum et subministratum divino crescit augmento.

20. Cum igitur Christiani sitis, et per baptismum cum Christo mortui sitis primis et rotibus hujus mundi institutionibus; quare, quasi in illis adhuc viveretis, hæc docetis, vel docemini?

21. Scilicet ne tetigeritis hoc; ne gustaveritis illud; ne contractaveritis istud.

22. Non animadvertitis quid sint et à quibus sint hæc omnia; nempe quid ipso usu pereunt et constmuntur, et quod hominum sunt adinventiones et doctrinae.

23. Et hæc quidem speciem aliquam habent sapientiæ, dum superstitionem præferunt religionem, et fidem humilitatem, et austeram macerationem; corpori enim suo non indulgent, nec illud ad saturitatem nutriunt, sed jejuniis miserè affligunt; ob hæc, inquam, sapientiæ speciem habent; at quia superstitionis hominum commenta, hinc à Christi discipulo contemnda.

COMMENTARIA.

VERS. 1. — Volo enim vos scire... Particula enim hæc versus necit cum ultimo verso capitis precedentis: rationem ergo reddit Apostolus cur dixit: *Laboro in agere, certando*, quia sollicitus sum pro vobis, etc.

QUALIEM SOLLICITUDINEM... GRÆC., quantum certamen, etc. Syr. et Arab., quæ sit vultu certamen, etc. Æthiop., quantum contendere pro vobis. Bene etiam ab interprete nostro, quantum anxietatem et sollicitudinem, *si vero de fide.*

ET QUICUNQUE NON VIDERIT FACIEM MEAM... SYR.: Et pro cæteris illis, qui faciem meam, etc. D. Chrysostomus, et alii communiter post ipsum, intelligunt: Et cæteri quicumque alii, qui viderunt ac vos, Colossenses, non viderunt faciem meam; hincque inferunt D. Pratum Colossensium nunquam prædicasse, Theodoretus, et post ipsum Baronius, traducit: Non solum pro vobis, et pro his qui sunt Laodicæ, sed et pro his qui me non viderunt, negatque sequelam à D. Chrysostomo illam.

VERS. 4. — Volo enim vos scire quantum sollicitudinem habeam pro vobis. GRÆC., quantum certamen habeam de vobis, id est, sustinendam pro vobis. Et pro his qui sunt Laodicæ, etc., id est, faciem carnis. Volo vos scire quantum laboris sustinuerim pro vobis et pro Laodicensibus, et pro cæteris qui me non viderunt.

VERS. 2. — Ut consolentur corda ipsorum. Consolentur, id est, consolationem accipiant.

tum. Primus sensus videtur naturalior, licet non conveniat.

VERS. 2. — UT CONSOLENTUR, in sensu passivo, id est, ut consolationem accipiant.

CORDA IPSORUM, INSTRUCI IN CHARITATE. GRÆC.: *Compoetorum in charitate. Syr.: Ut consolationem accipiant corda eorum, et cum charitate accedant ad omnem opulentiam persuasionis, et ad intelligentiam cognitionis arcani Dei Patris et Christi.*

Nota litterarum.

Hic locus in GRÆCO et in nostra Vulgata, ob brevitatem, aliquid obscurentis habet: hinc necessario aliquid addendum ut tollatur obscuritas. Communiter additur, ut consolentur corda ipsorum, cum fuerint instructi, seu constructi, seu compoati in charitate; et cum fuerint instructi in omnia divinitus plenitudinis intellectus, etc. Mihi hinc verumam modum, et ad mentem D. Pauli serio attendenti, visum est quod Apostolus his paucis verbis anxietatis suæ suorumque

Instructi in charitate, id est, cum fuerint instructi in charitate.

Et in omnia divinitus plenitudinis intellectus; et cum fuerint instructi in omnia divinitus, id est, largissima copia plenè intelligentie. Et cum fuerint plenè edocti, scilicet de mysterio, ut sequitur.

In cognitionem mysterii Dei Patris et Christi Jesu, ut scilicet in omnibus mysteriis fidei omne pertinet ad

pro Colossensibus laborum finem exprimat. Nimirum sollicitus sum primo, ut consolentur, juxta proph. Isai. 40, 1; secundo, ut charitatis vinculo compagine-mihi; tanquam unius corporis membra; tertio, ut sitis perficere intelligentes, et plenè persuasi circa ea quæ pertinent ad cognitionem mysterii Dei Patris, et Christi Jesu. GRÆC., Dei et Patris et Christi; id est, Dei unius, et trini in personis; et Christi, hominis Dei, seu sanctissime Trinitatis, et dominice incarnationis. Ecce tria ad quæ tendit Apostoli labor et cura; tria quæ Colossensibus et aliis exoptat, et quorum fortasse contrarium tacite redarguit in illis. Hæc autem tria sic inter se subordinata sunt, ut duo ultima sint media ad primum; quippe consolabimini, si corda vestra charitate compagine-mihi; si mentes vestre sint plenè intelligentes et persuasæ, etc.; in omnes divinitus, etc., id est, usque ad omnem abundantiam plenissimam intelligentie, seu maxime, quæ possit hic haberi, ita ut de nullo dubitetis. In his itaque paucis verbis habemus finem laborum D. Pauli; habemus ejus votum et cordis desiderium; habemus tacitam exhortationem ad charitatem mutuum et ad firmam persuasionem; quæ exhortatio aliquam fortè supponit divisionem in Colossensium cordibus et dubitationem in mentibus. Utramque vitemus et nos, si ad divinas consolationes aspiramus: firma sit nostra fides in mente; regnet charitas in corde.

VERS. 5. — IN QUO SUNT ORDES THESAURUS... id est, in quo Christo continentur omnes, etc., quia, ut Deus, est ipsa sapientia Patris; ut homo, mirabilem habet sapientiam, licet finitam, sicut finita est ejus anima. In Christo, velut in arcæ peculiari continentur omnes thesauri sapientiæ et scientiæ. Ergo extra Christum nihil nisi vanitas, error, illusio. Ergo in solo Christo quaerenda sapientia, scientia, veritas. Ergo ab eo continue petenda sapientia, etc., non à Simone, non à Gnosticis, ob scientiam sic dictis, seu quia se scientes jactabant; non ab angelis, quos illi præferbant Christo.

ANSCORDITI. Christus thesaurus est absconditus, quem sola fides revelat, humilitas aperit, ut charitas eo potatur; fide itaque et humilitate ad hunc accede thesaurum.

VERS. 4. — HOC AUTEM DICIT, scilicet de Christi sapientia et scientia.

UT NEMO VOS DECIPIAT, nimirum, sub specioso agnitionem Dei Patris et Christi Jesu, instructi et plenè persuasi, planèque intelligentes sitis.

VERS. 5. — IN QUO (scilicet Christo) SUNT OMNES THESAURI, etc. Communis expositio est de scientia divinitus, quæ in Christo est ut Dei Verbo. Cum dicit thesaurus, cogitatio ad multitudinem ostendit; quod addit, omnes, nihil omnino esse quod ignorat; quod autem subjungit, absconditi seu reconditi, ipsum solum omnia scire declarat, ab eoque scientiam et sapientiam omnem petendam esse, nam Christus est ipsa sapientia, et per sese cognitio.

VERS. 4. — HOC AUTEM DICIT, etc. Hoc autem quod dixi de excellenti scientia Christi, præterea dico, ne alleciat specioso nomine scientiæ, quam quidam promittunt, sinatis vos circumveniri probabilibus, sed falsis argutis humanarum ratiuncularum.

S. S. XXIV,

mine scientiæ et sapientiæ, quod ambiunt et promittunt.

IN SUBLIMITATE SERMONUM. GRÆC., in sublimitate sermonis, *is = elevatus, oratione speciosa.* Colossenses contra quoscumque pseudo-apostolos præmittit quidem, ad speciatim contra Simonianos, qui vane philosophiæ placidibus inbuti, sublimia dicebant de angelis, de Æquilis, etc., suisque sermonibus simplicibus à Christo avertere satagebant, ut ad angelorum cultum transferrent.

VERS. 5. — NAM ERGO CORPORE ABSENS SUM... Consequens erat dicere: Et novi deceptores, ait D. Chrysostomus, sed desinit in encomium.

GAUDENS ET VIDENS ORDINEM VESTRUM... SYR.: Et gaudeo quod video ordinem vestrum, et firmitatem fidei vestre, quæ est in Christo Jesu. D. Chrysostomus notat quod hæc dicantur tanquam multibus ordinatè firmiterque stantibus. Nec cecidistis, nec ordinem vestrum confudit aliquis. Virum apostolum duo solanter in suis subditis; firmitas fidei, et ordo disciplina; seu vita regulis fidei conformis.

VERS. 6. — SICUT ERGO ACCEPTIS JESU CHRISTUM, id est, sicut ab Epaphras Christi fidem edocti estis, nimirum quod Dominus Redemptor ac Mediator est.

IN ISO AMBULATE, id est, ita in ejus fide, doctrinâ ac vitâ perseverate.

VERS. 7. — RADICATI, id est, firmas in ipso radices habetis.

ET SUPEREDIFICATI IN ISO, velut firmissimo fundamento.

ET CONFIRMATI FIDE, id est, confirmemini in fide, quam edocti estis; imò crescite in eo per gratiarum actionem. His verbis fideles munit contra quoslibet novatores in genere, quos sigillatim aggreditur in sequentibus. Christus via est; ergo in ipso et per ipsum nobis ad vitam eundem. Christus radix; ergo debemus ipsi continue inherere, et cordis vitam ab eo sugere. Quod arbor sine radice, hoc anima sine Christo. Christus fundamentum; in ipso et super ipsum debemus edificare. Quod domus sine fundamento, hoc homo sine Christo. Credere non sufficit; debemus in fide proficere, abundare, pleniorum in dies mysteriorum cognitionem acquirere. Hoc autem fit per gratiarum actionem pro tantis per Christum acceptis beneficiis. Cor gratum terra bona in quo multiplicat gratia Dei.

VERS. 5. — NAM ETI CORPORE ABSENS SUM, sed spiritu vobiscum sum. Spirituali oculis et curâ vobiscum sum, quia spiritu et mente vos scipè contemplantor. Gaudere et videre ordinem vestrum. Cum gaudio intueor. Videbat autem in spiritu ex his quæ retulerat ad eum Epaphras. Ordinem, id est, bonam ordinationem, quæ bene et ordinatè omnia sunt.

Et firmitatem ejus qui in Christo est fidei vestre; hoc est, et videns firmitatem, soliditatem, constantiam, fidem vestram in Christum, id est, quæ in Christum credidistis.

VERS. 6. — Sicut ergo acceptis, etc., id est, in ipsius fide et institutione ambulate.

VERS. 7. — Radicati et superedificati in ipso, et confirmati fide. GRÆC., in fide, scilicet Christi.

Sicut et didicistis, sicut edocti estis.

(Quarante,

VERS. 8. — **VIDETE SE QUIS VOS DECIPAT.** GRÆC.: *Ne quis sit vos abigens.* SYR.: *Ne quis vos spoliat.* ARAB.: *Spoliet ac deprædat.* D. Chrysostomus: *Deprædat ac suffuratur.* Id est, caveate ne quis vos decipiat, fidei que vestram infurteret.

PER PHILOSOPHAM, scilicet, qualis erat omnium Ethnicorum philosophia; nulla quippe que de Deo præsertim et rebus divinis vacaret crassis erroribus. Talem philosophiam Apostolus, 1 Tim., cap. 6, v. 20, vocat *falsi nominis scientiam.*

ET ISANEM FALLACIAM, id est, philosophiam, dico insanam, et que solidi nihil habet, si que vera scientia non est, sed mera fallacia, sophistica deceptio.

SECUNDUM TRADITIONEM HOMINUM, id est, hæc Iohannis et mentis philosophia, seu fallacia, tradita non est à Deo, qui veritas est, sed ab hominibus vanis, errantibus, et mendacibus inventa et tradita: hinc vana, insanis, et mendax.

SECUNDUM ELEMENTA MUNDI, id est, iuxta principia et axiomata que prima sunt rudimenta mundanae philosophiæ, seu quibus à pœnitenti imbuuntur mundani homines.

ET NON SECUNDUM CHRISTUM, id est, non secundam doctrinam nobis à Christo traditam. Hæc contra Simonianos, et ab eis prognatas Gnosticos, qui principis partim à Platone et à Pythagorâ sumptis, partim à proprio cerebro inventis, multa vana, falsa, et Evangelio contraria, docebant. Hæreticos Paulus fures et prædones vocat, quippe qui fidem, gratiam, animæ vitam, Christum et Deum auferre moluntur. Sicut autem prædo quod vi non potest auferre, fraude eripit, ita hæretici doctrinam quam spernit proferre non audent, per fallacias et verborum artificia mentibus insinuant.

VERS. 9. — **QUA IN IPSO INHABITAT OMNIS PLENTUDO...** Dat rationem cur philosophus Evangelio Christi contrarius credendum non sit, sed ab eis cavendum. Potuisset equidem repetere quod dixit v. 5: *Quia in Christo sunt omnes thesauri sapientiæ,* etc., at maluit hujus etiam rationis jam allatæ causam assignare. Quia in Christo, tota plenæ Divinitatis, cum omnibus suis perfectionibus ac attributis, et consequenter omnis sapientia, scientia et veritas, *Inhabitat,* id est, inexistit, commoratur, perpetuo et permanenter iubarat.

CORPORALITER, id est, sicut anima in corpore suo habitat. *Corporaliter,* id est, non umbratice, sicut olim in propitiario, sed verè, realiter, substantiali-

Abundantia in illo in gratiarum actione. Non solum volentes esse confirmatos in fide, verum etiam in eâ proficere, et proficiendo audivere per pleniorem mysteriorum Christi cognitionem; idque cum gratiarum actione erga Deum, ut auctorem hujus totius boni.

VERS. 8. — *Videte ne quis vos decipiat per philosophiam et insanam fallaciam, secundam traditionem hominum.* Respiciat autem Apostolus ad dogmata philosophiæ scholæ Simonianæ.

Secundum elementa mundi, secularis ac mundanae philosophiæ rudimenta.

Et non secundum Christum, id est, secundam doctrinam de Christo vobis traditam; sed magis contra Christum ejusque doctrinam.

ter. Umbra fuit in veteri Testamento; corpus, realitas, veritas in novo; quo sensu *corporaliter* opponitur *umbratice*, sicut v. 17. *Corporaliter,* id est, substantialiter, non per accidens, per operationem, sed per suam substantiam. Non per gratiam tantum, sicut in sanctis angelis et hominibus, sed per unionem substantialem, hypostaticam. Non in animâ tantum, sed et in corpore. Non ut in animâ et corpore alienis, sed ut in animâ et corpore propriis. Duplici vinculo substantiali unitivo, divina Verbi persona unita est humane Christi nature; uno spirituali, quo anima unitur Verbo; altero corporali, quo corpus eidem Verbo unitur. Hinc intellige quod *omnis Deitatis plenitudo inhabitat etiam corporaliter in Christo,* sicut anima in corpore suo inhabitat corporaliter, seu verè, realiter, substantialiter, essentialiter. Hinc et consequenter intellige quod in Christo sit omnis sapientia, scientia, veritas, quia Deus est; quod nullus præ ipso sit audiendus, quantumlibet doctus; quod Evangelium Christi sit supra omnes scientias et traditiones hominum; quod debeat esse omnium nostrarum cognitionum regula, ipsique subijci et captivari debeat omnis intellectus humanus.

VERS. 10. — **ET ESTIS IN ILLO REPLETI...** id est, et vos in illo, utpote corporis ejus membra; et per illum utpote caput vestrum in vos influens, *estis repleti.* unusquisque pro sua mensurâ, sapientiâ, scientiâ aliisque donis salutariibus.

QUI EST CAPUT OMNIS PRINCIPATUS... id est, in illo, inquam, qui non vestrum tantummodo caput est, sed et omnium angelorum, quantumcumque præminentiam et dignitatem prædidi. Hoc contra philosophos Simonianos, qui angelorum cultum prædicabant. Angelorum caput, rex et Dominus, est Christus: ergo præ illis adorandus. Caput nostrum est, de cujus plenitudine nos omnes accipimus; ergo illi continue debemus inhærere; ab eo gratiam, fidem, sapientiam, scientiam, omnia cœlestia dona petere, expectare et recipere. Ipse solus habet plenitudinem Divinitatis, plenitudinem sapientie, scientie, etc.; ergo ab ipso participationem Deitatis, gratiam scilicet, participationem sapientie, scientie, omnesque divinus plenitudinis intellectus, de quibus v. 2, petere et expectare. Caveate ergo ne quis vos, per inanem et noxiam philosophiam decipiens, avertat à Christo ut ad angelos convertat; etenim à fonte vos abduceret ut ad rivulos deduceret; à Domino et à rege ad subditos et servos.

VERS. 9. — *Quia in ipso (Christo) inhabitat omnis plenitudo divinitatis corporaliter;* id est, verè, realiter et substantialiter. Sensus est: In ipso plena Deitas inhabitat, non solummodo per gratiam, et mirabilem operum efficientiam; sed corporaliter, id est, per unionem ipsius divinitatis cum corpore substantiâ sui carnis humane, in personâ Verbi, juxta illud: *Verbum caro factum est.*

VERS. 10. — *Et estis in illo (Christo) repleti.* Et vos per illum repleti estis scientiâ, aliisque donis salutariibus, itemque amplius etiam implendi, etc.

Qui est caput omnis principatus et potestatis, qui non solum vestrum est caput, dona sui vobis communicans; verum etiam caput est omnium ordinum angelicorum, quantumcumque sint potestate præditi.

VERS. 11. — **IN QVO ET CIRCUMCISI ESTIS.** Hæc contra judaizantes, qui circumcisionem et alia legalia urgebant, christianam circumcisionem extollit supra legalem. *In quo,* et per quem Christum, *circumcisi fuistis.*

CIRCUMCISIO NON MANU FACTA, non circumcisio que fit per manus hominum.

IN EXPLICATIONE CORPORIS CARNIS, que consistit in excisione pelliculæ corporis, sed spirituali Christi circumcisio, seu rejectione vitiorum.

Græci legunt: *Circumcisio non manu facta, in excisione corporis peccatorum carnis, in circumcisioe Christi.* SYR.: *Circumcisio sine manibus facta, cum existit carnes peccatorum per circumcisionem Christi.* Estque sensus secundum D. Chrysostomum, Theodorum, et alios Græcos: In quo circumcisi estis; non externâ circumcisioe, que fit manibus hominum (et que consistit in ablatioe exiguæ corporis pelliculæ), sed spirituali et divini, cujus auctor est Christus, et quâ totum peccatorum corpus, seu totus homo vetus, deponitur et exiit.

Hæc nota plures nostre circumcisiois excellentias supra legalem; hæc externa et carnalis, nostra spiritualis et interna; hæc fit hominum manibus; nostra divina est; hæc est ablatio exiguæ corporis pelliculæ, nostra est liberatio ab omni corruptione; hæc à lege, seu ab Abrahamo, nostra à Christo fuit instituta; hæc figura fuit, nostra veritas; post hæc igitur Christi circumcisionem, legalis est superflua, inutilis et noxia.

VERS. 12. — **CONSERVATI ET IN BAPTISMO...** Declarat expressius que sit illa Christi circumcisio, scilicet baptismus, in quo et per quem conspuimus cum Christo: Immersio baptizati sepulturam Christi significat, sicut et efficit in nobis quod Christi sepultura significat, scilicet veteris hominis mortem et sepulturam. Vide Epist. ad Rom., cap. 6, v. 4 et 5.

IN QVO ET RESURREXISTIS. GRÆC.: *conseruati estis.* Hoc enersio significat simul et efficit, vitam nobis novam gratia conferendo et jus ad gloriosam Christi vitam largiendo.

PER FIDEM, tanquam dispositionem necessariam ut gratiam in nobis divina virtute producat baptismus. *Per fidem operationis...* seu qui credimus Christum omnipotentem Deum susceperat à mortuis.

Baptismus est sepultura in mortem. Homo prius

VERS. 11. — *In quo et circumcisi estis, etc., id est, eâ que fit sine manibus.*

VERS. 12. — *Conservati et in baptismo, q. d.: Circumcisi estis illi Christi circumcisioe, quando simul cum eo sepulti estis in baptismo, id est, tunc quando baptizati estis.*

In quo (scilicet Christo) et resurrexistis, in novam vitam, novos mores, novum spiritum, quem accepistis in baptismo.

Per fidem operationis Dei, quâ suscipiunt illum à mortuis. Sensus est: Per fidem quâ credidistis efficacem et potentem operationem Dei, quâ Christum à morte susceperat; hoc est, per fidem resurrectionis ejus divini virtute facta.

VERS. 13. — *Et vos cum mortui essetis (privati vitâ gratiæ) in delictis, et præputis carnis vestro, contristati cum illo, donans (condonans et gratis remittens)*

moritur, delinde sepelitur; peccator, vetus homo, sepelitur ut moriatur ipse, ejusque peccatum purefcat. Hinc iugiter mori debet Christianus: hinc debet in Christo et cum Christo sepulto abscondi; mundo mortuus, soli Christo vivere: *Et vita vestra abscondita est.* Baptismus est resurrectio à peccato ad gratiam; ab Adæ vitâ, quo mors est, ad Christi vitam, que vite gloriose principium est: hinc ad hæc gloriam perpetuam debemus anhelare, in vitâ gratiæ semper proficere. Vide dicta c. 6 Epist. ad Rom.

VERS. 13. — **ET VOS CUM MORTUI ESSETIS...** Explicat quod de sepultura et resurrectione dixit. *Et vos, seu vos, inquam, cum ante Deum, per peccata vestra, mortui essetis.*

ET PRÆPUTIUM CARNIS VESTRÆ, id est, et per vestras concupiscentias, que sunt vere iurcircumcisio. Estimemyntia quâ signum pro re significat ponitur: præputium enim, quod per circumcisionem amputabatur, erat signum peccati originalis, in quo nascimur; et consequenter signum concupiscentiæ et omnium carnis operum que ex originali peccato sequuntur. Hoc autem signum hæc ponitur pro peccato originali et concupiscentiâ, quasi diceret: Cùm spiritualiter eratis mortui peccato, tunc originali, tunc actuali et habituali, quippe qui concupiscentiis omnibus vestris obediatis.

CONSERVATI CUM ILLO, id est, vos, inquam, Deus in baptismo *conseruavit cum Christo;* seu eadem potentia vobis vitæ gratiam contulit quâ Christum susceperat, ut gloriosus vitalis.

DONANS. SYR., *et remittit,* id est, condonans vobis omnia delicta, originale, actualia, habitualia, etc., idque merito passionis Christi, in cujus sanguine baptizati estis; seu ejus passionis baptismus est applicatio.

VERS. 14. — **DELENS QUOD ADVERSUS NOS ERAT CHIROGRAPHUM...** SYR., *et deleuit,* etc. Ambrosius, *deleto chirographo quod erat adversarium nobis.*

Observatio litteralis.

sit hujus divine filiationis gloriâ. Cum Christus in mundum judex rediit, gloriæque suam manifestaverit, tunc et nos apparebimus cum illo gloriosi, ipsi, fratri nostro, conformes, Deo patri nostro similes. *Scimus quoniam cum apparueris, similes ei erimus...* 1 Joan. 3, 5; *quoniam videbimus, etc.* Similes in mente, per speciem Dei expressam, seu per verbum mente simile Deo, ipsunque ad vivum representantis. Similes in qualitate, sancti, beati, immortales, impassibiles, gloriosi. Humile corpus nostrum configuratum erit corpori claritatis Christi. Tunc apparebit quid sit esse filium Dei, seu quanta sit divina filiationis nobilitas, gloria, felicitas, etc. Hæc cogita et mente revolve, ut et vite presentis excellentiâ et futuræ vite gloriâ animeris ad divinè agendum et ad christianè patiendum.

Vers. 5. — MORTIFICATE ERGO MEMBRA VESTRA... Hoc et ita sit in vobis, scilicet ut apparetis aliquando gloriosi, sitisque Christo conformes et Deo similes, mortificate nunc terreni vestri, seu veteris hominis, qui in vobis est, membra, id est, pravos affectus et concupiscentiæ motus ad deteriora.

Nota quod sicut omnia peccata simul et collectivè sumpta vocavit corpus peccati, Rom. 6, 6, sic singulatim et distributivè considerata vocat hæc membra. Addit autem quæ sunt super terram, id est, terrena, seu terreni hominis. Singula quippe peccata sunt quasi partia hominis terreni, seu veteris, membra.

FORNICATIONEM, id est, omnem maris et femine concubitum non conjugalem.

IMMUNDITIAM, seu omnem actum, quo foedatur caro.

LIBIDINEM, seu obscenam passionem.

CONCUPISCENTIAM MALAM, quæ est adversus spiritum.

Et AVARITIAM, scilicet, nimiam habendi cupiditatem; vel cum D. Hieronymo insatiabilem voluptatum carnalium cupiditatem, quæ est simulacrorum servitus. Utraque cupiditas, seu divitiarum, seu voluptatum, est idolatria, quia honorem Deo debitum defert seu argento, seu voluptati, quibus totam mentem, totum cor, totam animam, totamque hominem applicat.

Observatio dogmatica et moralis.

Duplex in nobis Christianis est homo; terrenus unus, scilicet Adamus, è quo nati sumus, et qui per concupiscentiam vivit in nobis. Cælestis alter, nimirum Christus Dominus, per quem regenerati sumus, in quo sumus iusti, et qui per gratiam vivit in nobis. Terreni hominis membra sunt vitia omnia et concu-

sant super terram, hoc est, membra vestra terrena. Terrena autem vocantur hæc membra, quia velut in terram deprimunt hominem, et à Deo elongant. *Beati mortui estis, id est, mori pergitis peccatis; hæc verò dicit, mortificate, id est, pergitis ac mortificate.* Membra terrena, hæc vocat affectus pravos; et motus concupiscentiæ: hi enim sunt quasi membra veteris hominis, etc., unde explicans subdit:

Fornicationem, immunditiam, libidinem, concupi-

pisceniæ malæ: virtutes autem sunt celestis hominis membra. Ut vivat nunc et crescat in nobis celestis homo, necesse est ut pereat et mortificetur terrenus: secundum hujus mortem, crescit alterius vita. Per baptismum mori quidem corpus homini terreno; per mortificationem verò mori quotidie pergere debemus. Peccatis mortui sumus, deleta sunt nostra peccata præterita, peccato in posterum renuntiavimus. At quia concupiscentiâ, radix peccati, remansit in nobis, et quia ex hæc radice pullulant perpetuò mali concupiscentiæ motus, pravique affectus, hinc per mortificationem illos continue rescindere debemus: renascuntur quotidie, mortificationis cultro reseca quotidie. Hæc est omnium baptizatorum jugis obligatio.

Vers. 6. — PROPTER QUE VENIT IRA DEI... Vido Ephes. 3, v. 6, ubi dicitur quod venit significet hic tempus presens et aliquo modo futurum.

SUPER FILIOS INOBEDIENTIAS, Syr., *inobediencia*, seu super incredulos et inobedientes Evangelio.

Vers. 7. — IN QUIBUS ET VOS AMELIARIS... *Ambulare et vivere* hæc differentes vultus actus et habitus: *vivere* in peccato, est in habitu peccati permanere: *ambulare* verò est actione peccaminosam committere. Significat itaque, quæ peccata et vos aliquando commisistis, etc., ut in paraphrasi. Dicendo, in *quibus amelioratis*, Apostolus pudorem inculat, ait Chrysostomus: laudat verò eum addit, *cum viveritis...*, ut qui nunc non vivat.

Vers. 8. — NESCITATEM DEPOSITIT ET VOS OMNIA... Non illa tantum graviora peccata, in quibus non vitivis ampliis, sed et omnia reliqua, licet minima.

IRAM ET INDIGNATIONEM...: explicata sunt hæc Ephes. 4, 31.

BLASPHEMIAM. Hic intellige maledictionem, agitur enim de blasphemia in homines.

Vers. 9. — NOLITE MENTIRI INVICEM, id est, fraudibus et mendaciis vos circumvenire.

EXPOLIANTES VOS VETEREM HOMINEM... Vido Ephes. 4, v. 22, in commentario, quid sit vetus homo, et v. 24 quid sit novus. Hic nota quod mores sint animi vestes, moribus quippe suis dignoscitur, sicut magistratus infatus.

scientiam nolent, et avaritiam, quæ est simulacrorum servitus. Avaritiam, ad significandam insatiabilem cupiditatem turpium voluptatum.

Vers. 6. — Propter que venit (venire solet) ira Dei super filios inobedientes, id est, inobedientes. Q. d.: Super filios inobedientes, incredulos, rebelles Deo et Evangelio.

Vers. 7. — In quibus, id est, inter quos; vel in quibus, scilicet libidibus et peccatis jam enumeratis.

Vers. 8 et 9. — Nunc autem depositis et vos omnia... Nolite mentiri invicem, etc., id est, aliis ad alium, vel aliis adversis alium. Sub nomine mendaciæ, prohibetur omnis fraus et decipio.

Vers. 10. — Et induentes novum, etc. Vetus homo est homo vitiosus, quatenus scilicet est infectus concupiscentiâ: Ad hæc vitia motus sunt actus concupiscentiæ, quæ motus iræ, quæ, superbiæ, etc. Novus homo est idem homo, quatenus spiritu et gratiâ Chri-

Vers. 10. — ET INDUCENTES NOVUM... QUI RENOVATUR IN CONSCIENTIA... Syr.: *Qui renovatur per cognitionem*. Estque sensus: Qui novus homo mente et spiritu renovatur, seu quodlibet magis ac magis proficit per cognitionem et amorem, ad imaginem Dei creatoris sui.

Peccatum elongavit à Deo, hominemque Deo dissimilem fecit; fides, charitas, religio nos appropinquat Deo, ipsique similes facit: deperditum reparat similitudinem. Alii verunt, in *cognitionem*, ut clarus Deum Deique voluntatem cognoscat et faciat, sicutque Deo creatori suo similibus fiat. Vel donec Deo fiat similis.

Observatio moralis.

Quotidie spiritu renovari debemus; magis ac magis proficere in fide, in amore, in cultu Dei, donec flammis Deo similes, vel ut flammis, etc. Ad hoc facti sumus creatura nova, ut deperdit in nobis reparatur similitudo Dei. Idem Christum, imaginem Dei induimus in baptismum, ut in illo et per illum simus imagines Dei. Hæc autem imago quotidie renovanda est, indesinenter perficienda, per actus fidei, amoris, religionis, omniumque virtutum (qui sunt actus novi hominis), donec flammis perfecte imago Dei. Ad hoc dependendus omnino vetus homo, omniaque vitia ejus. Ad hoc induendus et continue renovandus Christus in nobis, et in omnibus imitandus.

Vers. 11. — UBI NON EST GENTILIS ET JUDEUS... In quo renovatio, seu reformatio negotio, non attenditur natio, regio, natiuitas, dignitas, etc. An sis gentilis, Judæus, circumcisus, incircumcisus, Græcus, barbarus, barbaris barbarior ac Scythia, servus aut liber, etc., nihil refert. Quia Christus est omnia in omnibus, et sanctitas, et justitia, et nobilitas, et omne bonum, sicutque Christus unice attendendus. Non attenditur quis vel qualis fueris, sed quantum Christo communicaveris, seu de Christo traxeris. Vel in quo homine novo confunduntur nationes, ac qualitates, nec distinguntur gentilis à Judæo, etc., quia omnes unus sunt Christus, qui est omnia in omnibus. Omnes Christiani unus sunt Christus: Christus illis omnibus est omnia. Ergo Christus in illis unice considerandus et honorandus; depositis omni gentis odio, vel conditionis contemptu.

si renovatus est. Eum dico hominem, qui renovatur ad agnitionem, id est, ad cognoscendum mysteria revelata, et sciendum ea quæ Dei sunt; renovatur, inquam, secundum imaginem Dei creatoris sui; ut sicut in creatione sui factus est ad imaginem et similitudinem Dei per naturam suam rationalem; ita nunc ad Dei imaginem reformetur per gratiam. Est enim homo dupliciter imago Dei; per naturam et per gratiam. Imago naturæ consistit in intellectu et voluntate; imago gratiæ, in sanctitate et justitia. Sic exponit Apostolus, Ephes. 4, dicens: *Inhibite naturam hominæ, qui, etc.* Renovatur ergo hæc in eo consistit, ut deponens vitia, et sudentes virtutes, in dea claris Deum Deique voluntatem cognoscens.

Vers. 11. — Ubi non est gentilis et Judæus, circumcisus et præputium (id est, circumcisus et præputiatus) Barbarus, etc. Q. d.: In hac reformatione Christiana non refert an Judæus sis, an gentilis, an barbarus, an servus, etc., quia in omnibus ita renovatus, qui

Vers. 12, 13. — *Inserte vos ergo sicut electi Dei...* Hoc attendentes, scilicet, quod Christus est omnia in omnibus fratris vestris. Attendentes insuper, et quantis estis à Deo beneficiis affecti, quippe qui fuisistis ab eo electi, in Christo sanctificati, et electi à Deo. Ut tales et vos intimum erga fratres vestros induite affectum misericordiae, comitium, humilitatem, modestiam, etc.

Nota quod prius docuit seclera deponi, nunc docet acquiri merita. Actus veteris hominis recessit, nunc opera novi hominis.

Vers. 11. — *Super omnia autem haec, charitatem habete, quod est vinculum perfectionis, id est, perfectum, tum quia ceteris connectit et complectitur virtutes, tum quia fideles sancti et perfecti unit inter se et cum Deo.*

Vers. 15. — *Et pax Christi exultet...* Graec., *pacis virtus*. Hæc autem duo significat, palmam obtinere, seu referre; et palmam distribuere, seu adjudicare.

Nota literaria et moralis.

Hinc duplex potest esse sensus. Primus, pax Christi, seu quam Christus attulit de vobis, et ad quam nos obligavit unitas corporis Ecclesiae, cui inserti estis; palmam obtinet, superet ac vincat in cordibus vestris. Si molestia afficiamini, si quid dissensionis inter vos accidit, victrix sit non ira, non cupiditas, non superbia, sed pax christiana. Quasi diceret: Paci in primis studete; pacem omnibus antepone. Et hic sensus conformior videtur precedentibus: *Super omnia autem haec...* conformior est et Vulgatae nostrae: *Exultet, scilicet, victrix et triumphatrix de omni tum passione, tum interesse; per proprio commodo.*

Alter sensus: Pax sit quasi brabeuta in cordibus vestris; sit instar iudicis agonum, justus certaminis arbiter. Si qua inter vos sit, dissensio, certamen oriatur, litem decidat non ira, non superbia, non passio, sed amor, studiumque pacis. Hunc sensum sequitur et exhortatio D. Joan. Chrysostomus; sequitur et Theodoretus: *Habete, inquit, in corde pacem, cer-*

novum hominem, Christum scilicet, induerunt, ipse Christus est omnia, id est, omnis sanctitas, iustitia, ratio, et omne bonum, quia Christus eis communicat suam sanctitatem, iustitiam, etc.

Vers. 12. — *Induite vos ergo sicut electi Dei, sancti et dilecti, sicut docet sanctos, dilectos et electos à Deo, ad gratiam et gloriam. Viscera misericordiae, id est, misericordiam, puta visceralem misericordiam et commiserationem. Benignitatem, ut silis comes, blandi non austeri. Humilitatem, modestiam, id est, modestiam, lenitatem, patientiam, id est, longanimitatem.*

Vers. 13 et 14. — *Supportantes invicem...* *Super omnia autem haec, etc.* Id est, vinculum perfectum quia vinculum esse perfectissimum, id est, perfectio unius fideles inter se.

Vers. 15. *Et pax Christi exultet in cordibus vestris, in qua et vocati estis in uno corpore; q. d., inquit Anselmus: Gaudeat et triumphat ob pacem animi. Pax victrix instar triumphantis exultet in cordibus vestris. Pax Christi, quasi brabeuta imperet et regat animi vestri motus, gubernet corda vestra. Pax, quae quasi regina omnes affectus animae in officio continet, et passionum bella reprimit. Pax, inquit Au-*

laminii presidentem et premia distribuentem. Sequi videtur et Syrus: Pax Christi gubernet corda vestra (scilicet quasi brabeuta et agonotheta, seu praeses certaminum).

Uterque sensus docet nos Christianismum esse scholam ac professionem pacis.

In qua, seu ad quam vocati estis... Unum corpus facti sumus omnes, ut pacem habere doceamur. Pax itaque sit victrix de omnibus animi passionibus, Pax quasi regina, omnes nostri cordis affectus regat ac continet in officio. Pax quasi agonotheta certaminibus nostris praesidet, palmaeque patienti distribuit, non ulciscenti.

Et grati estote. Graec., *εὐχάριστοι, gratifici*, seu, ut ait Syrus, et *gratias agite Deo*, ob beneficia, ob patientiam, ob victoriam. Vel, ut voluit Vatablus, Erasmus post D. Hieronymum, gratias, amabiles, comes et benigni estote. Hoc enim confert ad pacem. Hic sensus, licet minus communis, hinc loco timen optior videtur, qui est de concordia et pace. Adde quod de gratia Deo habendus agit, v. 17.

Vers. 16. — *Verbum Christi habitat in vobis abundanter...* Doctrina Christi, Evangelium, verbum Dei, inhabitat in vobis cum magna abundantia, vosque opulentes facit in omni sapientia. Audite quicumque estis mundani et uxori praesitis et liberis, quomodo vobis quoque maxime mandet legere Scripturas, non leviter, nec temere, sed magno studio et diligentia, D. Chrysostomus.

Nota literaria et moralis.

Cuncta notanda sunt verba: docent quippe nos modum legendi Scripturas. *Habitat, Graec., inhabitat, residet, radicem figat: semper sit praesens. In vobis, id est, mentibus et cordibus vestris. Lex Moysi in tabulis lapideis scripta fuit: lex evangelica inscribitur in cordibus vestris. Abundanter, copiose, ita plene ac perfecte implet ac inhuat mentes vestras, ut omni sapientia pleni, illam quasi eructentes, vos invicem doceatis ac erudiatis. Hinc docetur Evangelium Christi legendum esse non leviter ac praegustum, est serenitas mentis, tranquillitas animi, simplicitas cordis, amoris vinculum, consortium charitatis.*

In qua (id est, ad quam) et vocati estis in uno corpore, id est, in unum corpus, puta in unam Ecclesiam. *Et grati estote, id est, gratiosi, amabiles estote, qui enim tales sunt, solent proximis esse benigni, misericordes, compatientes.*

Vers. 16. — *Verbum Christi habitat in vobis abundanter, id est, opulenter, copiose. Sensus est: Fides seu doctrina Christi fixam in vobis sedem habet, vosque facit locupletes et abundantes omni sapientia; hoc est, perfecti rerum divinarum cognitione, quanta in unum in hac vita sperari potest.*

Decentes et commoneantes vosmetipsos, psalmis, hymnis et canticis spiritualibus, et ita quidem ut vos invicem, id est, alii alios doceatis et commoneatis, sive exhortemini, cantendo psalmos, hymnos, et cantica spiritualia.

In gratia cantantes in cordibus vestris Deo. In gratia, inquit Chrysostomus, id est, ex gratia et alata Spiritus sancti. **In gratia**, hoc est, cum gratia et voluntate spirituali, scilicet eorum qui addunt.

cipitanter, sed cum meditatione ac reflexione, ita ut inhabitet in vobis, radicesque figat. Non raro, sed abundanter, sæpe ac multum, ita ut mentem imbuat, repleatque verâ sapientia, perfectaque rerum divinarum notitia, quam in alios possimus eructare;

DOCENTES ET COMMONEANTES. Circa psalmos, hymnos, Vide Ephes. 5, 19 et 20, in commentario.

IN GRATIA CANTANTES. satis communitè intelligitur, cum gratiarum actione, ut Ephes. 5, 19, 20, *gratias agentes*, etc. Optime etiam intelligitur, gratiosè, venustè, ita ut voluptatem spirituales vobis et aliis precoretis. Vult itaque ut jâ canant et suaviter, ita ut ex corde pio vox grata erumpens, suis mysticis cantilenis, delectationem spirituales foveat in animis.

Vers. 17. — **OMNE QUODCUMQUE FACITIS...** Sive loquamini, sive agatis, omnia facite in nomine... id est, invocato nomine Domini, et per eum cum Deo gratias agentes. Omnia nostra, seu verba, seu opera externa, seu interna, ad Dei gloriam referenda, sed in nomine et virtute Christi. Eum vocans adiutorem, eum prius orans: Res tuas aggredere, ait D. Chrysostomus. *Gratias agentes Deo et Patri per ipsum*, per eum gratiarum actio reddenda per quem et propter quem omnia nobis bona dantur à Deo. His in verbis: *Omne quodcumque facitis...* omnia in nomine Domini Jesu facite, præceptum continetur negativum, scilicet, non in nomine angelorum (quos Simoniani jubebant adorare), sed in nomine Domini Jesu Christi; non per angelos, gratias agentes Deo, sed per Jesum Christum, ita Theodoretus, D. Chrysostomus. Est etiam præceptum affirmativum, ait D. Thomas hic, sed ut impletur non est necesse quod omnia actu referantur in Deum, sed habitu. Ex D. Thomâ, videtur impleri præceptum hoc, cum opera nostra talia sunt quod in Dei gloriam cedere possunt; ait enim: Qui facit contra gloriam Dei et præcepta ejus, facit contra hoc præceptum. Perfectio autem charitatis est, et omnibus consulenda, si omnia actu, vel saltem virtute, ad Dei gloriam referantur, in nomine et virtute Christi. Sic enim omnia opera nostra laudes erunt Dei, et virtutis ac meriti rationem induent. Itaque in praxi per ipsum, cum ipso et in ipso, fac omnia. Per ipsum, ut mediatorem ac pontificem tuum. Cum ipso, ut capite

Vers. 17. — *Omne quodcumque facitis in verbo aut in opere, omnia in nomine Domini Jesu Christi. Supple, facite. Sensus Apostoli est, Christianum omnia christiane agere debere, hoc est, in omnibus actionibus suis virtutis intentione, tendere in Deum credunt et sperant, idque per meritum Christi fide apprehensum; q. d.: Propter Christum ejusque gloriam facite omnia quaecumque facitis. Omnia opera vestra talia sint, quae cedere possint in gloriam Christi, Christiisque vestrae vite et actionum sit ultimus finis.*

Gratias agentes Deo et Patri per ipsum, quia per Christi meritum omnia nobis dona salutaria à Deo Patre proveniunt.

Vers. 18. — *Mulieres, sicut estote viris, etc.* id est, sicut oportet, secundum Christi Domini legem, voluntatem, Evangelium.

Vers. 19. — *Viri, diligite uxores vestras, etc.* id est, ne silis amarolenti, morosi, difficiles adversus eas,

ut in ipso, in ipsius spiritu, motivis ac intentionibus.

Vers. 18. — *Mulieres, sicut estote viris. Graec., propriis, in Domino, sicut restrictio subjectionis. Juxta Christi legem, ac Dei voluntatem: in his quae vult Deus, scilicet in rebus honestis. Hæc fusius Ephes. 5, 22, in commentario.*

Vers. 19. — *Viri, diligite uxores vestras, et sicut estote amari esse ad, id est, erga illas. Amari, id est, difficiles, morosi, ad amaritudinem provocantes. Vide fusius conjugatorum munia, Ephes. 5, 22, in commentario, in fine capituli.*

Vers. 20. — *Fili, obedite parentibus per omnia, id est, in omnibus scilicet quae non sunt contra Deum, seu quae paternam non excedunt potestatem, Vide Ephes. 6, 1, 2 et 3.*

Vers. 21. — *Patres, nolite ad indignationem...* id est, nimia severitate et intemperata morositate irritare filios vestros, ne animam despondeant, seu animo deficiant, desperationem concipiunt. Vide fusius Ephes. 6, 4.

Vers. 22. — *Servi, obedite per omnia, id est, in omnibus.*

Domini carnalibus, id est, temporalibus, etiam ethnicis.

NON AB OCCULEN... id est, non occultem exhibitis servitutum, quasi hominibus placere studentes, sed simplicem, innocentem, sine simulatione et dolo, quasi qui Deum timent, Deumque in omnibus suis actibus testem ac judicem prospiciunt.

Vers. 25. — *Quodcumque facitis...* Obsequia vestra reddite ita libenter et alacriter, ac si Domino, non hominibus, ministraretis.

Vers. 24. — *Scientes quod à Domino...* *Syr., et scilicet, etc.* quoniam à Deo exhereditem mercedem, æternam scilicet hereditatem. Ut prompiores et in obsequiis alacriores reddat, mercedem illis promittit, non servorum, sed filiorum æternam hereditatem. A Dominis modicum servi recipiant mercedem, hereditatem vero nullam: à Domino autem mercedem æternam recipient, hereditatem æternam, ALTRIECTIONE HEREDITATIS.

CHRISTO DOMINO SERVITE. Cum à Christo Domino sed composito ac faciles vos eis præbete.

Vers. 20. — *Fili, obedite parentibus per omnia, scilicet quae non sunt contra Deum. Hoc enim placitum est in Domino, id est, apud Dominum, et coram Domino.*

Vers. 21. — *Patres, nolite ad indignationem, etc.* id est, ne animam despondeant, ne animo deficiant, atque ita resiliant ab officio, vel etiam à fide Christi suscipiant.

Vers. 22. — *Servi, obedite per omnia dominis carnalibus (temporalibus, etiam ethnicis), non ad oculum servientes, quasi hominibus placentes, vel ut hominibus placere studentes, sed in simplicitate cordis, id est, recto et simplici corde, sine simulatione.*

Timentes Deum, q. d.: Sed, inquam, Dei timorem qui videt abscondita cordis, ante oculos habentes.

Vers. 25. — *Quodcumque facitis, etc.* Libenter promptoque ac liberali animo; periode atque si Christo Domino et non hominibus, ministraretis.

tantam sitis mercedem recipitur; ergo heris vestris, velut Christo Domino, servite: seu respicite Christum tantquam vestrum Dominum, illique servite. Græc., nam Christo Domino servitis. Syr., Christo enim Domino servitis. Tuncque sensus erit: Quidni reciperetis hæreditatem æternam; christo enim Domino servitis, si piè et christiane, juxtaque Dei voluntatem, dominis vestris servitis.

Vers. 25. — Qui enim facit injuriam... Græc., at qui facit injuriam, etc. Syr., ceterum qui peccaverit, luet penas, prout peccaverit, nec est acceptio facie

Vers. 24. — Scientes quid à Domino accipietis retributionem hæreditatis. Si ergo heris ita obedatis, insinuet deo obediatis, qui retributionem æternam hæreditatis in celo servis ita obedientibus uti promisit, ita vos præstabit pro hoc eorum obsequio. Pro retributionem. Græcè est mercedem, quæ pro merito operum datur.

Corollarium pietatis, seu in hoc capite ad pietatem maximè notanda et ad praxim redigenda.

1° Ut Deo Christoque dignè vivas, frequenter attende ad spiritalium et divinam gratiam vitam, cujus factus es per Christum in baptismo participas; munda, peccatoque mortuus, vivis vitam Christi; vitam quidem cum Christo absconditâ in Deo, at verâ, reâlè, divinam, omnibus aliquando manifestandam. Hujus gratiam memor, sursum mentem et cor attolle; terrenam sperne, cœlestis quaere: ad hoc vide v. 4, et observationes morales. Ut christiane patiaris, attende ad futuram vitam quam cum Christo in sinu Dei victurus es in æternum. Hæc vita præsens non est propriè vita nostra, est alia quam in coelis cum Christo viveamus in Deo, beati, immortales, impassibiles, gloriosissimi, Christo Deoque similes. Hujus æternæ vitæ memores, nunc cum Christo patiamur, ut cum Christo simus in æternum beati in Deo. Ad omnia itaque christiana immo digne obsequia, attende quid sis et quid futurus sis. Ad hæc lege v. 5 et 4, et observationes morales.

2° Ut in Christo contineat profectus, recordare quod Christianismus sit veteris hominis exiitio, et novi hominis indutio. Utrumque in baptismo cepisti; utrum

CAPUT IV.

1. Domini, quod iustum est et æquum, servis præstare: scientes quodet vos Dominum habetis in celo.
2. Orationi instate, vigilantes in càm gratiarum actione;
3. Orantes simul et pro nobis, ut Deus aperiat nobis ostium sermonis ad loquendum mysterium Christi (propter quod etiam vincit sum).
4. Ut manifestem illud, ita ut oportet me loqui.
5. In sapientia ambulate ad eos qui foris sunt, tempus redimentes.
6. Sermo vester semper in gratiâ sale sit conditus, ut sciatis quomodo oporteat vos unicuique respondere.
7. Que circa me sunt, omnia vobis nota faciet Tycheus, charissimus frater, et fidelis minister, et cœtervus in Domino;

rum. Alii hoc de servis injustis intelligunt; alii de dominis: melius si de utriusque intelligatur, ut Ephes. 6, 8; sensus est ergo: Qui fecerit injuriam, sive servus infidelis domino suo; sive dominus in servum durus et injustus, injustitiam suam ponam recipere. Deus enim non magis dominis parcat iniquis quam servis; nec enim dominorum iniquorum potestatem reverebitur, nec servorum infidelium miseria tangetur.

Vide christianam servitutis conditiones, Ephes. 6, v. 5, 6, etc.; post v. 8, in eodem cap., v. 9, vide modum christiane dominationis.

Domino Christo servite: nam Christo Domino servitis, q. d.: Ne proinde ille Dominus, utpote fidelissimus et liberalissimus, vestrum servitium compensabit abundantissimè in futura hereditate cœlesti.

Vers. 25. — Qui enim injuriam facit, etc. Qui injuri sunt, sive domini sint, sive servi, accipiant à Deo retributionem damnationis.

Corollarium pietatis, seu in hoc capite ad pietatem maximè notanda et ad praxim redigenda.

que per totam vitam perficiendam est. Mortificate ergo veteris hominis membra, quæ sunt in vobis, v. 5; deponite et vos, v. 8. Et induentes novum, v. 10, induite vos ergo, etc., v. 12. Hos versus lege, et videbis quod utrumque sit jugiter faciendum, et quod juxta veteris hominis morem novus homo vivat, et consequenter ut perfectior christianus eris, quò perfectius Adamo reconvalesceris.

3° Ut paci cum omnibus habendo studeas, et pacificè vivas, attende ad cœlestem D. Pauli doctrinam, v. 15. Pax Christi, pax quam Christus attulit de celo; pax ad quam per baptismum vocati estis, exaltet in cordibus vestris, victrix et triumphatrix de omnibus sinui passionibus. Quasi regina, omnes vestri cordis affectus regat; quasi agonizans, certaminibus vestris præsideat, palmamque patienti distribuât. Vide v. 15 explicationem, etc.

4° Ut omni sapientiâ christiani replearis, Christusque Dei Verbum abundanter inhiabit in te, lege, relege sanctam ejus Evangelium, eo modo quæsi præscribit Apostolus. Vide v. 16, et notas litterales et morales.

CHAPITRE IV.

1. Vous, maîtres, rendez à vos serviteurs ce que l'équité et la justice demandent de vous, sachant que vous avez aussi hier qu'eux un maître dans le ciel.
2. Persévérez et veillez dans la prière, en accompagnant d'actions de grâces.
3. Priez aussi pour nous, afin que Dieu nous ouvre une entrée pour prêcher sa parole, et pour annoncer le mystère de Jésus-Christ, pour lequel je suis dans les liens.
4. Et que je le découvre aux hommes de la manière que je dois le découvrir.
5. Conduisez-vous avec sagesse envers ceux qui sont hors de l'Eglise, en rachetant le temps.
6. Que votre entretien émet toujours, accompagné d'une douceur diligente, soit assaisonné du sel de la discrétion; en sorte que vous sachiez comment vous devez répondre à chaque personne.
7. Mon très-cher frère Tycheus, fidèle ministre du Seigneur et mon compagnon dans le service que je lui rends, vous apprendra tout ce qui regarde l'état où je suis.

8. Quem misi ad vos ad hoc ipsum ut cognoscat que circa vos sunt, et consoletur corda vestra.

9. Cum Onesimo, charissimo et fideli fratre, qui ex vobis est. Omnia quæ hic aguntur nota facient vobis.

10. Salutat vos Aristarchus concaptivus meus, et Marcus consobrinus Barnabæ, de quo accepistis mandata; si venerit ad vos, excipite illum;

11. Et Jesus, qui dicitur Justus, qui sunt ex circumcissione; hi soli sunt adjutores mei in regno Dei, qui mihi fuerunt solatio.

12. Salutat vos Epaphras, qui ex vobis est, servus Christi Jesu, semper sollicitus pro vobis in orationibus, ut stetis perfecti, et pleni in omni voluntate Dei.

13. Testimonium eam illi perhibeo, quod habet multum laborem pro vobis, et pro iis qui sunt Laodicæ, et qui Hierapoli.

14. Salutat vos Lucas medicus, charissimus, et Demas.

15. Salutet fratres qui sunt Laodicæ, et Nympham, et quæ in domo ejus est Ecclesia.

16. Et cum lecta fuerit apud vos epistola hæc, facite ut et in Laodicensium Ecclesiâ legatur; et eam quæ Laodicensium est, vos legatis.

17. Et dicite Archippo: Vide ministerium quod accepisti in Domino, ut illud impleas.

18. Salutatio, meâ manu Pauli. Memores estote vinculorum meorum. Gratia vobiscum. Amen.

ANALYSIS.

§ 1. Dominus hortatur ad æquitatem et benignitatem in servis. Deinde rectus ad officia omnibus commenda.

§ 2, 5 et 4, fideles omnes hortatur ad orationis instantiam, coepte rogat ut et pro se Paulo deprecetur, ut et illi Deus operari ad intrepidè et convenienter annuntiandum evangelium Incarnationis mysterium.

§ 5 et 6, hortatur eos ad contem et circumspectam inter gentes conversationem, et ad gratiam et prudentiam in loquendo.

§ 7, 8 et 9, à Tycheo, hujus epistolæ bujulo, scient

PARAPHRASIS.

1. Heri, servis vestris exhibeo quod iustum est et æquum, scientes quod vos quoque Dominum habetis in celo.

2. In oratione perseverate, et vigilate cum gratiarum actione.

3. Orate etiam pro nobis, ut Deus auferens impedimenta, libertatem det predicandæ salutis humanæ mysterium per Christum (propter quod mysterium vinculis nunc constringor);

4. Et ut illud aptè et convenienter annuntiem.

5. Prudenter et providè converserimini cum ethnicis ad Ecclesiam non pertinentibus, temporis opportunitate benè utentes.

6. Sermo vester sit semper sapientiæ sale, cum gratiâ, seu gratâ juvenilitate conditus; ita ut sciatis quomodo unicuique loqui et respondere debeatis.

8. Et je vous, ai envoyé exprès, afin qu'il apprenne l'état où vous êtes, et qu'il console vos cœurs.

9. J'envoie aussi Onesime, mon très-cher et fidèle frère, qui est de votre pays. Vous savez par eux tout ce qui se passe ici.

10. Aristarque, qui est prisonnier avec moi, vous salue; et Marc, cousin de Barnabé, sur le sujet duquel on vous a écrit: s'il va chez vous, recevez-le bien.

11. Jésus aussi, appelé le Juste, vous salue. Ils sont du nombre des fidèles circumcisis; ce sont les seuls qui travaillent maintenant avec moi pour avancer le royaume de Dieu, et qui ont été ma consolation.

12. Epaphras, qui est de votre ville, vous salue: c'est un serviteur de Jésus-Christ, qui combat sans cesse pour vous dans ses prières, afin que vous demeuriez fermes et parfaits; et que vous accomplissiez pleinement tout ce que Dieu demande de vous.

13. Car je puis bien lui rendre ce témoignage, qu'il a un grand zèle pour vous, et pour ceux de Laodicée et de Hierapoli.

14. Luc, médecin, notre très-cher frère, et Demas vous saluent.

15. Saluez de ma part nos frères de Laodicée, et Nymphas, et l'Eglise qui est dans sa maison.

16. Et lorsque cette lettre aura été lue parmi vous, avez soin qu'elle soit lue aussi dans l'Eglise de Laodicée, et qu'on vous fise de même celle des Laodicensiens.

17. Dites de ma part à Archippe: Considérez bien le ministère que vous avez reçu du Seigneur, afin d'en remplir tous les devoirs.

18. Moi Paul, j'écris de ma propre main cette salutation. Souvenez-vous de mes liens. La grâce soit avec vous. Amen.

ANALYSIS.

que circa ipsum Romæ gerantur; quem ut eos cum Onesimo mittit ut et ipso consoletur.

§ 10, 11, 12, 13, 14, suo, et aliorum qui ei aderant, nomine variis salutet Colossas.

§ 15, 16, salutet et fideles Laodicenses, hancque epistolam vult et in eorum Ecclesiâ legi.

§ 17, Archippum monet attendere ad ministerium quod accepit à Domino.

Denique propriâ manu subsignans rogat ut vinculorum illius sint memores, eisque Dei gratiam apprecentur.

7. Tycheus, charissimus frater meus, qui mecum Domino servit, estque fidelis illius minister, certiores vos reddet eorum que circa me sunt.

8. Illum ad vos misi, ut cognoscat (mihi que referat) quomodo se habeant res vestra, et ut vos consoletur.

9. Misi, inquam, cum Onesimo clarissimo et fideli fratre, qui et Colossensis est. Uterque vobis nota faciet omnia que hæc apud nos sunt.

10. Aristarchus, qui mecum captivus est, salutet vos, et Marcus Barnabæ consobrinus, de quo Marco commendatibus recepistis litteras; illum itaque recipite benevolè si ad vos ierit.

11. Et Jesus, qui vocatur Justus, salutet vos. Hi tres Judæi sunt, et illi soli me adjuvârè solent

in predicando regno Dei, mihiq; magno fuerint saluto.

12. Salutatio vos Epaphras, Colossensis, servus Jesu Christi, et qui pro vobis orat assidue, ut perfectè et plenè adimpleatis omnem Dei voluntatem.

13. Testor enim vobis de eo, quod zelum plurimum habest pro vobis et pro istis qui sunt Laodiceæ et Hierapoli.

14. Lucas medicus, mihi charissimus, et Demas salutatio vos.

15. Salutate fratres qui sunt Laodicea, et Nympham.

VERS. 1. — DOCTRINAM QUOD JUSTUM EST... Hic versus à multis reperitur in epistole tercio, et hinc; ceterum enim precedentes. Græcè: *Domini, instans et equalitatem acris præstante et istis, emulitatem, equalitatem, ut Epaphras. Hinc illis quod justum est, voluntatem, et cetera necessaria, et sequitur erga illos servare; ab illis operas exigit cum moderatione, et unicuique quod illi convenit, proportionem servat, tribuit.*

SCIENTES QUOD ET VOS DOMINUM HABETIS IN CELO, qui vos prospectat, quicquid vobiscum ager quomodo cum servis vestris egeritis. Quales erga servos vestros fueritis, talis erga vos Dominus vester et Dominus omnium erit. *In quâ mensurâ mensi fueritis...* Matth. 7. 2. Marc. 4. 24. *Non est acceptio personarum...* Rom. 2. 11; Ephes. 6. 9. Ergo non tam dominos vos existimate quàm conservos.

VERS. 2. — ORATIONI INSTATE... Redit ad officia omnium communia. Omnes orationi vacent instanter, attentè et gratias agant incessanter.

Triplex hic notatur orationis conditio: Prima, sit instans, assidue, perseverans. Secunda, sit vigil, attentè, devotè. Tertia, sit gratia, humilis, modestè beneficiorum. Omnes, etiam laici (omnibus enim loquitur Apostolus), timent assidue et incessanter. Oratio quippe cælestis est fistula per quam gratia Dei ad nos descendit. Et quia gratia semper egemus, hinc assidue orandum. Urent attentè, devotè, reverenter et vigilantes: Deum quippe, entium et secularium Regem alloquimur, nos qui nihilum, mera dependentia, sumus. Orant humiliter et gratè, præteritorum memorè: gratitudinè quippe de præteritis beneficiis, et fiducia in futuri postulatione, misericordem Dei manum appetunt.

VERS. 1. — DOMINI, QUOD JUSTUM EST ET ORATIONI PRÆSTANTE. Monet ut non solum prædicant servis id quod eis iure debetur, veluti victum et vestitum, verum etiam ut equos et humeros suis exhibeant; ne omnino debitum servituti ad amissionem exigant, ut contra coram deum tibi rigide possint.

VERS. 2. — ORATIONI INSTATE, id est, in oratione perseverate, vigilant in eâ in gratiarum actione.

VERS. 3. — ORANTES SIMUL ET PRO NOBIS, ut Deus aperiat nobis osimum sermonis ad loquendum mysterium Christi, ut faciat nos operari os meum ad proferendum mysterium salutis huiusmodi per Christum.

Propter quod etiam vincitis eum. Relativum quod aut ad mysterium Christi referitur, notat totum complexum illud, quod est Iugum mysterium Christi.

VERS. 4. — UT IUSTITIAM ILLUD SIT UT OPERET ME LOQUI;

plam, et Ecclesiam, que in illis adhibet est. 10. Et cum apud vos lecta fuerit hæc Epistola, efficit ut in Ecclesia quoque Laodicensium legatur; et eam que Laodicensium est legat.

17. Et Archippo dicite: Attende ministerio quod accepisti à Domino, ut diligenter illud adimpleas.

18. Salutationem meam hæc propriâ manu volis adscribo. Memores estote vinculorum meorum. Gratia vobiscum. Amen.

COMMENTARIA.

rii. Hæc gratiarum actio pars est orationis maxima.

VERS. 3. 4. — ORANTES SIMUL ET PRO NOBIS, ET DEUS APERIAT NOBIS OSIMUM SERMONIS... Non ostium carceris, sed ostium sermonis: det opportunitatem liberè prædicandi Evangelium Christi, seu salutis humanæ mysterium per Christum; et ut illud mysterium (PROPTER QUOD VINCITIS EUM) aptè et convenienter annuntiet. Duo conditioni apostolice sunt necessaria, scilicet salutaria loqui, et illa convenienter ad suadendum loqui. Utraque suis et fidelium orationibus postulet à Spiritu sancto, cuius est os concionatoris et corda audientium aperire.

VERS. 5. — IN SAPIENTIA AMBULATE... Docet quomodo erga ethnicos agere debeant: scilicet, cum magnè prudentiâ vitantes omnia que possent eorum animos offendere, ne quæ sit intempestiva vexatio, que pacem Ecclesie evertat, et libertatem Deo servienti et Evangelium promovendi eripiat.

TEMPUS REDIMENTES. Vide dicta ad Ephes. 5. 16.

VERS. 6. — SERVO VESTER SEMPER IN GRATIA, id est, sermo vester sit suavis ac sapidus: unicuique respondens frontè necessitas et circumstantiæ postulant.

Non minus coniter loquendum quàm prudenter. Talis sit præcipue sacerdotum ac religiosorum loquela, comis et prudens: non in ministerio tantum, sed et in omni, etiam familiari, conversatione. Maxime prorsus et adificam. talia colloquia. D. Chrysostomus, hæc, Epist. Ad Coloss. cap. 4, paginâ 242 et 245, comitatem docens et prudentiam, multa tradit axiomata utilia, v. gr: Si absque periculo colere oportet, scilicet est Colossensis, quales et vos estis. Omnia que hic aguntur, nota facient vobis, scilicet ii quos dixi, Tychicus et Onesimus.

VERS. 9. — CUM ONESIMO CHARISSIMO, ET FIDELI FRATRE, qui ex vobis est, id est, qui ex vestra gente et urbe, scilicet est Colossensis, quales et vos estis.

VERS. 10. — SALUTATIO VOS ARISTARCHUS CONCEPTUS MEUS. Hic erat Macedo Thessalonicensis, comes Pauli, Act. 19. 20 et 27.

VERS. 11. — HI SOLI SUNT ADIUTORES MEI IN REGNO DEI, id est, in predicatione Evangelii, quod est via ad regnum Dei cælestis, etc.

QUI MIHI FUERUNT SOLATIO; tales, inquam, qui mihi

dem, hom. undecimâ, in cap. 4 Coloss., pag. 245. docet quod divitibus et principibus magis se demittere et accommodare oporteat, quia illorum animi sunt imbecilliores, ut qui timent et diffidunt. Cum pauperibus verò majori loquendi libertate utendum, quia pauperum et inferiorum solidiores et prudentiores animi (id est, ut quidem reor, patientiores, et in virtute plerumque exercitiores). In utrisque edificatio spectanda: non propter divitias magis honorandus dives, sed propter imbecillitatem magis ferendus.

VERS. 7. — QUE CIRCA ME SUNT, OMNIA VOBIS NOTA FACIET TYCHICUS. Vide paraphrasim.

VERS. 8. — QUEM MIHI AB VOS AD HOC IPSUM, UT... Vide paraphrasim.

VERS. 9. — CUM ONESIMO CHARISSIMO ET FIDELI FRATRE. Vide paraphrasim. Sed post Theodoretum in his versiculis nota D. Pauli prudentiam Tychicum mittentis ad consolandum et docendam Colossensem Ecclesiam; Onesimum verò ex servo fugitivo recens factum Christianum mittentis non ut doceat, vel hortetur, sed ut cum Tychico de rebus Pauli certiores reddat Colossenses. Hinc iugendum quem mihi ad vos cum Onesimo... Tychicum quidem et cognoscat ET CONSOLLETUR... Onesimum verò ut Tychico nota faciat QUE BIC AGUNTUR. In isdem versibus D. Chrysostomus notat et miratur D. Pauli modestiam et humilitatem servum vocantis fratrem suum. Qui in regnum celorum prius tenebat, qui fuit coronatus, qui in tertium ascendit cælum, servos fratres vocat et conservos. Ubi est insania? Ubi arrogantia? Deprimamus omnes fastum; conculcemus arrogantiam.

VERS. 10. — SALUTATIO VOS ARISTARCHUS CONCEPTUS MEUS. Hic erat Macedo Thessalonicensis, comes Pauli, Act. 19. 20 et 27.

VERS. 11. — HI SOLI SUNT ADIUTORES MEI IN REGNO DEI, id est, in predicatione Evangelii, quod est via ad regnum Dei cælestis, etc.

QUI MIHI FUERUNT SOLATIO; tales, inquam, qui mihi

VERS. 12. — SALUTATIO VOS EPAPHRAS, QUI EX VOBIS EST, SERVUS CHRISTI IESU, SEMPER SOLICITUS PRO VOBIS IN ORATIONIBUS, id est, cum orationibus, quibus mirum hic peletur quod sequitur:

UT STATIS PERFECTI, ET PLANI IN OMNI VOLUNTATE DEI, id est, in omni eo in quo vult Deus vos esse perfectos et plenos, scilicet in sapientiâ et vitâ Christianâ.

VERS. 13. — TESTIMONIUM ENIM ILLI PERIBO, QUOD HABET MULTUM LABOREM PRO VESTIS, id est, studium cum annulatione, quale est de sponsi vel paranymphe pro sponsâ.

VERS. 14. — SALUTATIO VOS LUCAS, MEDICUS, ET DEMAS. Hieronymus tradit Lucam evangelistam medicum fuisse; et cum ipsam, cuius hic mentio est. Et Demas. Baronius existimat eum, Paulo ad tempus derelicto, postea Romanam ad ipsum redisse, atque in vinculis constituto rursus ministrasse.

VERS. 15. — SALUTATIO FRATRES QUI SUNT LAODICEA, ET QUI NYMPHAM. Erant hæc civitates Colossis vicinæ.

VERS. 16. — ET CUM LECTA FUERIT... Vide paraphrasim.

VERS. 17. — ET CUM LECTA FUERIT... Vide paraphrasim.

VERS. 18. — ET CUM LECTA FUERIT... Vide paraphrasim.

VERS. 19. — ET CUM LECTA FUERIT... Vide paraphrasim.

VERS. 20. — ET CUM LECTA FUERIT... Vide paraphrasim.

VERS. 21. — ET CUM LECTA FUERIT... Vide paraphrasim.

VERS. 22. — ET CUM LECTA FUERIT... Vide paraphrasim.

VERS. 23. — ET CUM LECTA FUERIT... Vide paraphrasim.

VERS. 10. — SALUTATIO VOS ARISTARCHUS... Vide paraphrasim. De quo accepisti mandata... non Barnabæ, tanti quippe nominis erat in totâ Ecclesia ut commendatiis literis non indigeret, sed Marco Joanne, qui talibus indigebat literis ob id quod narratur Act. 15. v. 39. Sed à quo accepterant mandata? Fortassis à Barnabæ, ait D. Chrysostomus; Barnabæ autem commendationi D. Paulus jungit et suam, ut manifestet quod sit jam charus.

VERS. 11. — ET JESUS QUI DICITUR... Vide paraphr. HI SOLI SUNT ADIUTORES MEI... Græcè: *Hi soli cooperarii ad regnum Dei*, id est, soli cooperarii mei in predicando Evangelio, per quod stabilitur regnum Dei in hominibus, et homines discunt acquirere regnum Dei.

VERS. 12. — TESTIMONIUM ENIM ILLI PERIBO, QUOD HABET MULTUM LABOREM PRO VESTIS, id est, studium cum annulatione, quale est de sponsi vel paranymphe pro sponsâ.

VERS. 13. — TESTIMONIUM ENIM ILLI PERIBO, QUOD HABET MULTUM LABOREM PRO VESTIS, id est, studium cum annulatione, quale est de sponsi vel paranymphe pro sponsâ.

VERS. 14. — SALUTATIO VOS LUCAS, MEDICUS, ET DEMAS. Hieronymus tradit Lucam evangelistam medicum fuisse; et cum ipsam, cuius hic mentio est. Et Demas. Baronius existimat eum, Paulo ad tempus derelicto, postea Romanam ad ipsum redisse, atque in vinculis constituto rursus ministrasse.

VERS. 15. — SALUTATIO FRATRES QUI SUNT LAODICEA, ET QUI NYMPHAM. Erant hæc civitates Colossis vicinæ.

VERS. 16. — ET CUM LECTA FUERIT... Vide paraphrasim.

VERS. 17. — ET CUM LECTA FUERIT... Vide paraphrasim.

VERS. 18. — ET CUM LECTA FUERIT... Vide paraphrasim.

VERS. 19. — ET CUM LECTA FUERIT... Vide paraphrasim.

VERS. 20. — ET CUM LECTA FUERIT... Vide paraphrasim.

VERS. 21. — ET CUM LECTA FUERIT... Vide paraphrasim.

VERS. 22. — ET CUM LECTA FUERIT... Vide paraphrasim.

VERS. 23. — ET CUM LECTA FUERIT... Vide paraphrasim.

VERS. 24. — ET CUM LECTA FUERIT... Vide paraphrasim.

VERS. 25. — ET CUM LECTA FUERIT... Vide paraphrasim.

VERS. 26. — ET CUM LECTA FUERIT... Vide paraphrasim.

VERS. 27. — ET CUM LECTA FUERIT... Vide paraphrasim.

VERS. 28. — ET CUM LECTA FUERIT... Vide paraphrasim.

VERS. 29. — ET CUM LECTA FUERIT... Vide paraphrasim.

ET TAN QUA LAODICENSIS EST... GREG. 787 de Auz-
casius, cum quo ex Laodicea. D. Chrysostomus et
 Theodoretus id notantur iisdem verbis: Non dixit
 cum quo est ad Laodicenses, sed quo scripta est à
 Laodicea, ita D. Chrysostomus et Theodoretus. Iidem
 Patres opinantur Laodicenses ad Paulum scripsisse.
 Et in hoc sensu non male hanc Epistolam noster inter-
 pres vertit, *cum quo Laodicensium est*; epistola enim
 eius est à quo scripta fuit. In qua opinione dicendum
 est quod unice et eadem Epistola D. Paulus respondit
 Laodicis sibi scribentibus, et succurrit Colossensi-
 bus non scribentibus, sed eodem modo cum his labo-
 rantibus. Alii tamen volunt quod reverà D. Paulus
 ad Laodicenses scripsit, summo Epistolam Colos-
 sensibus communicari voluerit; sed quid hanc Epi-

VERS. 17. — *Et dixit Archippo, etc.* Ut sensus sit:
 Dicite Archippo vestro Ecclesiam presbytero, ut mi-
 nisterium sibi ab Epaphra discendente inunctum in
 his que nomini sunt, probe ac diligenter exequatur.
 Certe Apostolus in Epistola ad Philemonem vocat
 eum committionem suam.

VERS. 18. — *Salutatio, mea manu Pauli.* Hæc verba
 cum his que sequuntur usque ad finem, affirmant Pauli
 sua manu se scripsisse loco salutationis, quæ
 claudi solet epistola. Nam reliquam Epistolam totam

Corollarium pietatis, seu in hoc capite ad

- 1^o Ex v. 2, discite quomodo orandum; assidue, at-
 tente, humiliter.
- 2^o Ex v. 5 et 6, discite quomodo conversandum; re-
 dente et comiter. Ibidem vide quedam hæc de pre-
 D. Joannis Chrysostomi axiomata.

stola fuerit deperdita; que enim sub hoc nomine ap-
 pareret, ab antiquis Patribus fuit semper reprobacha.
 Alii putant quod hæc Laodicensium Epistola, de qua
 hic, sit eadem ac Epistola ad Ephesios, que ad utram-
 que Ecclesiam, Ephesinam et Laodicensem fuerit di-
 recta, sed quia Laodicea Colossis propior erat quam
 Ephesus, ideò maluit Apostolus inde trahi exemplar
 Epistolæ: hæc in re nihil certum.

VERS. 17. — *ARCHIPPO MATRE...* Baronius Epaphram
 putat episcopum Colossensem, Archippum verò dia-
 conum. Alii Epaphre coadjutorem, et tandem succes-
 sorem.

VERS. 18. — *SALUTATIO MEA...* Hincque per aman-
 nentem scripsit Apostolus, hic propria manu scri-
 psit et salutavit. MEMORES ESTOTE VINCULORUM, etc.

Ipsa dicente scriptam ab alio quopiam fuisse, existi-
 mandum est.

Memores estote vinculorum meorum. Clarum est in
 carcere scriptam esse hanc Epistolam. Quod autem
 rogat ut vinculorum suorum memores sint, non sua
 causa facit, quasi subsidium tacite postulans; sed ut
 confirmarentur in fide, pro qua viderent ipsam tanta
 pati.

Gratia vobiscum. Athen. Græci codices hæc subscri-
 bunt: *Scripta è Romæ per Psychicum et Onacimum.*

*pietatem maxime notanda, et ad praxim
 redigenda.*

5. Memore apostolorum Pauli vinculorum, gratias
 agere deo, qui talem toti Ecclesie, et consequenter
 tibi, deisti apostolum, qui ob Evangelium ligatus, et
 de sui liberatione non sollicitus, nihil nisi nostram do-
 ctrinam et salutem curabat; v. 18; v. 5 et 4.

IN PRIMAM AD THESSALONICENSES EPISTOLAM

Prefationes.

Thessalonica, que nunc Salonica dicitur, totius
 Macedonia metropolis erat.

Aetorum cap. 17, narrat D. Lucas quomodo apo-
 stolus Paulus in urbem advenit, Evangelium
 in Judæorum synagoga, per tria sabata predicav-
 rit; utriusque quidem Judæus, magna verò gentium
 multitudinem, et plures præsertimobiles matronas,
 ad fidem convertit.

Thessalonicensium civitas Macedonia metropolis
 fuit, apud quos Paulus, postea quam Philippus digne-
 sus esset, Evangelium Christi non sine fructu prædi-
 cavit, etsi Judæis insano studio contra intentibus,
 quemadmodum refertur Act. 17. Hos igitur recenter
 conversos, quod inter domesticas persecutiones in
 accepta fide constantes permississent, missa ad eos
 Epistola, collaudat, et Deo gratias agit: in primis suæ
 personæ commendationem admittens, ut qui non, so-

Ibidem narratur quomodo, hæc de causa, iudex
 Paulo et Evangelio invidentes, seditionem in eum
 concitarent: quam ut declinaret beatus Apostolus,
 à Thessalonica per noctem profectus, venit Beream,
 à Berea antem navigavit Athenas.

Ex hujus Epistolæ capite tertio, x. 2, discimus quid
 D. Paulus, licet absens, Thessalonicensium tamen
 curam semper gerens, eorumque salutis ardenti de-

lirum parè atque sincerè Christum iis annuntiasset,
 verum etiam ne eos gravaret, à sumptu accipiendò
 abstinisset. Quod cur commemoret, ex 2 Epist-
 oleris intelligitur. Et hæc quidem agit 1, 2 et 3 ca-
 pitulis. Max subiungit præcepta vite christiane; ut
 conjugio castè nuntur, et illudimam corruptelas lu-
 dicande ab immoderata tristitia qua mortuos lugebant
 quasi qui omninò perissent, eos revocet, et certis-

siderio pressus, Athenis ad eos Timotheum misit ut
 eos in fide firicaret, et contra omnes adversariorum
 machinationes munitet.

Timotheus ad Paulum reversus (redit autem non
 Athenas, ubi Paulus non demoratur est, sed Corin-
 thum, in qua diu permansit, ut patet ex Act. 18).
 Timotheus ergo ad Paulum reversus, laudavit The-
 ssalonicensium fidem inextinguibilem, ut Theodoretus
 dixit tamen eos opus habere aliquà exhortationis do-
 ctrinâ, de quibusdam questionibus que apud eos mo-
 vebantur.

Ob talem nuntium gaudet Apostolus, optatque
 Thessalonicenses revisere; interim hæc ad eos scri-
 bit Epistolam.

In ejuâ primo capite laudat eorum constantiam in
 fide, et patientiam in adversis.

In secundo, ut ad perseverantiam excitet, in me-
 moriam eis revocat quanta sinceritate, quantoque
 zelo ipsæ Evangelium prædicaverit.

simâ spe resurrectionis consolatur; cuius et modum
 describit. Postremo capite, ex eo quod tempus resur-
 rectionis ac iudicii divini incertum sit atque incogita-
 tum, admonet vigilantium esse, sanctique operibus
 inestibendum, ne iudicii dies imparatus opprimit.
 Quo loco addit, et alia quedam præcepta, brevità quid-
 em sed utilitate præcipua. Hanc Epist. inter omnes
 Paulinas tempore primam esse censet ejus commen-
 tator Anselmi titulo, cui Baron. anno Christi 52, § 22,
 aliquo docti fidei suffragator. Constat enim scri-
 ptam esse non multo postquam ad fidem conversi
 essent Thessalonicenses. Nam quod in vulgari argu-
 mento Latiorum codicum scribitur missa per Onesi-
 mum, scilicet eum quem Paulus Romæ Christo genuit
 in vinculis, prorsus non potest consistere cum his que
 dicuntur in hæc Epist. de Timotheo ex Athenis ad
 Thessalonicenses misso. Cum enim Paulus Athenas
 pervenisset, atque illic ad se Timotheum à Berea
 Macedonia accessisset, ut habetur Act. 17, sollicitus
 ac metuens Thessalonicensibus, ne propter afflictio-

In tertio, narrat quomodo eorum desiderio pressus,
 Athenis miserit ad illos Timotheum; et quomodo,
 cogitâ ex Timotheo ad se reverso eorum in fide con-
 stantia, mirè gaudeat, ob id Deo gratias agit, necque
 Deum, ut eos revisere et in fide perficere sibi concedat.

In quarto, hortatur ad castitatem, ad fugam otii,
 ad honestum laborem; mortis propositum solam, scilicet
 mortuorum resurrectionem, ejus modum exponit
 et ordinem.

In quinto, ob incertitudinem diei iudicii, hortatur
 ad vigilantiam et ad omnia bona opera.

Græca et Syra in fine Epistolæ habent quid hæc
 Epistola scripta sit Athenis; sed Baronius, an. 82,
 probat scriptam fuisse Corinthi.

Omnium Epistolarum quas scripsit Apostolus hæc
 primam esse affirmat D. Chrysostomus, Theodoretus,
 Baronius, quibus viri docti subscribunt.

nes, quas post ipsius discessum ab adversariis fidei
 pertinetur, animo commoverentur; rursum ad eos
 Athenis alium agens Timotheum misit, ut eos in
 fide confirmaret, atque in tribulationibus consolaretur;
 quemadmodum ipse, cap. 3, hujus Epist. testatur.
 Porro Timotheus non Athenas, ubi Paulus non diu
 moratus fuit, sed Corinthum à Thessalonica ad quam
 rediit una cum Sila, sicut Act. lib. narrat cap. 18.
 Atqui post adventum Timothei à Thessalonicensibus
 reversi scriptam esse hæc epist. ex eodem cap. 3
 manifestum est. Ex quibus plane colligitur, esse primam
 omnium scriptam esse (quæ hinc invenitur Epistolam
 Pauli scriptam ante id tempus, et è Corintho mis-
 sam, non autem ex Athenis, ut habet Græcorum co-
 dicum typographicè, tamen cum ad venientem Alima-
 nus in Synopsi, et Theodoretus in Præfat. Epist.
 Pauli, alique nonnulli, falsum etiam aliud, quod
 misit sit per Timotheum, ut in editione Syriacâ aser-
 bitur. Nam Timotheus noster eorum est à quibus
 Epist. mittitur, nil liquet ex ejus initio quod hæc

CAPUT PRIMUM.

1. Paulus, et Silvanus, et Timotheus, Ecclesie The-
 ssalonicensium, in Deo Patre, et Domino Jesu Christo.

2. Gratia vobis, et pax. Gratias agimus Deo, sem-
 per pro omnibus vobis, memoriam vestri facientes in
 orationibus nostris sine intermissione,

3. Memores operis fidei vestre, et laboris, et cha-
 ritatis, et sustinentiæ spei Domini nostri Jesu Christi,
 ante Deum et Patrem nostrum :

4. Scientes, fratres dilecti à Deo, electionem vestram;

5. Quia Evangelium nostrum non fuit ad vos in ser-
 mone tantum, sed et in virtute, et in Spiritu sancto, et
 in plenitudine mullâ, sicut scitis quales fuerimus in
 vobis propter vos.

6. Et vos imitatores nostri facti estis, et Domini, ex-
 cipientes verbum in tribulatione nulla, cum gaudio
 Spiritus sancti :

7. Ita ut facti sitis forma omnibus credentibus in
 Macedonia et in Achaia.

8. A vobis enim difflatus est sermo Domini non
 solum in Macedonia et in Achaia, sed et in omni loco

CHAPITRE PREMIER.

1. Paul, Silvan et Timothée, à l'Eglise de Thessa-
 lonique, qui est en Dieu le Père et en Notre-Seigneur
 Jésus-Christ.

2. Que la grâce et la paix soient avec vous. Nous
 rendons sans cesse grâces à Dieu pour vous tous, nous
 souvenant continuellement de vous dans nos prières,

3. Et nous représentons, devant Dieu qui est notre
 Père, les œuvres de votre foi, les travaux de votre
 charité, et la fermeté de l'espérance que vous avez en
 Notre-Seigneur Jésus-Christ ;

4. Car nous savons, ô frères chéris de Dieu, quelle
 a été votre élection ;

5. Parce que la prédication que nous vous avons
 faite de l'Evangile n'a pas été seulement en paroles,
 mais elle a été accompagnée de miracles, de la vertu
 du Saint-Esprit, et d'une grande abondance de grâces.
 Vous savez aussi de quelle manière nous avons agi
 parmi vous pour votre salut.

6. Et vous, vous êtes devenus nos imitateurs et
 les imitateurs du Seigneur, ayant reçu la parole par
 de grandes afflictions, avec la joie du Saint-Esprit.

7. De sorte que vous avez servi de modèle à tous
 ceux qui ont embrassé la foi dans la Macedonia et
 dans l'Achaie.

8. Car non seulement vous êtes cause que la pa-
 role du Seigneur s'est répandue avec éclat dans la
 Macedonia et dans l'Achaie, mais même la foi que

ET TAN QUA LAODICENSIS EST... GREG. 787 de Anacletis, cum quo ex Laodicea. D. Chrysostomus et Theodoretus id notantur iisdem verbis: Non dixit enim que est ad Laodicenses, sed que scripta est ad Laodicea, ita D. Chrysostomus et Theodoretus. Iidem Patres opinatur Laodicenses ad Paulum scripsisse. Et in hoc sensu non male hanc Epistolam noster interpret verit, cum qua Laodicensium est; epistola enim ejus est à quo scripta fuit. In qua opinione dicendum est quod unice et eadem Epistola D. Paulus respondit Laodicis sibi scribentibus, et succurrit Colossensibus non scribentibus, sed eodem modo cum his laborantibus. Alii tamen volunt quod revera D. Paulus ad Laodicenses scripsit, summo Epistolam Colossensibus communicari voluerit; sed quid hanc Epistolam fuerit deperdit; que enim sub hoc nomine apparet, ab antiquis Patribus fuit semper reprobanda. Alii putant quod hanc Laodicensium Epistola, de qua hic, sit eadem ac Epistola ad Ephesios, que ad utramque Ecclesiam, Ephesinam et Laodicensem fuerit directa, sed quia Laodicea Colossis propior erat quam Ephesus, ideo maluit Apostolus inde trahi exemplar Epistolæ: hæc in re nihil certum.

VERS. 17. — ARCHIPPO MATRE... Baronius Epaphram putat episcopum Colossensem, Archippum vero diaconum. Alii Epaphre coadjutorem, et tandem successorem.

VERS. 18. — SALUTATIO MEA... Hincque per amanuensium scripsit Apostolus, hic propria manu scribit et salutem. MEMORES ESTOTE VINCLORUM, etc.

Corollarium pietatis, seu in hoc capite ad redigenda.

- 1° Ex v. 2, discite quomodo orandum; assidue, attentè, humiliter.
- 2° Ex v. 5 et 6, discite quomodo conversandum; prout et comiter. Ibidem vide quedam hæc de re D. Joannis Chrysostomi axiomata.

ipso dicente scriptam ab alio quopiam fuisse, existimandum est.

Memores estote vinculorum meorum. Clarum est in carcere scriptam esse hanc Epistolam. Quod autem rogat ut vinculorum suorum memores sint, non sua causa facit, quasi subsidium tacite postulans; sed ut confirmarentur in fide, pro qua viderent ipsam tantam præ.

Gratia vobiscum. Athen. Græci codices hæc subscribunt: Scripta è Romæ per Psychicum et Onocimum.

pietatem maxime notanda, et ad præxim redigenda.

5. Memore apostolorum Pauli vinculorum, gratias agere deo, qui talem toti Ecclesie, et consequenter tibi, deisti apostolum, qui ob Evangelium ligatus, et de sui liberatione non sollicitus, nihil nisi nostram doctrinam et salutem curabat; v. 18; v. 5 et 4.

IN PRIMAM AD THESSALONICENSES EPISTOLAM

Præfationes.

Thessalonica, que nunc Salonica dicitur, totius Macedonia metropolis erat.

Aetorum cap. 17, narrat D. Lucas quomodo apostolus Paulus in urbem advenit, Evangelium in Judæorum synagoga, per tria sabata prædicaverit; utriusque quidem Judæis, magnam verò gentium multitudinem, et plures præsertimobiles matronas, ad fidem convertit.

Thessalonicensium civitas Macedonia metropolis fuit, quod quæ Paulus, postea quam Philippis digressus esset, Evangelium Christi non sine fructu prædicavit, etsi Judæis insano studio contra intentibus, quemadmodum refertur Act. 17. Hos igitur recenter conversos, quod inter domesticas persecutiones in accepta fide constantes permississent, missa ad eos Epistola, collaudat, et Deo gratias agit: in primis suæ personæ commendationem admittens, ut qui non, so-

Ibidem narratur quomodo, hæc de causa, Judæi Paulo et Evangelio invidentes, seditionem in eum concitarent: quam ut declinaret beatus Apostolus, à Thessalonica per noctem profectus, venit Beream, à Berea antem navigavit Athenas.

Ex hujus Epistolæ capite tertio, x. 2, discimus quid D. Paulus, licet absens, Thessalonicensium tamen curam semper gerens, eorumque salutis ardenti de-

lim purè atque sincère Christum iis annuntiasset, verum etiam ne eos gravaret, à sumptu accipiendis abstinisset. Quod cur commemoraret, ex 2 Epist. certius intelligitur. Et hæc quidem agit 1, 2 et 3 capitulis. Max subiungit præcepta vite christiæ; ut conjugio castè nuntur, et illudimano corruptelas fugiant, utque otium vitent, et res alienas non appetant. Deinde ab immoderata tristitia quæ mortuos lugebant quasi qui omnino perissent, eos revocati, et certis-

siderio pressus, Athenis ad eos Timotheum misit ut eos in fide firicaret, et contra omnes adversariorum machinationes munitet.

Timotheus ad Paulum reversus (redit autem non Athenas, ubi Paulus non demoratur est, sed Corinthum, in qua diu permansit, ut patet ex Act. 18). Timotheus ergo ad Paulum reversus, laudavit Thessalonicensium fidem in expugnabilem, ut Theodoretus dixit tamen eos opus habere aliquâ exhortationis doctrinâ, de quibusdam questionibus que apud eos movebantur.

Ob talem nuntium gaudet Apostolus, optatque Thessalonicenses revisere; interim hæc ad eos scribit Epistolam.

In ejuâ primo capite laudat eorum constantiam in fide, et patientiam in adversis.

In secundo, ut ad perseverantiam excitet, in memoriam eis revocat quanta sinceritate, quantoque zelo ipsæ Evangelium prædicaverit.

simâ spe resurrectionis consolatur; cuius et modum describit. Postremo capite, ex eo quod tempus resurrectionis ac iudicii divini incertum sit atque incognitum, admonet vigilantium esse, sanctique operibus inestibendum, ne iudicii dies imparatus apparat. Quo loco addit et alia quedam præcepta, brevità quidem sed utilitate præcipua. Hanc Epist. inter omnes Paulinas tempore primam esse censet ejuâ commemoratur Anselmi titulo, cui Baron. anno Christi 52, § 22, aliquo docti fidei suffragator. Constat enim scriptam esse non multo postquam ad fidem conversi essent Thessalonicenses. Nam quod in vulgari argumento Latiorum codicum scribitur missa per Onocimum, scilicet eum quem Paulus Romæ Christo genuit in vinculis, prorsus nequit consistere cum is que dicuntur in hæc Epist. de Timotheo ex Athenis ad Thessalonicenses misso. Cum enim Paulus Athenas pervenisset, atque illic ad se Timotheum à Berea Macedonia accessisset, ut habetur Act. 17, sollicitus ac metuens Thessalonicensibus, ne propter afflictio-

In tertio, narrat quomodo eorum desiderio pressus, Athenis miserit ad illos Timotheum; et quomodo, eogitâ ex Timotheo ad se reverso eorum in fide constantiâ, mirè gaudeat, ob id Deo gratias agat, necque Deum, ut eos revisere et in fide perferere sibi concedat.

In quarto, hortatur ad casitatem, ad fugam otii, ad honestum laborem; mortis propositum solam, scilicet mortuorum resurrectionem, ejuâ modum exponit et ordinat.

In quinto, ob incertitudinem diei iudicii, hortatur ad vigilantiam et ad omnia bona opera.

Græca et Syra in fine Epistolæ habent quid hæc Epistola scripta sit Athenis; sed Baronius, an. 82, probat scriptam fuisse Corinthi.

Omnia Epistolarum quæ scripsit Apostolus hanc primam esse affirmat D. Chrysostomus, Theodoretus, Baronius, quibus viri docti subscribunt.

nes, quas post ipsius discessum ab adversariis fidei periculatum, animo commoverent; rursum ad eos Athenis alium agens Timotheum misit, ut eos in fide confirmaret, atque in tribulationibus consolaretur; quemadmodum ipse, cap. 3, hujus Epist. testatur. Porro Timotheus non Athenas, ubi Paulus non diu moratus fuit, sed Corinthum à Thessalonica ad quam rediit una cum Silâ, sicut Act. lib. narrat cap. 18. Atqui post adventum Timothei à Thessalonicensibus reversi scriptam esse hæc epist. ex eodem cap. 3 manifestum est. Ex quibus planè colligitur, eam primam omnium scriptam esse (quæ hinc invenitur Epistolarum Pauli scripta ante id tempus), et à Corintho missam, non autem ex Athenis, ut habet Græcorum codicum typographicè, tamen cum ob latet antiquam sans in Syrois, et Theodoretus in Præfat. Epist. Pauli, alique nonnulli, falsum etiam illud, quod misit per Timotheum, ut in editione Syriacâ ascribitur. Nam Timotheus non eorum est à quibus Epist. mittitur, nil liquet ex ejuâ initio quo hæc scri-

CAPUT PRIMUM.

1. Paulus, et Silvanus, et Timotheus, Ecclesie Thessalonicensium, in Deo Patre, et Domino Jesu Christo.
2. Gratia vobis, et pax. Gratias agimus Deo, semper pro omnibus vobis, memoriam vestri facientes in orationibus nostris sine intermissione.
3. Memores operis fidei vestre, et laboris, et charitatis, et sustinentiæ spei Domini nostri Jesu Christi, ante Deum et Patrem nostrum :
4. Scientes, fratres dilecti à Deo, electionem vestram ;
5. Quia Evangelium nostrum non fuit ad vos in sermone tantum, sed et in virtute, et in Spiritu sancto, et in plenitudine mullâ, sicut scitis quales fuerimus in vobis propter vos.
6. Et vos imitatores nostri facti estis, et Domini, excipientes verbum in tribulatione mullâ, cum gaudio Spiritus sancti :
7. Ita ut facti sitis forma omnibus credentibus in Macedonia et in Achaia.
8. A vobis enim difamatus est sermo Domini non solum in Macedonia et in Achaia, sed et in omni loco

CHAPITRE PREMIER.

1. Paul, Silvan et Timothée, à l'Eglise de Thessalonique, qui est en Dieu le Père et en Notre-Seigneur Jésus-Christ.
2. Que la grâce et la paix soient avec vous. Nous remercions sans cesse de grâces à Dieu pour vous tous, nous souvenant continuellement de vous dans nos prières.
3. Et nous représentons, devant Dieu qui est notre Père, les œuvres de votre foi, les travaux de votre charité, et la fermeté de l'espérance que vous avez en Notre-Seigneur Jésus-Christ ;
4. Car nous savons, ô frères chéris de Dieu, quelle a été votre élection ;
5. Parce que la prédication que nous vous avons faite de l'Évangile n'a pas été seulement en paroles, mais elle a été accompagnée de miracles, de la vertu du Saint-Esprit, et d'une grande abondance de grâces. Vous savez aussi de quelle manière nous avons agi parmi vous pour votre salut.
6. Et vous, vous êtes devenus nos imitateurs et les imitateurs du Seigneur, ayant reçu la parole parvenue de grandes afflictions, avec la joie du Saint-Esprit.
7. De sorte que vous avez servi de modèle à tous ceux qui ont embrassé la foi dans la Macedonia et dans l'Achaie.
8. Car non seulement vous êtes cause que la parole du Seigneur s'est répandue avec éclat dans la Macedonia et dans l'Achaie, mais même la foi que

fides vestra, quæ est ad Deum, protecta est, ita ut non sit nobis necesse quidquam loqui.

9. Ipsi enim de nobis annuntiant qualem introitum habuerimus ad vos; et quomodo conversi estis ad Deum à simulacris, servire Deo vivo et vero.

10. Et expectare Filium ejus de cælis (quem suscitavit ex mortuis), Jesum, qui eripuit nos ab ira venturâ.

ANALYSIS.

Paulus pro Thessalonicensibus continens Deo gratias agit, et pro ipsâ orat quoties ad Deum sancti precæ; semper memoret operatricis eorum fidei, laboriosæ charitatis, episcopi sustinentis, v. 2, 5. In memoriam illius revocet admirandas circumstantias servidæ ipsorum ad Christum conversionis, factæ per efficaciam suæ prædicationis, per virtutem miraculorum, per dona Spiritus sancti ipsâ plenâ communicata. Hæcque refractione confirmat eos in doctrinâ divinitus confirmatâ, v. 4, 5.

PARAPHRASIS.

1. Paulus et Sylvanus, seu Syllas, et Timotheus, Thessalonicensium Ecclesiæ in Deo Patre et Domino nostro Jesu Christo existenti, seu congregatæ.

2. Gratia vobis et pax. Gratias Deo semper agimus pro vobis omnibus, et mentionem vestri facimus in precibus nostris.

3. Indesinenter coram Deo Patre nostro, memores operum fidei vestre, et laborum charitatis vestre, et patientiæ vestre, ob spem quam habetis in Dominum nostrum Jesum Christum.

4. Si quidem novimus, fratres mei, à Deo directi, qualis fuerit electio vestra, seu à mundo segregatio.

5. Quoniam nostra apud vos Evangelii prædicatione facta fuit non verbali tantum explicatio, sed cum miraculorum potentia (seu potestate), cum communicatione Spiritus sancti donorum, cum plenâ et perfecta veritatis persuasione: vos ipsi scitis quales apud vos existiterimus, vestri causâ (ut vos ad fidem converteremus).

COMMENTARIA.

VERS. 1. — PAULUS, ET SYLVANUS, ET TIMOTHEUS... Paulus non se nominat hic apostolum, sicut alibi, ob reverentiam Sylvani, ne se supra ipsum videretur extollere, ait Cajetanus. *Sylvanus*, ille idem qui Act. 18, v. 5, dicitur Syllas, fuitque comes peregrinationis Pauli, post discessum Barnabæ, Act. 15, v. 40. Sylvanum autem et Syllam eundem esse patet historiam legenti. Hinc D. Hieronymus vult scribere errorem esse, Syllamque legendum, non Sylvanum. Alii vero committunt putant nomen sic immutatum fuisse, ut fieret Latinum. Judicet quippe sua nomina non raro sic immutabant, ut ea Græca vel Latina redderent. *Sylvanus et Timotheus*... Prior nominatur Syllas, quia

VERS. 4. — *Paulus, et Sylvanus, et Timotheus, Ecclesiæ Thessalonicensium.* Subaudi scribant, aut mittunt hanc Epistolam. Est enim hic Sylvanus idem cum Silâ, qui post discessum Barnabæ, assumptus à Paulo

vobis avocet et Deum est deventum si celeberrè partout, qu'il n'est point nécessaire que nous en parlions.

9. Puisqu'eux-mêmes racontent, en parlant de nous, quel a été le succès de notre arrivée parmi vous; et comment, ayant quitté les idoles, vous vous êtes convertis à Dieu pour servir le Dieu vivant et véritable.

10. Et pour attendre du ciel son fils Jésus, qu'il a ressuscité d'entre les morts, et qui nous a délivrés de la colère à venir.

6. *Laudat eorum in fide conservandâ constantiam, quæ facti sunt otis fidelibus in exemplum, v. 7. Ab illorum cælesti virtute et constanti Evangelium, non in reliquâ tantum Macedonia et Achaia, sed et in omni circumquaque regione publicatum est, v. 8, 9. Hæcque laude extollit eos ad perseverandam in fide ubique celebri, et quâ à simulacris conversi sunt ad Deum vivum, et verum, et Filium ejus Jesum Christum, v. 10.*

PARAPHRASIS.

6. (Et snæ non infelicè successu,) nam imitatores nostri facti estis, et Domini nostri; quippe qui recepti verum Evangelium, cum gaudio Spiritus sancti, licet inter tribulationes multas;

7. Ita ut omnibus fidelibus in Macedonia, et in Achaia, præstiteris exemplum constanter et alacriter propter fidem patiendi.

8. A vobis enim fama Evangelii, non solum in Macedonia et in Achaia manavit, sed et rumor fidei vestre erga Deum ubique sic sparsus est, ut non sit nobis necesse de vobis quidquam dicere.

9. Ipsi enim (qui in illis locis sunt) prævenit nos, narrantes qualis fuerit ad vos noster accessus (quam efficacem), et quo pacto à simulacrorum cultu conversi estis ad Deum, ut illis relictis, coleretis Deum vivum et verum.

10. Et ut Filium ejus Jesum, quem suscitavit à mortuis, spe certâ expectaretis de cælo venturum, quæ nos eripiat ab ira venturâ.

antiquior, gravior et maturior: quippe adhuc erat Paulo, antequam Paulus Timotheum in socium adhiberet. Vide Act. 16. Hos verò duos in salutatione assumit Apostolus, quia Thessalonicensibus noti erant et chari, ut qui apud eos apostolicorum Pauli laborum socii fuerant. Assumit autem eos et ut honoret, et ut illorum auctoritate et testimonio suam doctrinam confirmet.

In quibus mirare primò Pauli prudentiam, suos cooperarios sic honorantis et doctrinam suam quantum celestem et à Christo ipso electam suorum cooperariorum testimonio confirmantis; secundo, Pauli modestiam sese suos cooperariis coequalitatis; tertio,

ut sociis evangelicæ prædicationis, etc. Eiusdem Silæ sub nomine Sylvani meminit Apostolus, 2 Cor. 1. In Deo Patre et Domino Jesu Christo, quæ Ecclesiæ est in Deo Patre, etc. Dicitur autem esse in Deo Patre,

ordinatam modestiam se primò omnium nominantis. Et ex primo, dicitur Christi minister, quicquam sit, et quantumvis doctrinâ et dignitate sublimis, suam aliorum testimonio doctrinam confirmare. Ex secundo, dicitur in cleris non dominari.

Ex tertio, dicitur quod summi possit et debeat ordinem servare ac primatum.

ECCLESIE THESALONICENSIVM IN DEO PATRE ET DOMINO JESU CHRISTO, subaudi, existenti, vel congregatæ, seu colenti Deum Patrem et Dominum nostrum Jesum Christum. Vide plura in secundâ Epistolâ ad Thess., cap. 1, v. 1. Presbyteros et diaconos non nominat, quia Ecclesiâ illa nondum erat benè formata, utpote recens et quasi nascentis.

GRATIA VOBIS ET PAX. Græc. addunt à Deo Patre et Domino Jesu Christo; idem habent D. Chrysostomus, Theodoretus. Non tamen legit Syrus, nec Æthiopicæ versio.

VERS. 2. — GRATIAS AGIMUS DEO SEMPER... Docet eos se modestè gerere, propemodum dicens universum esse Dei virtutis, ait D. Chrysostomus. A Deo procedit omne bonum. Hinc de omnibus rectè factis et bonis Deo gratias sunt agende. Sic autem gratias agit Apostolus, ut et oret pro Thessalonicensibus. Quibus docet duo nobis continuè necessaria; gratias agere et orare, nec unum ab altero separandum. Ob beneficia semper gratularum actio reddenda. Ob miseria nostras semper imploranda misericordia. Hoc in omnibus Epistolis docet Apostolus.

VERS. 3. — MEMORES... In Græcâ huic versui jungitur quod committit in præcedenti versu reponitur, scilicet, *indesinenter memores*. Ita etiam D. Chrysostomus, Theodoretus, Theophylactus, et post illos Esnius, Grotius, idque videtur convenientius, estque sensus: *Gratias agimus Deo semper pro omnibus vobis, MEMORIAM VESTRÆ FACIENTES*... Hoc semper ad gratiarum actionem et ad orationem extenditur. Deinde explicans de quibus gratias agit semper, addit, *indesinenter memores coram Deo*...

OPERIS FIDEI VESTRÆ: seu, ut veritè Syrus, *operum fidei vestre*. Opera fidei sunt ea quæ ex fide nascuntur, fidemque perficiunt et comprobant. Hoc opus fidei in Thessalonicensibus fuit præsertim constantia in periculis et in persecutione. Institutum vestrum et constantiam nemo flexit: hoc est opus fidei, ait D. Chrysostomus.

anquam efficiente et gubernante principio. In Christo, ut salutis ejus, per meritum suæ passionis, auctore.

VERS. 2. — *Gratias vobis, et pax*, videlicet multiplicatur. *Gratia* sermone apostolico significat beneficium Dei gratitum ad salutem pertinentis; ut est fides, iustitia ejusque partes et incrementa. *Pax* autem est ejusmodi honorum quieti possessio.

Gratias agimus Deo semper pro omnibus vobis, etc. Id est, pro beneficiis in vos omnes collatis; quæla mirum postea enumerat, ut fidem, charitatem, sustinentiam.

VERS. 3. — *Memores operis fidei vestræ*, memores vestri operis ex fide profecti. Id opus Græcè interpretatur firmitatem et constantiam in periculis,

ET LABORIS ET CHARITATIS. Secunda conjunctio et non est in Græco, nec in Syriacâ, nec in Arabicâ, nec in Æthiopicâ versionibus, nec in D. Chrysostomo, nec Theodoro; qui omnes legunt et *laboris charitatis*. Esnius putat illud et irrepresse negligentia scribere legendumque et *laboris charitatis*. *Labor charitatis* est labor ex charitate susceptus: Thessalonicenses autem ex charitate laboraverunt, ut seditioem contra Paulum concitatum sedarent, et ut eum è periculo liberarent. Laboraverunt et passi sunt ut fidem ipsi servarent, ut infirmos in fide corroborarent, ut egenos suis facultatibus adjuvarent, sicut dicitur cap. 4, v. 10. Horum autem laborum coram Deo Paulus erat indesinenter memor.

ET SUSTINENTIA SPIRITUS DOMINI NOSTRI JESU CHRISTI, id est, patientia, seu perseverantia, quam hactenus servastis ob spem in Dominum nostrum Jesum Christum. Neque enim, ait D. Chrysostomus, uno tantum tempore fuit illa persecutio, sed perpetuo: neque solum cum Paulo magistro bellum gerebat, sed etiam cum discipulis. Non obstante tali persecutione, perseverarunt Thessalonicenses, et constanter à concivibus suis passi sunt quæ fideles Jerosolymitani à Judæis, capite 2, v. 14. Ob hanc constantem perseverantiam Paulus Deo gratias agit. Congruè autem dicitur *sustinentia spiritus*, quia spes salutis æternæ à Christo promissa patientiam producit et perseverantiam in adversis. *Sustinentia spiritus Domini nostri Jesu Christi*. Ambrosius habet *expectationis spiritus*, id est, spei expectantis Dominum nostrum Jesum Christum, seu adventum Domini nostri Jesu Christi. Nec contentiandum puto hanc interpretationem; utpote que respondet ultimo versui hujus capituli, et expectare Filium...; et præterea conformis est devotioni et praxi quam alibi sæpè commendat Apostolus, scilicet expectare Jesum Christum iudicem, qui præmet et glorificet in se credentes et sperantes.

Observationes dogmaticæ et morales.

Ex tribus epithetis hic à beato Paulo theologice virtutibus attribuitis, discere primò quod fides debeat esse operatrix, non iners et otiosa, sed operam efficitrix. Sicut sine fide frustra quis agit, sic sine opere frustra fides credit. Per opera et per patientiam debet ostendi fides. Hinc D. Chrysostomus: Si credis, omnia potes; si autem non poteris, non credis: an non enim sumi ejusmodi quæ promissa sunt, ut vel mille mortes ele-

quam suscepto Evangelio Thessalonicenses ostendebant, ut docet Act. cap. 17.

Et laboris, et charitatis. Idem est, labor charitatis, id est, labor et molestia, quam sustinuerunt propter amorem Christi dilecti sui. Laborem charitatis intelligit laborem ex charitate susceptum.

Et sustinentia spiritus Domini nostri Jesu Christi. Tres virtutes mysticæ Thessalonicensibus attribuit: fidem, charitatem et spem; quibus singulis propria quadam adaptat: fidei, opus; charitatis, laborem; et spei, sustinentiam seu patientiam. Nam fides ex operibus ostenditur; charitas laborem reddit levem ac facilem; et spes patientiam gignit. Quod enim speramus, per patientiam expectamus.

Ante Deum et Patrem nostram; id est, coram Deo,

eturus sit qui credit? Propterea regnum colorum et immortalitas et vita aeterna; qui ergo credit, omnia habebit, Insuperque D. Chrysostomus. Secundo, quod charitas sit laboriosa; diffidere nullus labor; germane et sincere diligere, multus labor, ait D. Chrysostomus. Quia, ut ait Theophrastus, ferenda sunt fructus delicta, si invidet si irascatur, si offendar, si ingrati animi visio laborat: hinc laborem charitatis conjugit Apollolus. Tertio, quod spes sit patiens, perseverans et animosa ob periculum vitium.

VERB. 4. — *SCIENTES FRATRES...* Hoc non legit Syrus, nec Arabica versio, referri autem debet ad memores, scilicet, memoriam vite Deum; aliquid tamen referri ad opus fidei et laborem et sustententiam, quae sunt ante Deum, id est, sine loco, tempore et sine coram Deo, id est, secundum Theophrastum, quae sunt ante Deum, id est, quae videntur Deo, et quarum redditus in caelis.

VERB. 5. — *SCIENTES FRATRES...* gratias agimus, ait, ut videntur novimus, ut post Syrum dixi in praeparati.

ELECTIONEM VESTRAM, scilicet ad fidem et ad gratiam, seu vestram a mundo infidelis segregationem, ut in regnum Filii Dei, per Baptisimum transferremini, et, si in fide et gratia accepta perseveretis, vestram ad gloriam electionem.

VERB. 5. — *QUI EVANGELIUM NOSTRUM.* Scimus, inquam, electionem vestram, et quia illa fuerit, quia nostra apud vos evangelice doctrinae pronuntiatio.

NON FUIT AB VOS IN SERMONE TANTUM, id est, facta fuit a nobis non simpliciter verborum expositione, seu modo sicuti littera verba.

SCIENTES FRATRES, id est, sed fuit per virtutem miraculorum comprobata.

ET IN SERMONE SANCTO, sicut per communicationem charitativam Spiritus sancti confirmata; scilicet per donum linguarum, prophetiarum, curatioem, etc., quae tunc communitur recipiebantur, etiam visibiles;

ET IN PLENTISSIMA MULTA, sicut denique plene et perfecte certificata. Graec., *ἐν πολλοῖς, Syr., in perversione rerum.* Arab., *in perversione multo.* Idem Aethiops., id est, in plena certitudine et perfecta persuasione, ita ut nihil defuerit eorum quae facerent ad plene vobis audendum Evangelii veritatem.

SCIENTES IPSI SCRIBIS... id est, vos ipsi mihi testes estis qualiter apud vos, salutis vestrae causa, conversati fuerimus; scilicet, tanquam si matris foret filios suos;

qui quidem est pater noster per baptismum adoptionis.

VERB. 4. — *SCIENTES FRATRES...* J. J. d. 2. Sed ex signis et conjecturis; qui scilicet vestra fide, constantia, patientia, charitatis opera videtis, inde scio, id est, probabiliter colligit, vestram electionem, id est, vos esse electos ad gratiam et misericordiam Dei, et, si in ea perseveretis, ad gloriam et fructum eiusdem. Ita Theoph.

VERB. 5. — *Quia Evangelium nostrum non fuit ad vos in sermone tantum,* sed et in virtute, id est, potentia et efficacia miraculorum confirmatum fuit; et in Spiritu sancto, id est, in largitione Spiritus sancti et donorum eius.

Et in plenitudine multa. Plenitudinem multam vocat

capitulum volens non solum vobis Evangelium tradere, sed et animas nostras, ut ipse explicat cap. 2, v. 6, 7, 8, et sequentis Epistolae cap. 5.

Cessant jam miracula Evangelii doctrinam confirmantia; cavet tamen evangelicus concionator ne sua praefatio stet intra verba, seu sit in sermone tantum, sed opere verba comprobet, conversatione demonstrat et quae verbo docet; sanctae vite exempla sint illius miracula, seu sint illi miraculorum vice.

VERB. 6. — *ET VOS IMITATORES NOSTRUM.* Et scitis non me meorum paenitet laborem; adeo felix fuit eorum successus. Vos enim nostri non tantum imitatores facti estis, sed, quod plus est, Christi Domini.

EXERCENTES VERBUM... in hoc scilicet, quod Evangelii verbum cum Spiritus sancti gratia acceptis, fieret medius inter tribulationes multas. Legit Act. cap. 17, et videlicet quod hoc ipso tempore quo Theophrastus Evangelium recipiebant, multa passus sunt propter illud, non constanter tantum, sed et abierit et cum spirituali letitia. Et in hoc imitatores facti sunt Pauli et aliorum apostolorum, qui propter Evangelium multa passus sunt gaudentes; *Idem apostoli quondam a conspectu concilii,* etc. Christi Domini facti sunt imitatores, qui tot et tanta pro nobis portulit, quinque passionem suam reputavit gloriam, Pauli suo dicens: *Clarificame...*

Observationes morales.

Pater! exclamavit D. Chrysostomus, quantum enodendum! Discipuli repente facti sunt magistri; non solum audierunt verbum, sed ad idem pervenerunt fatigatum ad quod Paulus; sed hoc nihil est: *Imitatores facti estis Domini.*

Hinc primo erubescit, quia veterans, post tot annos in fide transactos, non gaudent, ino tristis, gemis et relictis in passionibus quas illi tyrone; tulerunt abacriter et gaudentes.

Secundo, discit a quo, et quomodo, fiat illa mirabilis unio tribulationis et gaudii in corde fidei. Hoc Christianismi secretum et quasi mysterium explicat D. Chrysostomus, dicens: Afflictio est in corporalibus, et gaudium in spiritualibus, etc. Si in igne rore aspergantur tres pueri, ita vos quoque in afflictionibus. Sed quomodo ille non est natura ignis rore aspergere, sed sibilantis spiritus, ita hic quoque; non est enim natura afflictionis gaudium procurare, sed propter naturam perpressionis et rore profundius Spiritus, constitutis quoque in quiete et recreatione per divina argumenta quibus plenum Evangelio suo fidem faciunt, quia miracula, linguas, prophetias, sanctorum, potentiam, etc.

Sicut scitis quales fuerimus in vobis propter vos, quomodo fuerimus inter vos conversati vestrae salutis causa. Significari vult humilitatem conversationis sanctae tantum, ut in memoriam puri; ad potestatis suae, cum labore et fatigatione manus operaretur; scilicet ut a gratulatio doctore commendabilis redderet Evangelium.

VERB. 6. — *Et vos imitatores nostri facti estis,* etc. Spiritus sanctus, qui per tribulationes bona carlesit et divina proponit, efficit ut bona luce bona sibi proponens in tribulatione, quo magis affligitur, eo magis gaudeat.

foracem tentationum, Chrysostomus. Itaque in tribulatione positus recurat ad Spiritum sanctum, ora ut tecum sit, et adjuvet, tribulationis foracem refrigeret: patere in Spiritu sancto, patere ad exemplum Christi Domini. Christi Domini verus eris imitator, si mala sustineas cum gaudio Spiritus sancti.

Tertio, discit quod non sit major Christiani gloria, nec majorum agnovit Apostolus, quam pro Christo et ad exemplum Christi pati. Omne quod ille patitur, pro nobis est, ait D. Bernardus, serm. 1, in cap. Jejunii. Felix membrum quod huic adhererit per omnia capit, et sequetur illud quicumque ierit! Itaque in tribulatione dic cum eodem D. Bernardo, ibidem: *Mihi omnino adhaerere tibi bonum est, o capiti gloriosum et benedictum in secula: sequar te quicumque ieris; si transieris per ignem, non avellat a te; tu dolores meos portas, et pro me doles; tu prius transis per angustum passionis foracem, ut latum praebas sequentibus membris ingressum.* D. Bern., serm. 2, in cap. Jejunii.

VERB. 7. — *ITA ET FACTI SITIS FORMA. GRÆC., ΤΥΠΟΙ;* exemplar quod imitator omnes Christiani, non Macedonia tantum, in qua degitis, et Achaia, vobis vicine, è qua scribo vobis, sed et qui sunt in toto orbe.

Notat Theophrastus quod non sint facti forma, ut crederent alii, jam enim credebant, sed quomodo oportet credere; miramini cum fervore et promptitudine ad pericula. Magna laus preluxisse Macedonibus, genti maxime et insigni, è qua Alexander, idem dicitur Macedo; major preluxisse Achaia, sapientia celeberrimis; in Achaia enim erant Athenae et Corinthus: et maxima universo orbi preluxisse, juxta id quod sequitur:

VERB. 8. — *A VOBIS ENIM EFFUSAMUS,* id est, divulgata est, etc. Graec., *pervenit sermo Domini,* id est, fama Evangelii et Christianismi non solum in Macedonia et in Achaia.

SED ET IN OMNI LOCO, scilicet, ubi fideles; vel est hyperbole significans, quatuorversum fides vestra, quae est in Deum, exiti. Grammaticè debetis dici, in omnino loco, sed quia prius dixerat: *In Macedonia...*

PROFECTA EST. Graec., *erit.* Syr., *auditis et tremore scilicet et fervor fidei vestre ubique auditis est:* ita ut non sit vobis exesse quicquam de vobis loco. Haec hyperbole non videbatur, si aspectetur quam insignis

VERB. 7. — *Ita ut facti sitis forma,* id est, exemplaria, typi, et in exemplum, omnibus ecclesiis in Macedonia et in Achaia.

VERB. 8. — *A vobis enim,* à vestra fide, patientia, constantia, zelo, diffinita, divulgata est sermo Domini. A vobis manavit fama sermonis Domini, id est, non solum in Macedonia, et in Achaia. In Macedonia, inquam, in qua vos estis; et in Achaia, in qua sum ego.

Sed et in omni loco fides vestra, rumor et fama fidei et sanctitatis vestrae; quae est ad Deum, in Deum, erga Deum; profecta est, hoc est, dimanavit.

Ita ut non sit vobis necesse quidquam loqui. Id est, ut nobis non sit opus apud alios exponere de referre quantum apud vos fructum fecerit semen verbi Dei;

fuerit Macedonum gens in tota Graecia, ex D. Chrysostomo. Adde quod è Thessalonica, Macedoniae metropoli, mercatores multi per totam Graeciam negotiantur: hinc fama facile spargebatur. Tantum potest virtutis exemplum! Est quasi bene olens unguentum, aereum odore suo profundius. Quasi tuba clara resonans, totum locum sono suo replens.

VERB. 9. — *IPSI ENIM DE VOBIS ANNUNTIANT...* id est, praevent nos ubique fama, et ab aliis audient quae dicere volumus; miramini ipsi referunt qualis fuerit apud vos accessus noster, et quales erga me et Evangelium fueritis, quod etiam cura vite vestro periculo susceptis; quam promptè et simulacrorum cultu conversi sitis ad Deum, ut illis statim relicti, coleretis Deum vivum et verum.

VERB. 10. — *ET EXPECTARE FILIUM...* id est, et expectaretis, de celo Jesum Christum Filium Dei, Redemptorem nostrum, quem Deus suscitavit a mortuis, qui nos eripiat à penà damnationis aeternae, quae impiis et infidelibus superventura est, nosque coronà donet aeternà.

QUI ERIPIT. Graec., *liberantem,* id est, qui eripiat, seu liberet. Patet omnia comprehendit: quod Jesus sit Filius Dei; quod sit pro nobis in crucem actus; quod sit suscitatus; quod sit in caelum assumptus; quod venit ad iudicandos vivos et mortuos. His autem paucis verbis Apostolus animum adit, et solatur eos: afflictis enim maxima est consolatio expectare Filium Dei, pro nobis mortuum et liberatorem.

Observatio moralis.

Tria his in versibus nota ad veram religionem necessarià: scilicet idola contemnere, Deum vivum colere, in Christum sperare. Primo discernenda sunt idola, non aurea tantum aut argentea, aut lignea, etc., haec jam non adorantur apud nos, sed ab infidelibus adorantur divitiae, ab aliis voluptas; et ab aliis honor; hisque idolis sapè et sua bona, et corpora et animas devorant, et ipsam Deum vivum et verum postponunt. Nulla vera conversio nisi haec destruat idololatria; nullus verus Christianismus, nisi verò renuntietur mundi pompis, carnis voluptatibus, omnibus concupiscentiis illicitis. Haec omnia Deo vivo sacrificanda. Secundo, Deo vivo et omnia videntur servendum; in eius conspectu ambulandum in spiritu et veritate. Tertio, in Christum Redemptorem sperandum, qui nos eripiat à penà, gloria coronet aeternà.

Jam enim fama sermonem nostrum praecurrit.

VERB. 9. — *Ipsi enim de vobis annuntiant qualem sententiam habuerimus ad vos,* ipsi homines annuntiant quod nossem ad vos advenisse referunt fuerit innotuisse mortibus. Vos jam non estis offensus in nobis. Et quomodo committit ratio ad Deum è similitudine, servitudo vera et vero; ita ut servitudo Deo virenti.

VERB. 10. — *Et expectare Filium qui de caelis quem suscitavit ex mortuis.* Jesum. Id est, et in Filium quem à mortuis suscitavit, spe certà expectatis de celo venturum; scilicet fidei vestre remuneratorem; qui vos ad eandem secum gloriam assumet.

Qui eripiat nos ab ira ventura. Id est, qui eripiat, qui nos liberat à penà damnationis aeternae, quae superventura est impiis et infidelibus.

Corollarium pietatis, seu in hoc capite ad pietatem maxime notanda, et ad praxim redigenda.

1^a Nota, v. 2, praxim Apostolo nostro consuetam, et quam in omnibus suis Epistolis peragit et docet, Deo gratias agens, simul et Deum orans. Hincque dicitur duo frequenter, et quasi continue, faciendâ: Deo scilicet gratias agere, Deumque deprecari. Ipsi gratias agere ob tot accepta beneficia; misericordiam ejus semper implorare ob indesinentes miseras nostras. Vide v. 2.

2^a Nota, v. 5, tria virtutibus theologis attributa epitheta: fides operatrix, charitas laboriosa, spes sustinens. Hincque in te reflexus attende cum hæc virtutes tales sint in te. Erubescere ob præteritum. In præteritum stude ut tua fides sit operatrix, non inerti; charitas laboriosa, non oïosa; spes sit patiens, ex-

CAPUT II.

1. Nam ipsi scitis, fratres, introitum ad vos, quia non inanis fui:

2. Sed ante passi et contumelias affectu (sicut scitis) in Philippis, fiduciam habuimus in Deo nostro, loqui ad vos Evangelium Dei in multa sollicitudine.

3. Exhortatio enim nostra non de errore, neque de immunditia, neque in dolo:

4. Sed sicut probati sumus à Deo, ut crederetur nobis Evangelium, ita loquimur, non quasi hominibus placeantes, sed Deo, qui probat corda nostra.

5. Neque enim atinquando fuimus in sermone adulationis, sicut scitis; neque in occasione avaritiæ: Deus testis est:

6. Nec querentes ab hominibus gloriam, neque à vobis, neque ab aliis,

7. Cum possemus vobis oneri esse ut Christi apostoli; sed facti sumus parvuli in medio vestrum, tanquam si nutrix fovet filios suos.

8. Ita desiderantes vos, cupide volebamur tradere vobis, non solum Evangelium Dei, sed etiam animas nostras; quoniam charissimi nobis facti estis.

9. Memores enim estis, fratres, laboris nostri et fatigationis; nocte ac die operantes, ne quem vestrum gravaremus, predicavimus in vobis Evangelium Dei.

10. Vos testes estis, et Deus, quam sancte, et juste, et sine querela, vobis, qui credidistis, fuimus;

11. Sicut scitis, qualiter unumquemque vestrum (sicut pater filios suos),

12. Deprecantes vos et consolantes, testificati sumus, ut ambularetis dignè Deo, qui vocavit vos in suum regnum et gloriam.

13. Ideò et nos gratias agimus Deo sine intermissione: quoniam cum accepissetis à nobis verbum auditus Dei, accepistis illud, non ut verbum hominum, sed (sicut est verè) verbum Dei, qui operatur in vobis, qui credidistis.

14. Vos enim imitatores facti estis, fratres, Ecclesiarum Dei, quæ sunt in Judæa in Christo Jesu: quia

spectans Dominum nostrum Jesum Christum liberatorem.

5^a Nota ex v. 6, christianum patiendi modum, scilicet cum gaudio, et ibidem dicitur à quo tale gaudium, ut in tribulatione positus ad eum recurrat. Ibidem dicitur quòd non sit major christiano gloria quam pro Christo pati.

4^a Ex v. 9 et 10, dicitur ad veram et perfectam conversionem necessaria, quæ vide in observatione morali. Ibidem nota quæ sit verò christiano, et in Christum perfecte credenti, maxima consolatio; scilicet expectare Jesum Christum, Dei Filium, pro nobis passum, et Judicem, et Salvatorem.

CAPITRE II.

1. Car vous-mêmes, ô frères, vous n'ignorez pas que notre arrivée vers vous n'a pas été vaine:

2. Mais après avoir beaucoup souffert auparavant, comme vous savez, et avoir été traités avec outrage dans Philippes, nous ne lâissons pas, en nous confiant en notre Dieu, de vous prêcher hardiment l'Évangile de Dieu parmi beaucoup de combats.

3. Car nous ne vous avons point prêché une doctrine d'erreur ou d'impureté, et nous n'avons point eu dessein de vous tromper.

4. Mais comme Dieu nous a choisis pour nous confier son Évangile, nous parlons ainsi, non pour plaire aux hommes, mais à Dieu, qui voit le fond de nos cœurs.

5. Car nous n'avons usé d'aucune parole de flatterie, comme vous le savez; et notre ministère n'a point servi de prétexte à notre avarice; Dieu en est témoin:

6. Et nous n'avons aussi recherché aucune gloire de la part des hommes, ni de vous, ni d'aucun autre.

7. Nous pouvions, comme apôtres de Jésus-Christ, vous charger de notre subsistance; mais nous nous sommes rendus petits parmi vous, comme une mère qui a soin de nourrir ses enfants.

8. Ainsi, dans l'affection que nous ressentions pour vous, nous aurions souhaité de vous donner, non seulement la connaissance de l'Évangile de Dieu, mais aussi notre propre vie, tant était grand l'amour que nous vous portions.

9. Car vous vous souvenez, ô frères, de la peine et de la fatigue que nous avons souffertes, et comme nous vous avons prêché l'Évangile de Dieu, en travaillant de nos mains jour et nuit, pour n'être à charge à aucun de vous.

10. Vous êtes témoins vous-mêmes, et Dieu l'est aussi, combien la manière dont je me suis conduit envers vous, qui avez embrassé la foi, a été sainte, juste et irréprochable.

11. Car vous savez que j'ai agi envers chacun de vous comme un père envers ses enfants, 12. Vous exhortant, vous consolant, et vous conjurant de vous conduire d'une manière digne de Dieu, qui vous a appelés à son royaume et à sa gloire.

13. C'est pourquoi aussi nous rendons à Dieu de continuelles actions de grâces, de ce qu'ayant entendu la parole de Dieu que nous vous prêchions, vous l'avez reçue, non comme la parole des hommes, mais comme étant, ainsi qu'elle l'est véritablement, la parole de Dieu, qui agit en vous qui êtes fidèles.

14. Car, mes frères, vous êtes devenus les imitateurs des Églises de Dieu, qui ont embrassé la foi de Jésus-Christ dans la Judée, ayant souffert les mêmes

calem passi estis et vos à contribulibus vestris, sicut et ipsi à Judæis:

15. Qui et Dominum occiderunt Jesum, et prophetas, et nos persecuti sunt, et Deo non placent, et omnibus hominibus adversantur,

16. Peribulentes nos gentibus loqui ut salve fiant, ut impleant peccata sua semper; pervenit enim ira Dei super illos usque in finem.

17. Nos autem, fratres, desolati à vobis ad tempus horæ, aspectu, non corde, abundantius festinavimus faciem vestram videre cum multo desiderio;

18. Quoniam volumus venire ad vos: ego quidem Paulus, et semel, et iterum, sed impeditit nos Sathanas.

19. Quæ est enim nostra spes, aut gaudium, aut corona gloriæ? Nonne vos ante Dominum nostrum Jesum Christum estis in adventu ejus?

20. Vos enim estis gloria nostra et gaudium.

ANALYSIS.

Eodem motivo quo supra, ut eos scilicet consoletur, et ad perseverantiam excitet, suum ad illos accessum carat, predicacionisque suæ sinceritatem, zelum, sanctitatem et successum exponit.

1^a Revocat illis in memoriam quomodo, licet multa jam propter Evangelium passus esset Philippis, libere tamen ad eos accessit, audacter predicavit, quantum magno cum periculo, c. 1 et 2.

2^a Predicacionis suæ materiam et animum exponit. Quod materiam, sancta fuit et sana, et qualis à Deo tradita, v. 3, 4. Quod animum, purus et dignus fuit: non animo placendi hominibus, sed Deo: non animo nec cupiditati servandi, v. 4, 5, 6. Imò cum posset ab eis exigere vitam necessaria; ne quemquam gravaret.

PARAPHRASIS.

1. Quid opus est ut vobis hic referam quod ubique fama celebrat de nostro ad vos accessu: nam vos ipsi, fratres, scitis quem et qualem fructum habuerit.

2. Nostis quòd licet Philippis, antequam ad vos veniremus, multis malis afflicti fuissetis et contumelias affecti (supote flagellis cæsi), liberè tamen et intrepidè ausi sumus, Dei gratià nixi, vobis ipsis Evangelium predicare, multo licet cum periculo, et anxietate magna.

3. (Et merito id ausi sumus in Domino, consensu scilicet) quòd predicatio nostra, nec falsa, nec fallens esset; nec impura docens, nec alicui dolo aut hypocrisis conjuncta.

4. Sed sicut nobis à Deo probatis Evangelium commissum est, sic illud sincerè predicavimus (sicut adulterantes), quippe qui hominibus placere non querimus, sed Deo corda nostra inspicienti et scrutanti.

5. Vos ipsi scitis quid placencia et adulteria verba nunquam sectati fuerimus (sed utilia), Deus ipse scit quòd non predicavimus animo pecunie cupido (sen ut captaremus occasionem nos avarè ditandi).

6. Nec animo humane gloriæ cupido, illam nec à vobis, nec ab aliis quæsimus unquam.

persecutiones de la part de vos concitoys que es égises ont souffertes de la part des Juifs,

15. Qui ont tué même le Seigneur Jésus, et les prophètes, qui nous ont persécutés, qui ne plaissent point à Dieu, et qui sont ennemis de tous les hommes.

16. Qui nous empêchent d'annoncer aux gentils la parole qui doit les sauver, pour combler ainsi toujours la mesure de leurs péchés. Car la colère de Dieu est tombée sur eux jusqu'à la fin.

17. Aussi, ô frères, ayant été pour un peu de temps séparés de vous, de corps, non de cœur, nous avons désiré avec d'autant plus d'ardeur et d'empressement de vous revoir.

18. C'est pourquoi nous avons voulu aller vous trouver: et moi Paul j'en ai eu le dessein plus d'une fois; mais Satan nous en a empêchés.

19. Car quelle est notre espérance, notre joie, et la couronne de notre gloire? N'est-ce pas vous qui l'êtes devant Notre-Seigneur Jésus-Christ, au jour de son avènement?

20. Car vous êtes notre gloire et notre joie.

die ac nocte suis laboravit manibus, sicutque inter illos quasi mater nutricis filios suos, vitamque suam pro illis dare semper paratus, v. 7, 8, 9.

3^a Testes ipsos, quin et Deum ipsum testem, invocant, quam sancte, quam juste, quam incolpate vixerit apud eos; affectu paterno unumquemque modò exhortans, modò consolans, modò obsecrans, v. 10, 11, 12.

4^a Exponit et laudat suam ipsorum in suscipiendo Dei verbo religionem, et in conservando constantiam; ob quas Deo gratias agit, v. 13, 14. Obliter Judæorum invidiam damnant, v. 15, 16.

5^a Suam in Thessalonicenses tenerum declarat affectum, eos suam spem, gaudium, coronam vocans et gloriam, 17, 18, 19, 20.

PARAPHRASIS.

7. (Tantum abest ut Evangelium exererimus in titulos avaritiæ et superbiæ; quin imò, cum possemus, ut apostoli Christi, vobis oneri esse alimenta, et vite necessaria exigentes), facti sumus inter vos parvuli (nec potestatem, nec auctoritatem allegantes), quasi nutrix mater proles suas blandè fovens et nutrienda.

8. Ad cum modum nos amatissimè erga vos affecti (sicut nutrix erga filios suos), cupiebamus ex animo non tantum Christi Evangelium vobis tradere, sed et vitam quoque nostram vobis impendere (non propter nostrum aliquod lucrum) sed quia charissimi nobis estis.

9. (Ita vos dileximus) ut ne quemquam vestrum gravaremus, nocte et die laboraverimus, predicantes vobis Evangelium Dei; vos ipsi scitis, et memores estis, quoties præ labore fatigati, lassatique fuimus.

10. Vos ipsos testes appello, imò et Deum ipsum testem adjuro, scilicet quam sanctè, et justè, et irreprehensibiliter vobiscum, qui credidistis, conversati fuimus.

11. Nostis quoque quemadmodum unumquemque vestrum (proinde ac pater filios suos)

12. Precibus exhortati fuimus (ad fidèi constan-

tiam), consolati simus mactos (ob persecutiones), denique obtestati simus ut vitam duceretis Deo dignam, qui vos, operá nostrá, vocavit in summá regnám suamque gloriam, id est, ad Ecclesiam.

14. Idó et nos assidue Deo gratias agimus quód rúm per nostram predicatíonem audiretis verbum Dei, seu doctrinam evangélicam, suscepistis illam, aut in doctrinam hominú, seu ab hominibus inventam, sed, ut est verá, verbum Dei, seu doctrina à Deo revelata; quód ex ipsis effectibus demonstratur) cum potenter operetur in vobis credentibus.

15. Vrs enim imitatores facti estis Ecclesiarum christianarum que sunt in Judæa; eadem quippe passi estis à concubis vestris que Iudæi christiani à suis contribulibus; (Incarcerati fuistis, rapinam bonorum vestrorum tolerastis.)

16. Qui Iudæi Dominum Jesum occiderunt, et suos proprios prophetas; qui et nos apostolos persecu-

tur; qui Deo displicent et sunt exosi; qui omnium hominum salutí adversantur.

16. Dám prohibent nos genibus verbum salutis loqui, ut ei credentes salvæ fiant; hoc restabat, ut peccatorum suorum implerent mensuram; pervenit enim in illos ira Dei usque in finem permansuro.

17. Nos autem, fratres, vobis (velut charissimis filiis) orabí, licet ad breve tempus, et aspectu dimittat, non affectu, vehementissimé tamen studium, et operam dedimus quám citó videre vos.

18. Propterea, hoc desiderio pressi, volumus venire ad vos, et ego nominatim Paulus, semel et iterum, sed obstitit Satanas.

19. (Neemurim, si id ardentissimé desideravimus;) que est enim nostra spes, aut gaudium, aut gloriosum decus et ornamentum? Nomen vos, coram Domino nostro Jesu Christo, cum ad iudicium redierit? si supple estis spes nostra, gaudium et corona. Ita sané, vos estis gloria nostra et gaudium nostrum.

COMMENTARIA.

VERS. 1. — *NAH IPSI SCRIPS. FRATRES...* Ultimis primi capituli versibus brevis dixit quód ubique fama celebrat suum ad Thessalonicenses introitum et sinceram Thessalonicensium conversionem ad Deum vitam: hic autem, ut eos soletur et ad perseverandum excitet, paulo fuisit enarrat ipse hunc suum ad eos accessum. Non opis est ut de eo vobis loquar, non enim ipsi, fratres, illos testes oculati fuistis; scitis, experientia, quæ non fuit inanis, id est, inefficax, sine fructu. Modesta expressio significans: Scitis quantum et quale fructum habuerit. Non fuit vacuus, sed plenus, ait D. Thomas.

VERS. 2. — *SED ATE PASSI...* Primo tangit brevitatem, et in memoriam revocat, mala et proba que Philippis, antequam Thessalonicam veniret, passus erat. Vide Act. apostolorum cap. 16. Nótis quód, antequam ad vos accederemus, Philippis publico fueramus virgís casti, incarcerationi, pluribus malis impetiti. At non cessimus ignominia simul et plagis affecti; imò nobis inde fiducia, unde contumelia; inde nobis crevit animus, unde alii vultus erubescit. Licet ergo propter Evangelium impetiti, virgís publice casti; liber tamen et audacter idem Evangelium vobis ausi sumus predicare, etiam cum magno labore et periculo, quia multi nobis obsistebant.

IN MULTA SOLICITUDE, GRÆC. in multo agone, seu certamine.

Observationes dogmatica et morales.

Nota hic veritas et fidelis predicatoris signum; si in pressura propter Evangelium positus, verbum Dei pro-

VERS. 1. — *Nam ipsi scripsit, etc.* Id est, fracti vacuus, sed valde fructuosus.

VERS. 2. — *Sed ante passi, id est, malis afflicti, et contumelias affecti (sicut scitis), in Philippis.* Hæc Paulus de se et Silâ commemorat, qui gravem persecutionis impetum passi sunt, et publice virgís casti (id enim est quod dicit contumelias affecti), ac postea in carcerem conjecti, Act. 16.

Fiduciam tamen habuimus in Deo nostro; id est, li-

Ut hunc ergo Thessalonicensium metum adimat Paulus, impostoresque redarguat, docet in secundo hujus Epistolae capite nondum instare diem iudicii; ejuis duo dat authentica signa illud praecedentia; apostasiam à fide et adventum Antichristi, quem hic graphicè describit.

In priori denique Epistola, cap. 5, v. 14, otiosos quosdam, et inquietos corrigi voluerat; et, quia nondum emendatos noverat, in hac secunda, cap. 5, v. 6, illos acrius castigat, et, nisi respiciant, excommunicandos denuntiat.

et prohibitus, ad eos non redit. Quare per epistolam id nunc facit, quod præsens facturus fuerat. Primum igitur animos eorum confirmat in adversis quas pro Christi nomine tolerabant; ostendens, quanta et ipsos gloria, et adversarius vindicta, securura sit; rursus agit 4 cap. Deinde, quoniam in superiori epist. de resurrectione mortuorum et adventu Christi illa locutus videbatur, quasi brevi futura essent, dicens in prima persona: *Nos qui vivimus, qui residui sumus, etc.*, admonens quoque Thessalonicenses ut ad illum diem vigilant, ne eos ex improbo opprimeret; turbati hinc erant, suspicantes diem Domini iam instare. Quam opinionem insuper augebant rumores temerè sparsi de eadem re. Hunc igitur errorem corrigi 2 cap., docens non prius Christum adventurum, quam apparuerit Antichristus, illius adventu destruendum. Postremo, cum intellexisset nondum emendatos esse eos, quos in epist. priori notaverat ut otiosos et inquietos; nunc eosdem acrius et pluribus verbis castigat, excommunicandos denuntians nisi respiciant. Hanc epist. inter Paulinas ordine temporis secundam esse,

Tandem dat signum Thessalonicensibus, quo suas Epistolas distinguant à suppositis quas proferebant impostores.

Verè ergo toto aberravit culo. neotericus ille, qui, contra communem omnium sanctorum Patrum et doctorum Ecclesiae sensum, asseruit hanc Epistolam esse omnium Paulinarum primam, sub Caligula scriptam, de quo Caligula, et de Simone Mago, vult intelligi quae D. Paulus de Antichristo dixit in capite secundo.

Hujus opinionis falsitas, quoad primam sui partem, seu quòd haec Epistola non sit omnium Paulinarum prima, patet primò ex ipsa Epistola serie, quae manifestat quòd secunda sit et alterius complementum. Vide lucensque dicta. Secundo, ex ipso textu capituli secundi, v. 14, primam citante. Denique ex eo quòd id asserat Grotius nulli falcibus auctoritate, nullum enim citat; nulla ratione stabilitis, quam enim afferit nulla prorsus est.

Hujus rei argumentum est, inquit Grotius in praefatione, quòd mentis suae signum Apostolus vult observari, quòd non fecisset si jam alias scripsisset. Haec, inquam, ratio nulla prorsus; apponit enim signum D. Paulus, quia, sicut jam dixi, supponebantur Epistola falsae; ut verè scilicet à suppositis discernentur.

Ejusdem opinionis, quoad secundam sui partem, falsitas, seu quòd falsa sit interpretatio Grotii de Caligula et de Simone Mago, videtur suo loco, capite secundo, v. 11.

Porro, ubi et quando scripta sit haec Epistola, non conveniunt doctores: communitè tamen, post Baronium, putatur scripta Corinthi, sicut et prima; ibi enim D. Paulus per octodecim menses permanit, teste D. Lucà, Act. c. 18, v. 11; fuit ergo scripta anno vel 53, vel 55.

ut pote proximè scriptam post priorem ad Thess., rectè censent erudit: de loco nimis inter eos conveniunt. Athenis scriptam significat hypographus Gregorij codicem; sed hoc ex his quae in argumento prioris epist. diximus facile relictur. Nam si priorem scriptam postquam Athenis discesserat, quò postea non est reversus, certè non potuit posteriorem in ea urbe scripsisse. Qui verò Romae tradit, ut Atlansius in Synopsi, et Occumenius in commentario, nimium distrahunt eam à priori, cum ex connexion argumenti, et ipsius personis in fronte epist. nominatis, satis constat hanc post illam brevi temporis intervallo scriptam esse. Quare verisimillius putamus eam cardinalis Baronii hanc quoque, sicut priorem, et Corinthi, ubi Paulus, teste Lucà, Act. 18, sesquiduo mansit, missam fuisse. Per quos autem Latinam Titum diaconum et Onesimum acolytum nominant; verum si scripta est epistola priusquam Paulus Romam veniret, ubi in vinculis Onesimum Christo genuit, nulla ratio est, cur per eum missa dicitur.

CAPUT PRIMUM.

1. Paulus et Silvanus, et Timotheus, Ecclesiae Thessalonicensium, in Deo Patre nostro, et Domino Jesu Christo.

2. Gratia vobis et pax à Deo Patre nostro, et Domino Jesu Christo.

3. Gratias agere debemus semper Deo pro vobis, fratres, ita ut dignum est, quoniam supercrescit fides vestra, et abundat charitas uniuscujusque vestrum in invicem:

4. Ita ut et nos ipsi in vobis gloriemur in Ecclesiis Dei, pro patientia vestra, et fide, et in omnibus persecutionibus vestris et tribulationibus, quas sustinetis,

5. In exemplum justii iudicii Dei, ut digni habeamini in regno Dei, pro quo et patimini:

6. Si tamen iustum est apud Deum, retribuere tribulationem iis qui vos tribulant,

7. Et vobis, qui tribulamini, requiem nobiscum in revelatione Domini Jesu de caelo cum angelis virtutis ejus,

8. In flammâ ignis dantis vindictam iis qui non noverunt Deum, et qui non obediunt Evangelio Domini nostri Jesu Christi:

9. Qui penas dabunt in interitum aeternum à facie Domini, et à gloria virtutis ejus,

10. Cùm venerit glorificari in sanctis suis, et admirabilis fieri in omnibus qui crediderunt, quia creditum est testimonium nostrum super vos in die illi.

11. In quo etiam oramus semper pro vobis, ut dignetur vos vocatione suâ Deus noster, et impleat omnem voluntatem bonitatis, et opus fidei in virtute,

12. Ut clarificetur nomen Domini nostri Jesu Christi in vobis, et vos in illo, secundum gloriam Dei nostri, et Domini Jesu Christi.

ANALYSIS.

In hoc capite tria facit Apostolus: Deo gratias agit, Thessalonicenses solatur, orat pro ipsis.

1. Salutatione praemissa, v. 1 et 2, pro fidei et charitatis Thessalonicensium augmento, mediis etiam in persecutionibus, Deo gratias agit continens, v. 3 et 4.

2. Spe futurorum solatur eos, animique magnitudinem excitat, asserens quod condigna sua patientiam praemia recipient; illorum verò persecutores dignos dabit

PARAPHRASIS.

1. Paulus et Silvanus, seu Syllas, et Timotheus, Thessalonicensium Ecclesiae, in Deo Patre nostro, et Domino Jesu Christo existunt.

2. Gratia vobis et pax datur ac multiplicatur à Deo Patre nostro, et à Domino Jesu Christo.

3. Debemus gratias Deo semper agere pro vobis, ut par et aequum est, et quòd fides vestra supra modum accrescat, et uniuscujusque vestrum charitas in proximum suum magis ac magis multiplicetur.

4. Adeo ut et nos ipsi apud alias Ecclesias Dei gloriemur de vobis, de fide vestra, et de vestra patientia in omnibus persecutionibus et tribulationibus vestris;

S. S. XXIV.

CHAPITRE PREMIER.

1. Paul, Silvan et Timothée, à l'Eglise de Thessalonique, qui est en Dieu notre Père, et en Jésus-Christ notre Seigneur.

2. Que Dieu notre Père et le Seigneur Jésus-Christ vous donnent la grâce et la paix.

3. Nous devons, ô frères, rendre pour vous à Dieu de continues actions de grâces; et il est bien juste que nous le fassions, puisque votre foi s'augmente de plus en plus, et que la charité que vous avez les uns pour les autres s'accroît tous les jours;

4. De sorte que nous nous glorifions en vous dans les Eglises de Dieu, à cause de la patience et de la foi avec laquelle vous demeurez fermes dans toutes les persecutions et les afflictions qui vous arrivent.

5. Qui sont les marques du juste jugement de Dieu, pour nous rendre dignes de son royaume, pour lequel aussi vous souffrez.

6. Car il est bien juste devant Dieu qu'il afflige à leur tour ceux qui vous affligent injustement.

7. Et qu'il vous console avec nous, vous qui êtes dans l'affliction, lorsque le Seigneur Jésus descendra du ciel et paraîtra avec les anges de sa puissance.

8. Lorsqu'il viendra au milieu des flammes se venger de ceux qui ne connaissent point Dieu, et qui n'obéissent point à l'Évangile de Notre-Seigneur Jésus-Christ,

9. Qui souffriront la peine d'une éternelle damnation, étant confondus par la face du Seigneur, et par la gloire de sa puissance,

10. Lorsqu'il viendra pour être glorifié dans ses saints, et pour se faire adorer dans tous ceux qui auront cru en lui, puisque le témoignage que nous avons rendu à sa parole a été reçu de vous dans l'attente de ce jour-là:

11. C'est pourquoi nous prions sans cesse pour vous, et nous demandons à notre Dieu qu'il vous rende dignes de sa vocation, et qu'il accomplisse, par sa puissance, tous les desseins favorables que sa bonté a sur vous, et l'œuvre de votre foi;

12. Afin que le nom de Notre-Seigneur Jésus-Christ soit glorifié en vous, et que vous soyez glorifiés en lui, par la grâce de notre Dieu, et du Seigneur Jésus-Christ.

parus in die iudicii, v. 5, 6, 7.

Christi Domini, ut iudicis, adventum ita depingit, ut duos illos fines exprimat; infideles acerbis et impia punire, sanctos glorificare, v. 8, 9, 10.

3. Orat pro Thessalonicensibus, ut Deus eos suâ vocatione dignos efficiat, vobis gratia opta fidei complectat in ipsis; ut in illis Deus glorificetur; v. 11, 12, 13.

PARAPHRASIS.

5. Quas patimini, seu vos pati sinit Deus; ut in vobis ostendat iustum suum in impio iudicium futurum, et ut vos regno suo dignos reddat.

6. Si quidem iustum est coram Deo vos affligentibus afflictionem rependere;

7. Vobis autem afflictis concedere requiem, seu solatium nobiscum apostolis; cum scilicet apparebit Dominus noster Jesus Christus, descendenteque de caelo cum angelis virtutis suae ministris.

8. In medio ignis flammæ ultionem factorus de fide qui Deum non noverunt, et de iis qui non obediunt Evangelio Domini nostri Jesu Christi.

9. Qui penas loent, interitum scilicet aeternum, (Quarante-trois.)

ipem pronuntiatu in Domini, et exsequatur magna virtus ejus, seu gloriosa et terribilis illius omnipotentia :

10. Cum venerit in sanctis suis glorificari, et mirificari in omnibus fidelibus, et consequenter in vobis qui predicationi nostrae de die illa credidistis.

11. Propterea semper pro vobis oramus, ut vos Deus

VERS. 1. — PAULUS ET SILVANUS... Idem exordium ac in prima Epistola ad Thessalonicenses, quam vido.

ECCLESIA THESSALONICENSIS, IN DEO PATRE... id est, Ecclesia Thessalonicensium christianorum, seu gratia Dei Patris et Domini nostri Jesu Christi existentis, seu quae ad gloriam Dei, in illius Patre, et ipsam Domini nostri Jesu Christi, agere intendit, et animarum episcopos, ad fidem vocat, sicut per haec verba adhaerit, sicut corpus efficit, sanctioque Spiritu suo amovet. Hoc est in Deo exaltare : talis est omnis Ecclesia vere christianam, seu in Deo existens. Tale sit ergo unumquodque christianum : sit in Deo Patre per adoptionis gratiam, sit Christo, Dei Filio, adhaerens ut membrum capiti, sicut in Spiritu sancto animus et aetas : recedat semper se, per baptismum, esse Dei filium, carnis membrum, Spiritus sancti habitaculum, vivat itaque ut Dei filius, ut illic Christus, agit in Spiritu sancto, aut potius agatur a Spiritu sancto.

VERS. 2. — GRATIA VOBIS... Vide primam Epistolam.

VERS. 3. — GRATIAS AGERE REVERENS... In prima Epistola ad Thessalonicenses, D. Paulus idem et exortationem Thessalonicensium laudavit : hic utitur ad verbum laudat incrementa : hinc ergo altera positio, et verè secundum.

Ex hae Apostoli laude et gratiarum actione discite quod fides et charitas sint verae Christiani divitiae, semper optanda, semper agenda, et pro quarum acquisitione, conservatione, et incremento (sive fiat in nobis, sive in aliis) gratiae Deo semper agenda. Sed, inquit, unde agnoscam illud augmentum fidei ? Quando pro ea grave quid paliamur, ait D. Joannes Chrysostomus : quando in tentationum insulatione non submergimur, sed supererecti fides nostra.

SUPERERECTI. Nota hoc verbum, altitudinis excessum indicat, ait Theophilactus ex sancto Chryso-

VERS. 1. — PAULUS, ET SILVANUS, etc. Addeus nostro, singulari Deum, qui dicitur pater est, ut illi naturalis, etiam nostrum esse patrem ut filiorum adoptionis, per hoc imitare volens dignitatem vocationis nostrae, quae vocati sumus in societatem et fraternitatem Filii Dei.

VERS. 2, 3. — Gratia vobis et pax à Deo Patre nostro... Gratias agere debemus semper Deo pro vobis, fratres. Semper, id est, assidue, quam frequentissime. In ut dignum est. Ut par est, ut postulat à nobis ratio in hunc erga Deum.

Quoniam supererecti fides vestra, id est, quod fides vestra vehementer augetur, quod in hunc periculum non sitis.

Et abundat charitas vestra, ut in vobis

nostrae vocatione sua (ad hanc scilicet gloriam) dignos efficiat : et sic implet aeternam bonitatis sine beneplacitum (quo vos elegit), et divini gratiae suae potentia opus fidei perficit in vobis :

12. Ut in vobis glorificatur nominis nostri Jesu Christi, et vos per gratiam Dei nostri et Domini Jesu Christi sitis etiam in illo glorificati.

COMMENTARIA.

10. Hoc seculum, vita praesens, est instar maris : saepe irruunt venti : fit tempestas, attondunt crebra et densi fluctus : ad fidem recurre : illa sit illi instar montis, quo fugiens inundationem tentationum superes : tunc supererectus fides tua, fluctibus altior fiat, sicut non submergeris.

VERS. 4. — ITA ET ET NOS IPSI IN VOBIS GLORIAMUR... Non trislarat, non dolet, non lamentatur Paulus ob fidem tribulationis, sed pro illorum patientia Deo gratias agit, et apud alias Ecclesias ob illam gloriamur. Discamus hinc et nos gaudere et gloriamur in tribulationibus nostris, quippe quo indicium, ostensio et demonstratio sunt justi iudicii quo Deus nos regno suo dignos reddit et iudicat.

VERS. 5. — IN EXEMPLUM IUSTI IUDICII DEI... Est quaedam in textu variata : Graecus enim textus, fidei puncto post verbum sustinuitis, habet *in exemplum iustitiae, etc.*, iudicium certum iudicii Dei, ad dignos censeri vos regno Dei : et ita etiam legit D. Chrysostomus, Vulgata verò nostra habet sine puncto, *quasi iustitiae in exemplum*... Legit noster interpretas *in exemplum*, ita etiam legit Syrus, imò et Theophilactus. Major est in explicando textu varietas, ob quam adjuvandum heretici : tandem mihi textum legenti, relegenti, et ad sequentia attendenti, occurrit explicatio, quam naturalem puto, et est sequens : Quas sustinetis in exemplum iustitiae Dei... id est, quas patientiam, seu quas Deus sinit vos pati, ut in vobis ostendat iustum suum in impiis futurum iudicium.

UT DIGNI HABEAMINI IN REGNO DEI, id est, et in vos suo regno dignos reddat. In his itaque verbis duo puro designari fines ob quos Deus sinit bonos à malis affligi : scilicet, ut in bonorum punitione Deus demonstrat praeposicionem sui futuri in impiis iudicii : et ut iusti per patientiam mereantur regnum patientibus promissum. In hae explicatione omnia coherent : versus enim 6 et 7 sequentes explicant hae duo iudicij v. 5 membra, seu duos fines hae tactos, malorum

causa : et quid vestrorum omnium delictis ejusque in alterum exalterat, numerum debarat quatuordecim et frementibus beneficiis, quae vobis merito impenduntur.

VERS. 4. — Ita et et nos ipsi in vobis gloriamur in Ecclesia Dei. Hoc est, nos ipsi de vobis gloriamur apud alias Ecclesias Dei, vestro exemplo exhortantes ceteros.

Pro patientia vestra, et fide, et in omnibus persecutionibus vestris, et tribulationibus, quas sustinetis. Patientiae fidem adjuvanti, eo quod hae Christi, seu spe futurorum honorum à terrenis per-secutionibus animati fuerunt Thessalonicenses.

VERS. 5. — Quas sustinetis in exemplum iustitiae Dei, etc. In exemplum, id est, in documentum, et ostendit qui tanta patientiam, estis documentum, et ostendit

velicet punitionem, et honorum requiem et solatium. Ad idem collimant versus 8 et 9, ubi de malorum punitione, et versus 10, ubi de honorum gloria : et idem hanc dixi naturalem : sed ad verba : In exemplum, id est, in praedictum iustitiae iudicii in impiis, scilicet qui vos persequuntur, futuri : si enim et in vos iustos Deus nunc apparet severissimus, quanto severior erit aliquando in impiis qui vos injuste persequuntur ? Si in viridi signo... in immodico fit ? Si iustus non parcat, sed eos punit Deus ut parcat et amplius sanctificet, quomodo punit impios nunquam purificandos, nec convertendos ? De hoc iudicio Dei in impiis vido primam D. Petri, cap. 4, v. 17, 18, etc. Ut digni habeamini in regno Dei. Ad horum verborum charitatem intelligantiam.

Observatio litterarum et moralium.

Sapporo ex D. Paulo, Act. 14, v. 21, quod per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum Dei, seorsum Deus suum vobis regnum promisit sub conditione patientiae : Sicut oportet pati Christianum, et ita, etc., sic oportet pati Christianum, et bonis propter fidei persecutiones quolibet sustinentibus Christiani Thessalonicenses : adhaerent ergo conditionem sub qua promissum illis erat regnum. Illorum itaque passionem erant certum iudicium, ostensio et demonstratio justitiae Dei quo illis regnum suum, etiam ex iustitia, ad iudicatum est, seu quo illos regno suo dignos iudicabit, quasi diceret Apostolus : Deus regnum aeternum promisit illis qui pro fide patienter ex charitate, vos, O Thessalonicenses, pro fide omnia tribulationem et persecutionem genera patimini, nemini constantes estis quam fideles. Quod ergo Deus ex misericordia et liberalitate promisit, illud vobis nunc ex iustitia et fidelitate debet. Tribulationes ergo vestra certum sunt iudicium iustitiae Dei quo vobis Deus regnum suum ex iustitia dabit : seu cum nostrum Vulgata : Patientiam ergo, ut ostendat iustum iudicium, quo Deus vos regno suo dignos iudicabit.

Quanta et quam mira hinc afflictis consolatio ! Afflictio mea certum est iudicium, declaratio, ostentamentum et demonstratio iustitiae Dei quo Dei regno dignus iudicabor in fine mundi, palam, coram angelis et hominibus. Afflictio mea nunc parit in me regnum Dei meritum, ipsam regnum aliquando paritura. Momentaneum est tunc tribulationis nostrae aeternam gloriam operatur in nobis. Verè itaque afflictio mater gloria. Verè itaque crux amabilis et desideranda.

VERS. 6 ET 7. — SI TAMEN IUSTUM EST APUD DEUM. Graec. *quidem*. Syr., *quaequidem iustum est*, etc. : itaque si non est hic dubitatio, sed certissime affirmatio, quasi diceret Apostolus : Etenim si naturalis aequi-

rectum esse iudicium Dei, cum ob tantas tribulationes vestras vobis regnum aeternum : hoc enim iusto Dei iudicio tantum patientibus debetur.

VERS. 6. — Si tamen iustum est apud Deum, etc. Ergo patientia hae meretur hanc gloriam, sicut seculera poenam : ergo est meritum honorum operum.

VERS. 7. — Et vobis, qui tribulamini, requiem notitiam, scilicet à pressuris huius mundi, quam Joannes vocat requiem à laboribus, Apoc. 14.

tas et ipsa recta ratio, etiam apud homines, postulat ut alios injuste vexantibus retribuatur vexatio, et injuste vexatis concedatur requies et à penis relaxatio, quanto magis aequum est apud Deum, ipsiusque tum iustitia, tum bonitate, dignum ut illi qui vos propter fidem injuste persequuntur poenas rependant debitas, vobis autem propter se tribulatis det requiem ! Si autem hoc exigit ipsa naturalis aequitas et recta ratio, tum apud homines, tum apud Deum, etiam si nulli Dei propter fidem patientibus facta foret promissio, et nulla alios injuste persequentibus comminatio, quanto magis ubi supponitur facta à Deo malis omnibus et injustis inferni comminatio, et bonis propter fidem patientibus regni caelestis promissio ! Bona itaque : estote animo, constantes estote : levate capita vestra, appropinquate redemptioni vestrae, alios in qua et vestris persecutoribus iustitia Dei reddet debitas poenas, et vobis propter Deam patientibus requiem et gaudium aeternum.

Nonsecum, id est, cum ipsis apostolis, quorum gloria participes eritis, sicut et passionum socii nunc estis. Eandem ac apostoli fidem habetis, itaque si eadem ac Apostoli pro fide patimini, eadem ac ipsi gloria fruamini.

Collige hic dispersas in verbis Apostoli consolationes. Primo, Thessalonicenses solatur cum pro fide et charitatis illorum augmento gratias agit. Secundo, cum apud alias Ecclesias eisdem de causa gloriamur. Tertio, cum afflictiones illorum vocat iudicium, praedictum futuri in eorum persecutores iudicii Dei. Quarto, cum eisdem passionibus dicit esse meritum regni caelestis et demonstrationem future carnis beatitudinis. Quinto, cum affirmat quod hae beatitudine cum ipsis apostolis fruuntur. Notandum, in consolatōe ex parte sociotatis.

IN REVELATIONE. Adest temporis designatio quo fiet et malorum punitio et bonorum remuneratio. Intelligo tempus quo generaliter perfectio et palma eorum angelis et hominibus fiet bonis et malis aequa retributio, in corpore et in anima : singulis enim animabus in articulo mortis fit haec retributio. In revelatione Domini nostri Jesu Christi, id est, cum veniet et apparebit palam, omnibus conspicuus ut Deus et Dominus Jesus Christus, breviter describit maiestatem venientis ad iudicium, de quo fuit in prima ad Thessal. 4, v. 15, quem vide.

DE CAELO. Vide ibi dicta.

CUM ANGELIS... Comitabuntur cum angelis, eruntque virtutis vestri ministri, omniaque sua iussa exsequentur.

VERS. 8. — IN FLAMMA IGNIS. Graec. : in igne flammae,

In revelatione Domini Iesu de caelo, cum Christus apparebit iudex in die iudicii, cum angelis virtutis ejus : id est, potentiae, cum virtute, id est, exercitu angelorum : qui potentissimas secum ducent aces angulorum ad iudicium et vindictam impiis.

VERS. 8. — In flamma ignis dabit vindictam illis, etc. : q. d. : Dominus Iesus per flammam ignis dabit vindictam impiis.

id est, flammeo. Ubi egit de ministris, angelis scilicet, stamin et de instrumento quo ad impios puniendos uteretur, igne nimium urente simul et lucente, et ideò aspectu et tactu torquente.

DANTIS VINDICTAM. *Dantis* refertur ad *Domini Jesu*, non ad *ignis*; patet ex Græco. Sensus est: Cum venies in medio ignis flammæ, usionem factorus de iis qui Deum non noverunt, et de iis qui noverunt quidem, sed ejus Evangelio non obediunt, id est, et de infidelibus, quibus vel predicatam non fuit Evangelium, vel illud non receperunt, et de fidelibus illis qui receperunt quidem Evangelium, sed secundum illud vitam suam non instituerunt, imò factis fidem negant. Ino itaque ad salutem necessaria, scilicet Evangelio credere et Evangelio obedire; et non minus, imò gravius punientur Evangelio inobedientes quam Evangelio non credentes: *Servus qui scilicet voluntatem Domini et non facit, repellabit multa.*

VERS. 9. — QUI PENAS HABENT IN INTERITU ETERNAS. Græc. *Qui penam habent interitum æternum.* Sensus est: Penas hunc mortis æternæ: ita miser erant ac si semper interirent, seu interitis et agonizantes in æternum sentirent. Proprie interibunt nunquam, seu esse non desinent, sed interitis penas semper luent, et in æternum.

A FACIE DOMINI. Id est, ab ore et sententiâ Christi Domini. Vide paraphrasim. Vel hanc penam recipiunt in judicio, ab ipso et solo aspectu Domini. Tanta erit ejus majestas et gloria, tanta virtus et potentia, adeò terribilis aspectus omnibus impiis obstram et indignationem, ut ejus presentiam ferre non valentes, mortis æternæ penas et agoniam æternam, ex ipso solo aspectu futuri sint.

Obsecratio litteralis et moralis.

A facie Domini. Facilitatem declarat, ait Theophylactus: satis est visum esse Deum, et inobedientes in poena erunt. Magna non opus est negotio ad perdendos scilicet impios, quos sola pessumdabit Domini presentia; aliis quidem est lux, aliis verbis supplicium, S. Chrysostomus. Hæc ergo eadem Domini facies, presentia, majestas, seu aspectus, qui lætificat ac beatificat sanctos, torquet et occidit impios. Unde hæc effectuum diversitas? Ex diversâ honorum et malorum dispositione.

Sicut eadem lux solis oculum sanum recreat, agrum torquet, ita sancti, quia sancti et mundi corde, Deum,

VERS. 9. — Qui penas dabunt in interitu æternas. Id est, interitis et mortem æternam luent, etc.; *a facie Domini*, id est, a presentia, vel ab ore et sententiâ Christi iudicis.

Et a gloria tribuitur, id est, roboris et potentia, *ejus*; id est, a majestate gloriosâ, terribili et potentissima Christi iudicis.

VERS. 10. — Cui venerit glorificari in sanctis suis. Cui venerit Dominus ut glorificetur, id est, gloriosus appareat, in sanctis suis. Quod mirum fiet dum eos ad gloriæ suæ similitudinem evehet, et membra capit, hoc est, sibi ipsi reddet conformia.

Et admirabilis fieri in omnibus qui crediderunt. Et ut appareat admirandus in fidelibus suis, dum eos, olim abjectos et miseros, usque ad miraculum claros et elatos efficit. Mirificandus dicitur Dominus propter

sanctitatem ipsam videntes, gaudent et vivunt; impii, quia impii et immundi corde, Deum, munditium ipsam videntes, torquentur et interitis dolores sentiunt. *Beati ergo mundo corde... quoniam ipsi Deum videbant;* et, quia mundi Deum summum bonum videntes, possidebunt. Væ immundis corde, quoniam et ipsi Deum videbant, at Deum mundum immundi videntes agnoscantur, mortis æternæ penas luent. Quid est ergo Deus? Non minus perversorum poena, quàm humilium gloria; lux est enim. Hoc divinitus explicat D. Bernardus, lib. 3 de Consid., cap. 12; vide divinum hoc caput.

Quod D. Paulus hic dicit de Domini presentia, quoad malorum supplicium in judicio ultimo, idem intellige de deo et de iudicio quod fit in mortis articulo. *A facie Domini* penas luunt impii; à Deo gloria, sanctitate et justitia, sic reverberantur in instanti mortis, ut ab eâ quasi salinae lecti et prostrati corruant in gehennam, idque sua quasi sponte, scilicet ut fugiant majestatem, cujus fulgorem ferre non valent. Sicut noctua fugiat solem, tenebras querunt; conformiter ad verbum Domini: *Montes cadite super nos...*

VERS. 10. — Cui venerit glorificari...... Duos ob fines, fieri generale judicium: primo, ut puniantur mali, et de hoc in versibus superioribus; secundo, ut remunerentur sancti, et de quo hic. Cum referat ad sanctos suos premiandos, et ad tantam gloriæ suæ participationem evehendos, ut et ipse ob hanc suæ gloriæ irradiationem in sanctis suis admirabiliter gloriosus videatur. Græc. *nirificari*, id est, admirandus fieri, sui dignus quem admiratur alii. Hujus gloriæ sanctorum aspectus angelis impiorum dolorem; videntes, turbantur timore horribili,..... dicitur: *Ili sunt quos habuimus in derisum. Nos insensati!*..... Sap. 5.

QUI CREDITUR EST...... Quod de omnibus fidelibus dixit, adaptat Thessalonicensibus. Supplendum itaque: *et in vobis*; hoc enim coniecturatur in omnibus. Seu è quibus vos esis, quia testimonium nostrum, seu predicatio nostra credita est à vobis de die illâ.

SUPER VOS, ID EST, INTER VOS, APUD VOS, À VOBIS; IN ILLA DIE, DE DIE ILLÂ.

VERS. 11. — IS QUO ETIAM ORABIMUS. Syr., *propterea.* Quapropter, seu ut Christus sic in vobis gloriificetur, SEMPER PRO VOBIS ORABIMUS.

UT DIGNETUR VOS VOCATIONE SUA DEUS NOSTER. Id excellentiâ gloriæ quâ sanctos suos donabit. Unde et de impiis iustorum gloriam conspexit dicitur, Sap. 5: *Quod mirabantur in auditione inspirate seculi.*

Quia credendum est testimonium nostrum super vos in die illo. Id est, prescriptio nostra fide suscepta est à vobis, cum spe retributionis in illo die percipiendæ, scilicet, adventus Domini.

VERS. 11. — In quo etiam oramus semper pro vobis. Ad quem rem, scilicet ut etiam in vobis Christus cum venerit, gloriificetur, et admirabilis fiat, nos Deum assidue pro vobis oramus, id potentes quod sequitur:

Ut dignetur vos vocatione suâ Deus noster; q. d.: Oro in Deus suam vocationem et gratiam vocantem, quâ vos à Christi idem, salutem et Christianissimum

est, ut vos Deus noster dignos efficiat suâ vocatione, seu quâ vos jam vocavit ad fidem et ad gratiam, et per eam ad hanc excellentem gloriam; dignos, inquam, efficiat per sanctam in fide, charitate, bonis operibus et in patientiâ perseverantiam. Græc. non habet *aut*, sed tantum, *vocatione*, cum articulo, quem aliqui vertunt, *ita*. Syrus veritè: *Vestra vocatione.*

ET IMPLEAT OMNEM VOLUNTATEM BONITATIS SÆC. Græc.: *Omnen bonam voluntatem bonitatis.* *Et impleat vos omni voluntate bonorum operum, et actionibus fidei in virtute.* Theophylactus: *Ut quidquid ei placebit, impleatur in vobis, et omne bonum transigatur.* Alii: *Perficiat in vobis omnem bonitatem sibi gratam.*

vocavit, conservet, adaugeat, perficiat, etc. *Et impleat omnem voluntatem bonitatis.* Sensus est: Et ut compleat æternum beneplacitum bonitatis suæ, quâ vos elegit ad consortium gloriæ Christi.

Et omnia fidei in virtute. Subaudi, impleat. Et ut in vobis perficiat, et ad finem perducatur *opus fidei*, id est, patientiam in adversis, per quam maxime fidei virtus refovet, augeat faciat in virtute, seu potentia, id est, potenter. Nam potentia gratiæ Dei maxime perspicitur in tolerandis adversis pro Christi nomine.

VERS. 12. — Ut clarificetur nomen Domini nostri Jesu Christi in vobis. Hæc, inquit, peto vobis à Deo præstari, ut in vobis, et per vos Christus Dominus noster laudetur et glorificetur etiam in seculo.

Et vos in illo. Finem secundarium alijungit, qui est, ut ipsi vobis glorificentur in Christo, id est, per Christum. Nam sicut servorum virtus gloria Domini est, ita è diverso dignitas et excellentia Domini servos efficit gloriosos.

Secundum gratiam Dei nostri, et Domini Jesu Christi. Extremâ hæc parte rofert ad gratiam, id est, gratitiam beneficentiam Dei tanquam largitoris; et Christi Domini, vel hoc nobis promeriti.

Corollarium pietatis, seu in hoc capite ad pietatem maxime notanda, et ad proximum redigenda.

1° Nota quid sit Christianus, scilicet Dei filius, Christi membrum, Spiritus sancti habitaculum. Tantique honoris memor, vive ut filius Dei, ut alter Christus, ut à sancto Spiritu animatus et actus. Vide in commentario, v. 1.

2° Discite quomodo sint veri Christiani divites, semper optandæ, semper augendæ; fides scilicet et charitas. Hujus veritatis memor, roga frequenter cum Apostolis: *Domine, adauge fidem.* Vide v. 2, in commentario. Ibidem vide et nota quomodo possit agnoscere argumentum fidei; scilicet, si in tentationum inundatione non submergeris, sed supererescit fides tua.

3° Nota solidam et christianam in afflictionibus consolationem. Afflictio certum est indicium justitiam quod Deus nos suo regno dignos judicabit in fine mundi. Vide dicta v. 5, in commentario. Afflictio nunc in nobis meritum parit, regnum æternum ali-quando paritura. Crux itaque verè preciosa, verè desiderabilis.

4° Discite quid sit Deus; quomodo manens semper idem, bonorum tamen est vita, malorum mors et supplicium æternum. Lux est æterna, illeo sanctorum vita æterna, ideò et perversorum poena æterna. Sicut eadem solis lux oculum sanum recreat, agrum

Communus, et, ut puto, melius intelligitur de bonâ Dei voluntate, quæ dicitur *bona voluntas bonitatis*, seu benevolentie, seu benevolentiæ, quasi satis deprecari nequeat: sit itaque sensus: Et hæc sancta, quam dixi, perseverantia, adimpleat Deus in vobis omnem bonam voluntatem misericordie suæ, quæ scilicet vos elegit ab æterno, usque vocavit in tempore.

ET OPUS FIDEI. Demum divini gratiâ, vos illum nando scilicet, demulcendo et roborando, perficiat *opus fidei*, seu salutis, quod in baptismo inchoatum est.

VERS. 12. — Ut clarificetur.... Ut in vobis glorificetur Christus, et vos in Christo: utrumque autem per gratiam Dei nostri et Domini Jesu Christi.

si Christi in vobis. Hæc, inquit, peto vobis à Deo præstari, ut in vobis, et per vos Christus Dominus noster laudetur et glorificetur etiam in seculo. *Et vos in illo.* Finem secundarium alijungit, qui est, ut ipsi vobis glorificentur in Christo, id est, per Christum. Nam sicut servorum virtus gloria Domini est, ita è diverso dignitas et excellentia Domini servos efficit gloriosos.

Secundum gratiam Dei nostri, et Domini Jesu Christi. Extremâ hæc parte rofert ad gratiam, id est, gratitiam beneficentiam Dei tanquam largitoris; et Christi Domini, vel hoc nobis promeriti.

torquet, discite ergo unde hæc vite et mortis diversitas: ex diversâ honorum et malorum dispositione, ex cordis scilicet munditiâ et immunditiâ. Omnem itaque immunditiam lurre; omnimodas munditiæ stude. Hinc discite quantâ facilitate Deus premiat et torquet. Satis est visum esse Deum. *A facie Domini* justis vita, impiis æterna agonia. Vide in commentario dicta, v. 9, observ. litter. et moral.

5° Ex v. 12 æternitatis religionem concipe. In æternum Christus, sanctorum caput, glorificabitur in sanctis; in æternum sancti, membra Christi, glorificabuntur in Christo, capite suo: Christus autem et sancti, caput et membra, seu totum Christi mysticum corpus, Deum benedicent, et glorificabunt. Et hæc est æternitatis religio ad quam tendit Christianismus, quasi tyrocinium. Ad hanc tendit Christiani dignitas, de quâ in versu primo. Ad hanc disponit afflictio christianæ tolerata, de quâ v. 4 et 5.

Da mihi, ô Deus misericors, mihi annc tyrocinium munia sive adimplere, ut in hanc æternitatis perfectam religionem aliquando merear admitti; te benedicam, adorem, diligam, glorificem in æternum, in Christo, cum Christo; et cum omnibus Christi membris. Amen.

CHAPITRE II.

1. Or nos vous conjurons, nos frères, par l'avènement de Notre-Seigneur Jésus-Christ, et par notre réunion avec lui.

2. Que vous ne vous laissiez pas légèrement ébranler dans votre premier sentiment, et que vous ne vous troubliez pas, en croyant, sur la foi de quelque

nam, neque per epistolam tanquam per nos missam, quasi iussit deus Dominus.

3. Ne quis vos seducat illo modo, quoniam nisi venerit discessio prima, et revelatus fuerit homo peccati, illius perditionis.

4. Qui adversatur, et extollitur supra omne quod dicitur deus, aut quod colitur, ita ut in templo Dei sedeat, ostendens se tanquam sit deus.

5. Non refrenatus quod cum adhuc esset apud vos, licet dicitur vobis?

6. Et nunc quod desiderat scitis, ut reveletur in suo tempore.

7. Nam memororum iam operatur iniquitatis: tantum ut qui tenet nunc, teneat donec de medio fiat.

8. Et tunc revelabitur ille iniquus: quem Dominus Jesus interficiet spiritu sui, et destruet illustratione parentis sui cum;

9. Cuius est adventus secundum operationem Satanae, in omni virtute, et signis, et prodigiis mendacibus.

10. Et in omni seductione iniquitatis illi qui pereunt: et quod charitatem veritatis non receperunt, ut salvi fierent, ideo mittit illis deus operationem erroris, et crescat mendicatio.

11. Ut iudicetur omnes qui non crediderunt veritati, sed consenserunt iniquitati.

12. Nos autem debemus gratias agere deo semper pro vobis, fratres dilecti à deo, quod elegerit vos deus primitias in salutem, in sanctificatione Spiritus et in fide veritatis.

13. In qua et vocavit vos per Evangelium nostrum, in acquisitionem gloriae Domini nostri Jesu Christi.

14. In quo, fratres, stas: et tenete traditiones, quas didicistis ante per sermonem, sive per epistolam abstram.

15. Ipse autem Dominus noster Jesus Christus, et deus et Pater noster, qui dilexit nos, et dedit consolationem aeternam et spem bonam in gratia.

16. Exhortetur corda vestra et confirmet in omni opere et sermone bono

capit prophétique, ou sur quelques discours, ou sur quelque lettre qu'on supposeroit venir de nous, que le jour du Seigneur est près d'arriver.

3. Que personne ne vous séduise; en quelque manière que ce soit: car ce jour-là ne viendra point, que la révolte et l'apostasie ne soit arrivée auparavant, et qu'on n'ait vu paraître cet homme de péché, qui doit périr misérablement.

4. Qui, s'opposant à Dieu, s'éleva au-dessus de tout ce qui est appelé Dieu, ou ce qui est adoré, jusqu'à s'asseoir dans le temple de Dieu, voulant lui-même passer pour Dieu.

5. Ne vous souvient-il pas que je vous ai dit ces choses lorsque j'étais encore avec vous?

6. Et vous savez bien ce qui empêche qu'il ne vienne, afin qu'il vienne en son temps.

7. Car le mystère d'iniquité se forme dès-à-présent; mais que celui qui a la foi la conserve jusqu'à ce que cet homme soit détruit.

8. Et alors de découvrir l'impie, que le Seigneur Jésus détruira par la souflette de sa bouche, et qu'il perdra par l'éclat de sa présence:

9. Cet impie qui doit venir accompagné de la puissance de Satan avec toutes sortes de miracles, de signes et de prodiges trompeurs.

10. Et avec toutes les illusions qui peuvent porter à l'iniquité ceux qui périssent, parce qu'ils n'ont pas reçu et aimé la vérité pour être sauvés. C'est pourquoi Dieu leur enverra des illusions si efficaces, qu'ils croiront au mensonge.

11. Afin que tous ceux qui n'ont point cru la vérité, et qui ont consenti à l'iniquité soient condamnés.

12. Mais quant à nous, ô frères chéris de Seigneur, nous nous sentons obligés de rendre pour vous à Dieu de continuelles actions de grâces, de ce qu'il vous a choisis dès le commencement pour vous sauver par la sanctification de l'Esprit-Saint, et par la foi de la vérité.

13. Vous appellez à cet état par notre Évangile, pour vous faire acquérir la gloire de Notre-Seigneur Jésus-Christ.

14. C'est pourquoi, nos frères, demeurez fermes, et conservez les traditions que vous avez apprises, soit par nos paroles, soit par notre lettre.

15. Que Notre-Seigneur Jésus-Christ, et Dieu notre Père, qui nous a aimés, et qui nous a donné, par sa grâce, une consolation éternelle et une si heureuse espérance.

16. Exhortez l'un l'autre vos cœurs, et vous affermissez dans toutes sortes de bonnes œuvres, et dans la bonne doctrine.

ANALYSIS.

Ut noscatur Thessalonicensium terrori multo concepto de die iudicii extremi, quatuor ferme instat.

1. Rogat eos per hanc ipsam Domini nostri Jesu Christi, seu Salvatoris, et tunc desiderabilem adventum, ne o' cura moreantur, nec credant quod iussit; e. 1, 2.

2. Dat illis duo signa quae hunc Domini adventum praecedere debent, quibus demonstrat illis propinquitatem adventus. Primum est apostasia generalis; secundum, Antichristus; e. 3.

3. Antichristi describit impietatem, fastum, et in Deum ipsum sacrilegam elevationem, v. 4. Dixi vobis quid illius impietatis publicum retardet adventum, e. 5, 6. Ad id quod arcanè fuit in suis figuris agit, donec cesset

rept id quod illius retardat adventum, e. 7, et tunc patam apparebit ille sceleratissimus, e. 8. Cuius potentiam, prestigium, et mendacia prodigia, describit, e. 9. quibus credent qui Christo veritati credere noluerunt, v. 10, 11.

4. Congratulatur Thessalonicensibus, et pro ipsis deo gratias agit, quod non sint eis hoc numero: quia iam primitias suae salutem, et ideo salutatorum, e. 12, 13.

5. Exhortatur eos ut in fide constanti perseverent, et traditiones fruetur teneant, v. 14.

6. Tandem gratiam eis appropinquat quae in doctrina eius tradit stabiliantur, et in bonis operibus; e. 15, 16.

PARAPHRASIS.

1. Obscuramus vos, fratres, per adventum Domini nostri Jesu Christi, et per nostram ad ipsum aggregationem,

2. Ut non eris, nec facilis, vacilletis in doctrina (quam à me audistis, et hucusque tenistis de die iudicii, et aliis), neque terreamini, quasi jamjam instet

illis dies. Ne, inquam, terreamini, neque per spiritum, tanquam propheteum, neque per sermonem, quasi à nobis prelatum; neque per Epistolam, tanquam à nobis profectam.

3. Nec quisquam vos illo modo decipiat: quoniam non veniet Christus ad iudicium, nisi prius contigerit apostasia (generatis à fide), et palam et publice apparuerit Antichristus, peccator ille sceleratissimus, et ideo aeterni damnatione dignissimus.

4. Sceleratissimus, inquam, qui Deo et Christo in omnibus adversatur, et extollitur adversus omne quod dicitur deus aut adoratur (quasi sit ipse omni Deo maior), ita ut in templo Dei sedeat ut deus, et se ut Deum ostentans.

5. Nunc memoratis quod haec dicebam et exponeram vobis cum essem apud vos?

6. (Ex his quae vobis praesens dixi.) nōstis quae sit causa cur tardet, ut congruo tamen tempore sit appariturus.

7. Dixi, appariturus: iam enim arcanè et figuratè agit et operatur iniquus ille (in suis figuris), donec medio tollatur, seu amoveatur id quod detinet non veniat.

8. Et tunc in lucem prodibit iniquus ille Antichristus, quem Dominus Jesus Christus interficiet solo iusto et iudicio suo; et sola irradiatione gloriae suae destruet eum.

9. Cuius adventus et omnis operatio erit per efficaciam Satanae, omnem suam potentiam in ipso et per COMMENTARIA.

VERS. 1. — ROGAMUS AUTEM VOS, FRATRES, PER ADVENTUM DOMINI NOSTRI JESU CHRISTI. In praefatione huius Epistolae dixi cur et quomodo Thessalonicenses turbati sunt et commoti, quasi jamjam instaret dies Domini, adventantis scilicet ad iudicium. Ut huic eorum morbo non modestatur Apostolus, ipsa sua locutione remedium praeparat et porrigit. Observa itaque locutionem. Rogamus autem vos, fratres, per adventum, etc.; quasi diceret: Per hunc ipsam quem credidistis, sed reverentini, adventum Domini nostri Jesu Christi.

ET NOSTRA CONGRAGATIONIS ET IPSE. Et per hanc, quam speratis simul et reformidatis, nostram ad eum aggregationem (ratione enim obsequii Christo in actu, et sic semper cum Domino erimus); 1 ad Thess. 4, v. 27: Per hanc, inquam, duo vos rogo et obsecro.

Observatio moralis.

Sane non rogamus per terribilia, sed per charitatem et maximo desiderabilia. Hoc fuit observatio per adventum Domini nostri Jesu Christi, et per nostram ad eum aggregationem, docet Thessalonicenses, et nos Christianos, adventum Domini sperare potius quam timere; desiderare potius quam fugere. Do-

ipsum exerceritis, per quanta poterit signa et prodigia falsa:

10. Ut omni arte et fallacia seducant ad iniquitatem eos qui culpa sua pereunt, eò quòd (Christum) veritatem et charitatem ipsam non receperunt, pro quem salvi facti fuissent. Ideò deus mittet illis hunc impium qui prestigium suum faciem sic faciet, ut credant mendaculo.

11. Unde inexensabiles erunt, et iustissime damnabuntur omnes qui Christo Domino veritati non crediderunt, Antichristo ipsi iniquitati consenserunt.

12. Quamvis ad nos, debemus deo continuis agere gratias pro vobis, fratres à deo dilecti, quia vos primitias ad salutem elegit, per Spiritum sanctum suum qui sanctificando, et veritatis fidem vobis inspirando.

13. Ad quam fidem et sanctitatem vocavit vos per nostram Evangelii praedicationem, ut Jesu Christi, Domini nostri, gloriam acquiratis.

14. Itaque perseverate constantes in fide, fratres, et fideliter servate traditiones à nobis acceptas, sive per sermonem nostrum, sive per Epistolam nostram.

15. Ipse autem Dominus noster Jesus Christus, et deus, et Pater noster, qui dilexit nos, et gratiam suam nobis dando consolatus est nos spe honorum aeternorum;

16. Ipse, inquam, consolationem hanc imprimat cordibus vestris, vosque stabiliat in bonà doctrinà, et in omni opere bono.

COMMENTARIA.

minus noster est: eius gloriam cur totis votis non exoptamus? Salvator noster est; in eius adventum cur non totà fiducia speremus? Cur ad eum non anhelamus?

Sed, inquis, peccator sum. — Respondeo: Ipse peccatorum Salvator est.

Iustus: Peccavi multum. — Respondeo: Infinitè meriti Salvator est.

Urges: Omnia fere opera mea mala fuerunt. — Respondeo: Quies illius artus et passionis valoris infinitè fuerunt. Infultorum non modo peccatorum et scelerum, sed et infultorum membrorum redimendorum capacis et plurimum digni sunt illius meritis. Ipse est propitiatus pro peccatis nostris, et non pro nostris tantum, sed et pro totius mundi; 1 Joan. 2, 2. Cur ergo non sperem in tantum et talem Salvatore, dummodo tue peccatorum merorum paucitas?

Timesi peccator impunitus; speret peccator patientes. Sperasti autem nos in Domino, et per nostram ad eum aggregationem, docet Thessalonicenses, et nos Christianos, adventum Domini sperare potius quam timere; desiderare potius quam fugere. Do-

Obscurat autem non solum per adventum Domini, verum etiam per fidelitatem ad eum congregationem in adventum futuram, sicut per rem summis votis exoptatam.

VERS. 1. — ROGAMUS AUTEM VOS, FRATRES, PER ADVENTUM DOMINI NOSTRI JESU CHRISTI, scilicet cum ipsam operem veritatem ut terribilem.

Et nostrae congregationis in ipsam, Christum scilicet.

nari? Veni itaque, Domine Iesu; veni, o Saluator mundi. In te, Domine, speravi, etc.

Nota quoad litteram. Aliqui ita Græc. mutant in *ipsi*; seu per adventum, in, de adventu. Sed præterquam quod Græc. habet *ipsi*, et Syr. etiam; et aliæ versiones habent per adventum; hæc per adventum Domini obsecro majorem vim habet, ut patet ex supradictis. Et nostra congregationis... Subaudi et repete, per adventum nostræ congregationis ad ipsam.

VERS. 2. — Ut non cito moveamini, id est, ne vacilleis, neque facili dimoveamini.

A VESTRO SEXU. Græc. *id est res vestra, à mente vestra*, id est, à doctrinâ vobis à me traditâ, et quam bene usque in mente tenuistis, de die iudicii et aliis mysteriis.

NEQUE TERREAMINI. Græc. *turbemini*, scilicet præ timore; hinc idem sensus.

NEQUE PER SPIRITUM. Amovet ea per que terrebantur, quasi diceret: No terreamini, licet quis dicat id sibi à Deo revelatum fuisse; id ne credatis. Hinc conficitur quod aliqui prophetas hæc de re simulabant.

NEQUE PER SERMONES, NEQUE PER EPISTOLAS. Græc. non habet tanquam per nos nissam, sed tanquam per nos; quod refertur ad utrumque, scilicet ad sermonem, et ad Epistolam, tanquam à nobis. Fingebatur ergo alii se à Paulo id iudicasse; alii fingebatur epistolâ, tanquam à Paulo missas, quibus assererat instare diem Domini.

VERS. 3. — Ne quis vos seducat ullo modo. Omnia in genere excludit, quibus circa iudicii diem brevis, vel tarditas, futuri possent decipi. Hæc de re nunquam certum, quod dixit Christus, scilicet: *Ad nemo scit*. Quisquis contrarium dicit, deceptor est. Hoc igitur soli Deo cogitatum reliquimus; interim, juxta Christi monitum, *vigilemus*; hominum venturum, sicut servi fide es et vigiles, expectemus; ipsius adventum vivâ fide in mente et in corde semper habeamus, ut ad eum per bona opera paratos nos exhibeamus: *Sunt lumbi nostri præcincti, et lucernæ, etc.*

QUONIAM NISI VENERIT DISCESSIO PRIMUM... Astruit veritatem, scilicet quod non veniet dies ille iudicii quin prius contingerit apostasia, et appareat Antichristus. Duo itaque dat signa quibus non iudicii dies agnoscat, est enim omnibus prorsus incognita, scilicet Deo nota, sed quibus ipsius propinquitas certo poterit agnosci. Primum, erit apostasia. Secundum, erit apparitio Antichristi. Evident D. Eusebystomus, Theophylactus, Theodoritus, et alii Græci, hæc duo redigunt ad

VERS. 2. — Ut non cito moveamini à vestro sexu, id est, sententiâ, quam hæcenus habuistis, quamque à me edocti vestis de die iudicii, de Antichristo, aliisque signis que illam diem præcurrunt.

Neque terreamini: Græcè, turbemini, sive conturbemini; neque per spiritum; id est, licetam revelationem, quasi spiritus sanctus prophete alieni revelari instare diem iudicii: hæc enim revelationes et prophetias jactabant hi pseudo-doctores.

Neque per sermonem, etc. Intellige, quasi à nobis

unum, voluntque ipsum Antichristum defectionem dici, quia multos faciet deficere, ita ut scandalizent etiam, si fieri potest, electi: sed communiter et magis ad litteram ita distinguuntur, ut nec eodem tempore credantur futura, sed primò fiet defectio; deinde apparebit Antichristus; denique Christus Dominus veniet ad iudicium. Quantum autem temporis intervalum inter hæc debeat intercepti, non docet Apostolus, sed hoc omissa, tacitisque inter hæc intervalva futuris eventibus, agit simul de his duobus signis, quia quâdam causalitatis concatenatione sunt conjuncta; cum defectio adventum Antichristi promovet, nec ante eam venturus sit Antichristus.

Disquisitio litterata.

Nisi venerit discessio. Græc. *apostasia*. Quid sit hæc discessio, seu defectio, seu apostasia, non explicat Paulus, quia præsertim explicaverat Thessalonicensibus, ut patet ex v. 5 et 6. Et, quia scriptis non explicat, mens ipsis in his et sequentibus versibus valde perplexa est, et nobis obscura, qua Thessalonicensibus erat clarissima; eam coniecit licet, non scire: quis enim audeat eorum sibi promittere intelligentiam, ubi D. Augustinus suam fateatur ignorantiam? *Ego prorsus quid dixerit, fateor me ignorare*, D. Augustinus, de Civit. Dei, lib. 20, cap. 20. Tertullianus, D. Firmatus, et post ipsos, omnes communitè antiqui, opinati sunt fore defectionem, seu discessionem, ab imperio Romanorum, cui totus mundus erat tunc subditus. Sed cum temporale Romanorum imperium à longo jam tempore sit eversum, nec tamen apparuerit Antichristus, ipsa patet experientia id de temporali hoc imperio intelligi non debere.

De quo itaque? De defectione à spirituali Romanorum imperio, seu de defectione generali à fide catholica Romane Ecclesie. Ita D. Thomas, et alii communiter. Dicendum, inquit D. Thomas, quod nondum cessavit Romanum imperium, sed est commutatum de temporali in spirituale: et ideo dicendum quod discessio à Romano imperio debet intelligi non solum à temporali, sed à spirituali, scilicet à fide catholici à Romane Ecclesie. Et hoc esse conveniens signum quod sicut Christus venit quoad Romanum imperium omnibus dominabatur, ita converso signum Antichristi est discessio ab eo, D. Thomas. Specio est et opinio doctorum, non definitio Patrum, fateor; sed tamen opinio que in Scripturis fundata videtur, in quibus duo futura notantur. Primum, quod in toto orbe prædicabatur Evangelium, et ei crederent, Matth. 24. Secundum, quod multi deinde decederent à fide. Et hæc à tunc discessio, seu defectio profectum. Erant enim qui mentiebantur se esse ore Pauli audisse quod instaret dies Domini.

VERS. 3. — Ne quis vos seducat ullo modo, scilicet persuadendo Christum statim esse venturum.

